Gustavi Seleni Cryptomenytices et cryptographiae libri IX. In quibus et planissima stenographiae à Johanne Trithemio ... magicè & ænigmaticè olim conscriptae, enodatio traditur. Inspersis ubiquè authoris ac aliorum, non contemnendis inventis / [August].

Contributors

August, Duke of Braunschweig-Lüneburg, 1579-1666.

Publication/Creation

[Lunæburgi] : [Exscriptum typis & impensis Johannis & Henrici fratrum, der Sternem], [1624]

Persistent URL


https://wellcomecollection.org/works/vgyd8zn4

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org



545

AUGUSTUS II, Duke of
Brunswick-Lunenburg
(G. Seltenus pinxit)

31552


Systema integrum

CRYPTOGRAPHIAE

Authore,

GUSTAVO SELENO.

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY



GUSTAVI SELENI

CRYPTOMENYTICES ET CRYPTOGRAPHIÆ

Libri IX.

In quibus & planissima

STEGANOGRAPHIÆ

à

JOHANNE TRITHEMIO,

Abbate Spanheymensi & Herbipolensi, admirandi ingenij Viro, magicè & ænigmaticè olim conscriptæ,

ENODATIO


traditur.

Insperſis ubiquè Authoris ac Aliorum, non contemnendis inventis.

clɔ Iɔ CXXIIII.

ME legat invitus nemo, non scripsimus illi:
Huic scripta est, si quem, pagina nostra juvat.

CRYPTOMENYTICE, G. S. absolvitur



TABULA GENERALIS, Synopsin totius SYSTEMATIS CRYPTOGRAPHICI

compræhendens. Præmittatur Libro primo.

CRYPTOMENYTICE, G. S. absolvitur

Translatione Mediorumqua spectant vel

- **LIB. I.** *Protheoria, cap. 1. qua est vel*
  - *Generalis, agens de*
    - *Origine & naturâ, c.1.*
    - *Definitione, c.2.*
  - *Specialis, considerans*
    - *Definitionis partes, c.2.*
      - *Antecedentes, ut*
        - *Nomina,*
        - *Synonyma,*
        - *Genus.*
      - *Constituentes, ut*
        - *Formam seu Finem Internum,*
        - *Objectum,*
        - *Subjectum.*
      - *Consequentes, veluti-Finem Externum.*
    - *Sedem, c.3.*
    - *Partitionē Mediorū, per Modos occultè vel*
      - *Loquendi,*
      - *Scribendi,*
      - *Signis denotandi.*

- **LIB. II.** *Sermonē, & tùm oriuntur c. 1. mediante*
  - *Voce ipsâ, & tùm cōtingunt ipsius Sermonis*
    - *Suggestione clancularià per Translatione metaphorica.*
      - *Depressionem vocis,*
      - *Insusurrationem ad fistulam,*
      - *Inclusionem in tubum.*
    - *Alteratione, tùm*
      - *Transpositoriâ, eaquè vel*
        - *Simplici,*
        - *Propriè sic dictâ,*
        - *Mixtâ.*
      - *Interpolatoriâ, quæ contingit vel*
        - *Substitutione aliquot barbararum vocum,*
        - *Interjectione quarundam Literarum,*
        - *Appositione ociosarum Vocum.*
      - *Innovatione Idiomatismi.*
  - *Signo, eoque vel*
    - *Morali, & tùm occultatio fit, aut*
      - *Gestu,*
        - *Obliquo & ambagibus pleno,*
      - *Facto*
        - *Certo & directò significante.*
    - *Conventionali,*
    - *Artificiali, vid. Tab. Lib. 8.*

- **LIB. II** *Scriptionem, cujus, c. 2. traduntur*
  - *Definitionis partes*
    - *Objectum,*
    - *Causa,*
    - *Finis.*
  - *Divisio,*
    - *Formali; Et spectantur Scriptionis*
      - *Principia seu Elementa, h. e.*
        - *Literæ: & oriuntur Modi, ratione harundem*
          - *Ordinis turbati, c. 2 per*
            - *Dissemination em,*
            - *Disseminatarum,*
            - *Inversionem,*
            - *Ociosarum Superinductionem.*
          - *Potestatis permutatæ, c. 3.*
            - *Pro parte, c. 4.*
            - *Totaliter, c. 5.*
            - *Mixtè.*
          - *Figuræ subtractæ*
        - *Syllabæ, c. 1. ratione*
        - *Dictiones, c. 6. per*
          - *Divulsionem, mediante*
            - *Dissemination e, c. 6.*
            - *Disseminatarum retroscriptione,*
            - *Superinductione*
              - *vulgari,*
              - *recondità,*
              - *mediâ.*
          - *Transpositionē, c. 7.*
      - *Sensus, c. 13. vel*
        - *Obscurādus,*
        - *Invertendus, c. 14.*
        - *Novè inferēdus c. 15.*
      - *Notationē, quæ expeditur per*
        - *Notationē in specie sic dictam, sitquè Literarum vel*
          - *Singularium, c. 9.*
          - *Inflexus;*
          - *Siglis.*
        - *Connotationem, c. 10.*
        - *Annotationem, c. 10.*
          - *Simplicem, adhibitâ Clave,*
          - *per alia verba, c. 12.*
      - *Idioma (c. 16. & 17.*
        - *Mutandum,*
        - *Interpolandum,*
        - *Notis universalibus exprimendū,*

- **LIB. III.** *Scriptoria Inversio, c. 5.*
  - *Simplex,*
  - *Alterata,*
  - *Inversa.*
- *Projecturia Dissemination, contingens dispositione*
  - *Propriâ seu ordinariâ, eaquè*
    - *Directâ, per processum, c. 6.*
      - *Subsultorium,*
      - *Gradudem,*
      - *Mixtum.*
    - *Obliquâ, c. 7.*
    - *Inversâ, d. c. 7.*
  - *Arbitrariâ aliundè per Clavem, c. 8.*
  - *Artificiali structurâ Tabulæ, c. 9.*
- *Ordinis turbati, c. 4. veluti sunt*
  - *Obnubilatoria superinductio, ciosarum Literarum, c. 10.*
    - *Veram, & sit modo*
      - *Simplici, c. 2.*
      - *Qualificato, c. 2.*
      - *Adornato, confectione veri Sermonis, mediante*
        - *Dictionis Literâ Syllabâ, c. 13. Dictione, c. 14.*
    - *Efficitiarum fit, c. 7. itidem modo tùm*
      - *Simplici,*
      - *Ampliori,*
      - *Artificiali.*
    - *Ar comparationem dictionum.*
      - *Artificialiter cōstructarum, ubi expenditur*
        - *Polygraphia, ejusquè*
          - *Nomen, Author defensus,*
          - *Contentæ formulæ, Lib. 2. 3. 4. Polygr. Trithemij.*
        - *Formulariæ variationes tres, c. 9.*
        - *Velamen quarendum, c. 10.*
- **LIB. IV.** *Ultimâ, c. 4.*
  - *Primâ, c. 3. per Processum*
    - *Directū, ratione vel*
      - *Communiori, quæ adhùc vel*
        - *Simplex, vid. c. 3. ad 6. Lib. 3.*
        - *Alterata per Anomaliam, c. 7.*
        - *Palliata Linearum accessu, c. 8.*
      - *Adstrictâ ad artificia, c. 10. 11.*
        - *Gradualia,*
        - *Subsultoria,*
        - *Successiva.*
    - *Obliquū, c. 12.*
    - *Inversum, c. 9. 12.*
  - *Qualibet indeterminatè aliâ per dispositionem*
    - *Ordinariam seu propriam, c. 5.*
      - *Simplicem,*
      - *Alteratam,*
      - *Singulariter vestitā.*
    - *Arbitrariam per Clavem, c. 6.*
    - *Fortuitam ex ratione Instrumenti, c. 6.*
- **LIB. V.** *Potestatis permutandæ: cujus Modi sunt vel transpositio*
  - *Propriè sic dictâ, quæ iterum vel*
    - *Directa, contingitquè c. 2. ratione*
      - *Unius Literæ: Estquè*
        - *Simplex, per modum ordinarium, arbitrarium sive artificialem, c. 3. 4. 5.*
      - *Duarum Literarum: juxtâ tab. 1. 2. 3. 8.*
        - *Mutua, c. 6.*
        - *Mixta, c. 7.*
      - *Trium Literarum, c. 9.*
    - *Secundariâ seu mediatâ, c. 22.*
    - *Figuratâ, c. 23.*
    - *Obliqua, mediante transfusione potestatis in Literas*
      - *Radicales, c. 10.*
      - *Consonantes, ubi procedituv vel*
        - *Simpliciter, c. 11.*
        - *cum ambagibus, d. c. 11.*
        - *cum Clave, c. 12.*
      - *Quasdam combinatas per*
        - *Electionem duarum triumve Literarum ordinatā, c. 13.*
        - *Selectionem unius Literæ multiplicandæ arbitrariam, d. c. 13.*
        - *Collectionem fortuitam, c. 14.*
    - *Inversa, cap. 15. Hæcquè iterum est*
      - *Simplex Literarum duarum, trium vel plurium, c. 16. 17. 18.*
      - *Artificialis, c. 18.*
      - *Mixta, ratione*
        - *Scribendi, c. 19.*
        - *Definendi per numerum, c. 20.*
        - *Notulas apponendi, c. 21.*
- **LIB VI.** *Figuræ impropriæ, sitquè c. 1. Subductione*
  - *Totali, & oritur notatio, c. 2. per*
    - *Formationē Cifrarum*
      - *Dissimilarium vetustiorum, novarum, mixtarum, c. 3. ad 8.*
      - *Similarium, c. 8. quæ contingit modo*
        - *Simpliciori per*
          - *Rationem positus seu collocationis,*
          - *Beneficium Circini,*
          - *Usurpationē Normæ rectæ, angularis, circularis, c. 9.*
        - *Majori cū apparatu, cum tabulâ & clavi, c. 10.*
        - *Singulari cum artificio, per modum reflexionis, c. 11.*
      - *Mixtarū, & quidem vel*
        - *Magis accedentium ad Similares, ut Linea, c. 12.*
        - *Ambiguam Naturā habentium, ut Circuli, Notaquè Musicales, c. 13.*
        - *Magis referentium dissimilares, quo spectant figuræ crucis, c. 14.*
    - *Transformationem Dissimilarium, c. 15. per*
      - *Ornatum transpositionis*
        - *Rectæ, c. 16. 17.*
        - *Obliquæ, c. 18. 19.*
      - *Disseminationis griphos, c. 21.*
        - *Inversa, c. 20.*
      - *Inversa Scriptionis compendium, c. 22.*
    - *Reformationem Similarium, c. 23. per*
      - *Nudam appositionem,*
      - *Fucatā interjectionem, c. 24.*
        - *Mechanica, c. 25.*
        - *Mathematica,*
          - *Pictoria, c. 26.*
      - *Superinductionem Figuræ*
        - *Partiali, per Connotationem*
          - *Simpliciter c. 28.*
          - *Adhibitâ Clave, c. 29.*
        - *Mixtâ, per Annotationem, cap. 33.*
          - *Transpositorio velamine, eoquè*
            - *Recto, c. 30.*
            - *Obliquo, c. 31.*
            - *Inverso, c. 32.*

- **LIB. VII.** *Syllabæ, c. 1. ratione*
- **LIB. VIII.** *Signa artificialia, c. 8. per*
  - *Quasi Scriptionem, c. 9. Significationem abstrusam, c. 10. Quasi locutionē Abecedariam, in propinquo, c. 11. 12. 13 & de longinquo, c. 14.*
- **LIB. VIII.** *Materiali: ratione materiæ*
  - *In quâ; solitâ, non usitatâ, insolitâ, c. 2. 3.*
  - *Ex quâ; admotâ certâre, c. 4. adhibito lumine candelæ, c. 5. vel ignis de noctu scripturam exhibente,*
  - *Sine quâ non, c. 6.*
- *Accidenti connexo: Missione clancularià, c. 7. ratione*
  - *Scripturæ includendæ,*
  - *Tabellarij occulti,*
  - *Itineris non soliti, per*
    - *Terram,*
    - *Mare,*
    - *Aëra.*
- **LIB. IX.** *Manuductione ad praxin, c. 1. cujus consideratur*
  - *Subjectum seu Persona*
    - *Quæ significat, cujus virtutes*
      - *Solertia,*
      - *Prudentia,*
      - *Justitia.*
    - *Cui significatur.*
  - *Objectum, c. 3.*
  - *Actu Exercitationis, qui consistit in*
    - *Rei tractatione, c. 4.*
    - *Imitatione, c. 5. ubi adjunguntur Gustavi Sceni Modi Steganographici.*
      - *Propriâ præcedentium aliquot Modorum, c. 6. & 7.*
      - *Cognatâ quorundam Effectorum, c. 8.*
      - *Imitatoriâ Serâ Buteonicâ, c. 9.*
    - *Resolutione.*

FERDINANDO SECUNDO,

IMPERATORI Augusto, Potentissimo, Invictissimo;

Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ &c.

REGI;

ARCHIDUCI Austriæ;

DUCI Burgundiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ & VVürtembergæ &c;

COMITI Tirolis &c.

Domino *suo Clementissimo.*

PRODIIT TANDEM, fortè tamen maturè satis in lucem, hic fœtus meus, quem annis abhinc aliquot, ad formæ, utì spero, debitæ perfectionem hucusquè fovi. Cui cùm contrà Zoilum defensore opus esset, nec inerte nec impotente, nemo occurrit magis idoneus, magisvè

dignus, quàm Cæsarea Tua Majestas, Invictissime IMPERATOR, ac Heros Felicissime: quippe quæ de genio prolis recèns editæ, & temporum lapsu sperata incrementa consecuturæ, judicare utì rectissimè debeat, ita sapientissimè possit: ejusquè curam & protectionem suscipere, uti velit, ità fortissimè valeat. Quocirca non attinet apud T. Cęs. Majest. de Usu præfari, qui, si usquam, certè apud T. Cæs. Majest: valere potest maximè. Quis enim Romano-Germano Imperatori par, qui majora, cum Maximis Mundi, divinâ gratiâ ipse Maximus Omnium, tractare habeat? Atque hæc Literarum secretissima commercia sæpe desiderant. Etsi verò non dubito, etiam citra istum meum Commentarium, posse T. Cæs. Majest: beneficio Steganographicæ peritiæ efficere, ne invito Tuo Numine, literæ Tuæ, cuiquam alij, quàm ad quem mittuntur, etiam in alieno, vel in ipsius hostis territorio, concredita negotia explicent: Non tamen ideò T. Cæs. Majest: Librum hunc meum, reor futurum

inu-

inutilem, cùm ſaltem varietate formarum & copiâ delectûs, per ſubjectam Tabulam poſsit prodeſſe. Cæterùm, an fœtus iſte Parentem ſuum ornare vel commendare poſsit, penes Tuam Cæſ. Majeſt: eſto judicium. Sanè hujus Nomen, quo ſe faſcia Tuæ Auguſtiſsimæ Majeſtati ſtatim venditat, inſtar nucis eſt: putamen aſpectui, ſicut omnia Cryptographica, patet: De nucleo autem, de Perſonâ, Animo & Devotione in Cæſar. Majeſt. meâ ſubjectiſſimâ explanabit, qui hunc fœtum, ſacris Tuæ Cęſ. Majeſt: manibus eſt traditurus. Is ipſus ſanè ſum & ero, T. Cæſ. Majeſt: qui ſemper pro viribus colere, eiquè ad quævis ſubmiſſa officia, uſque ad extremum vitæ halitum paratiſsimus permanere non deſiſtet. Atque quî aliter poſsim, Germanus, & cùm ſine Tuę Cęſ. Majeſt. incolumitate, Patria mea, ſalva eſſe nequeat? Id nuper ſatis intelleximus, cùm, neſcio quę nubecula, Solem hunc nonnihil dimoviſſe à nobis videbatur. Nunc ubique JUSTITIA, Cęſ. Majeſt. Tuę germanâ Fi-

liâ fovemur: Cui cum feliciſsimo connubio PACEM jungere, Majeſt. T. Cęſar. GERMANIA audiat, ad ſummam felicitatem reſpirare & exultare nunc demum iterum videtur. Vivat, Valeat, & Imperet, ſicut feliciſsimè, ità diutiſsimè Sacra Tua Majeſtas, Et ſub auguſtiſsimo patrocinio, me meaquè omnia complecti clementiſsimè pergat. E Muſęolo Jetz-Albfluviano: 25. Januar. ⊙1624.

Tuæ CÆSAREÆ Majeſtatis

Vaſallus *ſubjectiſsimus, obſequentiſsimus, ac fideliſsimus, dùm ſpiro,*

Guſtavus *de* Selenicâ *ſtirpe oriundus.*

PRÆ-

GUSTAVUS SELENUS,
Solerti rerum reconditarum Indagatori.

ECCE tibi LECTOR BONE, CRYPTOGRAPHIÆ Syſtema, quantùm per vires licuit, integrum, & quod ſperamus, numeris ſuis abſolutum. Præter ſententiam, res eò deducta eſt, cùm initio nihil, niſi *Enodationem Steganographiæ, à Johanne Trithemio, Spanheymenſe primùm, ac Herbipolenſe poſteà Abbate*, ſub magico velamento, editæ, cogitaremus. Quam benè utiquè longam, ſatisquè perplexam, atquè adeò perpetuâ quadam nube involutam etiamnùm *Libro tertio*, brevi, perſpicuâ & apertâ *Enodatione*, tibi exhibemus. Quâ de ceù nobiliſsimâ *Cryptographias* parte, ſivè primo noſtro Inſtituto, quædam præfabimur, ità ut plæraquè, quæ in hanc rem dicemus, de Toto quoquè Artificio dicta putes. Cùm itaquè hùc animum primùm applicaremus, conſtabat hæc Enodatio nobis, ſummâ ingenij, eaquè per aliquot annos, perpetuatâ intentione, ac impenſis non exiguis. Ubi nimirùm in verè Dædaleo labyrinto, manuducendi eramus, aut Minotauri id eſt, fictorum Spirituum, plùs quàm ægnimaticæ imprecationes, inexplicabile negocium faciebant. Sed id omne lubenter emolumento publico exhauſimus & tuo bono. Fieri enim poſſe ſenſimus, ùt iſthoc Opere noſtro, & aliorum ingenioſiſsimæ in hanc rem cogitationes, quas Sæculum hoc, (Quod omnia, etiàm abſtruſiſsima, procudere fataliter feſtinat) in publicum transcripſit, aùt illuſtrarentur, aùt certè non levi acceſſu ditarentur. Et tu quoquè poteris jam, ſinè diſpendio temporis, quod anteà nullo penè cum fructu, erat impendendum, Occultè Scribendi rationem, aut id genus Scripta Adverſariorum vel hoſtium explorandi, cognoſcendi vel interpretandi modum, mediocri induſtriâ per te addiſcere. At cave, plùs quicquam myſterij, ratione ænigmaticorum Signorum, quàm hîc explicatum, in *Abbatis noſtri Steganographiâ* quæras, aut tibi inveſtigandum ducas. Spondemus quippe, per ingenioli iſtas vires, & alia admi-

adminicula, quibus negocij hujus intima, perſpecta habemus, te o
leum & operam perditurum. Quâ cautione attentâ, & rectè Labor
noſtro fruêris, & de *Abbate noſtro*, ſiniſtra, id eſt, Magica ſuſpicari de
ſines. Cæterùm non imponat tibi, quod non nemo imputare nobis
poſsit, quasi *Enodatione* hac, rem minimè licitam aggrediamur, tùm
quia de induſtriâ, hæc Ars ità ſit obvelata, tecta & involuta: tùm
quòd *Abbas noſter* inſuper, ne Eleuſynia iſta ſacra, ſicubi ea, munere
forsàn Divûm, alicui inluxerint, prodantur, evulgenturquè, tàm
ſeverè interdicat, ac precibus, (ſi juſſa, ultrà fatum forteàn valitura
non ſint, aut morte exſpirent) enixiùs contendat, & dirâ etiam a
piaculari quemvis imprecatione, ab ejuſcemodi arcanorum revela
tione abſterrere allaboret. Fuerit enim celandi hoc inſtitutum *Au
thori noſtro:* Fuerit *Heraclito*, qui ſemper in ore habuiſſe dicitur σκότ
εον, σκότεον, tenebris involve, obſcura: Fuerit *Platoni*, *Ariſtoteli*, ali
isquè porrò retrò Philoſophis: Fuerit veteribus Jureconſultis, ho
inquam celandi inſtitutum, ne vulgo iſthæc innoteſcant: Non ei
tamen minùs laudi verſum eſt, *Cn. Flavio, Appij Claudij Scribæ*, quòd
Legis Actiones, ab *Appio* in formam redactas, & ſecretiſsimo habi
tas, Populo Romano evulgarit: *Pompon. in l. 2. de Orig. Jur.* Et placuit
Juſtiniano Imperatori, Sigla & Bigla, quibus Jureconſulti viciſsim
arcanam ſibi reddere Juris artem nitebantur, prorsùs abrogare: *Con
ſtit: ad Trebon. §. Nè autem: Conſtit: ad Senatum, §. Eadem: Conſtit: ad Ma
gnum Senatum, §. Eadem: Conſtit: ad Anteceſſor. § Illud: Nov. 47. c. 2.* Qui
verò *Flaminio*, aliisquè Commentatoribus, gratias non debet, quòd
animadverſam apud *Philoſophum in Acroamaticis* Cryptologiam ſe
Occultandi ſtudium notârint, ac detractâ nube lucem indicarint.
Nec propterea cenſemus quenquàm ſuccenſere *Neldelio*, quod A
riſtotelicum inſtitutum propalaverit, oſtenderitquè quòd & quo
modò ſub Apodictico Syllogiſmo, artificioſiſsimè prò omni diſci
plinarum genere, Syllogiſmos Didaſcalicos occultârit. Si quis nobi
Platonis Rempublicam, Numerorum myſterijs involutam, dextrè ſa
ſcijs ſolvere & explicare poſſet, nemo, credimus, id culparet ceù illi
citè factum. Jàm quod *Authorem noſtrum* attinet, certo certiùs pe
ſuaſum habeas, rem non ſeriam ipſum agere. Sit argumento totius
Tractatus ratio, quam perpetuo ingenij luſu, ſed artificiosè operto
ac re quaſi ſeriâ involuto, (ceù ex Manuductione, quam *Lib. 3. c. 1.* Ste
ganographiæ præfiximus, clariſsimum evadet) contextam conſta
Quin & *Author* Claves, ut vocant, reſerandę huic rei, ipſe fabricavit
fabricatas cum *Electore* primùm communicavit; quas alij deindè
ſibi cõmunicatas, ante nos propalàm, licèt perfunctoriè, vulgârunt
Quô adminiculô, & ipſos Modos & Modorum rationes adinvenis
ſe & depræhendiſſe, homini ſolerti, adeò operoſum non fuiſſet,

mod

modò *Author* sibi semper constitisset, & sæpè iterùm, quod aperuerat, interjectionum & transpositionum nube, proùt fecit, non occultasset: aut ipsa Exemplaria, tàm manu, quàm typis exscripta, Authographo, veluti non fit, respondissent. Quas tamen difficultates omnes, in tui gratiam, uti modò innuimus, superavimus. Nequè etiam momenti alicujus ratio prohibitionis est. Si enim non obstante, quod verendũ fuerit *Hariadenum Abenobarbum*, aut alium quendam Pyratarum & Latronum Ducem, stratagemate bellico hoc vel illo usurum, nihilominùs licuit *Vegetio*; *Sexto Frontino*; *Johanni Jacobi de VValhausen* & Alijs, stratagemata bellica passìm colligere, aliisquè ad imitandum publicè proponere: Cur nobis vitio verti debeat, in necessarium usum, prò Bonis similia (Habet enim hæc res, cum bellicis istis inventis, aliquid commune) publicare: Etsi malè feriati quidam, eadem olìm usurpare sibi possint? Si *Guiscardus & Gismunda*, uti est in *Bocatij Fabulis*, ingeniosi in hanc rem, amatorias Literas, occultâ ratione concinnare, ac illicitos concubitus, indè promovere potuêre: (De quâ re extant *Philippi Beroaldi* Versus:

Quid non sentit Amor? fallacem excogitat Artem "
Fœmina: Et arcanas conficit ipsa notas, "
Littera, dissectâ celatur arundine furtim, "
Quam dat Amatori, pulchra Puella suo. "
Callidus hanc cannam temerè non credit Amator, "
Esse datam, inventas inspicit ille notas. "
Gaudet Amans, laudatquè viam, quam Fœmina monstrat, "
Polliciti expectans gaudia concubitus. "
Scripta docent, furtivus amor conjungere Amantes "
Quo possit cupidos tempore, quovè loco.) "

Quis propterea fido alicui Achati hanc Artem invideat? ut hac ratione, amicum periculi imminentis præmonere, aut eidem carceribus detento, aut alio casu impedito, Secretum clàm omnibus, consilium suggerere posset? Velutì *Demetrius Poliorcetes*, vel cum elusione jurisjurandi, quô silentium promiserat, ejus generis quadam, aut certè non prorsùs absimili Scripturâ usus, ergà *Mithridatem* se exhibuit. *Plutarch: in Demet: Pol:* Abusus certè, nihil præjudicare debet vero usui. Id quia liquet, tuo otio, ô Bone, etiam abuti nolumus: Dummodò istius Usus, te aliquantulùm commonefecerimus. Etsi enim isthæc omnia, ocioſi hominis commenta, atquè adeò pueriles ineptiæ, non nemini videri poterant, quæ nèc ad privatam, nec publicam utilitatem facerent: Tamèn ut quisquè suo sensu maximè abundet, ità & parùm sensus inesse, comminimùm perspicillo, ei opus esse, cordatus judicabit, si quantùm momenti, in tutâ hac Secretum perferendi ratione, bellicis præsertìm & alijs temporibus

neces-

necessarijs, situm sit, pervidere aut nolit aut nequeat Quâ de re, ampliùs verba, cùm res ipsa, per se satis pateat, facere, meritò supersedemus. Nec metuendum erit, ne nostrâ hac *Enodatione* usum hunc ipsimet planè subvertamus, aut inutilem efficiamus; quoniam si occultandi ratio hîc tradita, nostro Hosti, aut ei, quem latere Secreta nostra volumus, suboleat; huic jam Secretum, perlectis hisce nostris, ampliùs non possit esse non in propatulo. Utut enim, fieri id quandoquè posse, demus: Respondemus tamen: Non id egimus, nec potuimus, ut omnes omninò Modos Occultè Scribendi prodere-remus, inquè apricum produceremus; Sed tantùm circa genera, secundùm *Authoris* consilium & filum occupati fuimus, non ut studiosi Artis hujus, ibi consisterent, sed hisce benè perspectis & cognitis, progrederentur, ac Generales istos Modos, miris iterùm Modis variare, atquè ex illis prò libitu, inter se secretò novos Modos constituere addiscerent. Quod utì factu non difficile est, ità facilè fieri possit, ut nec ipse *Trithemius*, si supereſſet, ex hujusmodi novo ac conventionali, (ut ità loquamur) seù arbitrariè electo modo scribendi Secretum, aliquem sensum colligere, ullâ ratione valeret: atque hinc eveniret, ùt ab Arte suâ Artifex in Discipulo suo, pudore prorsùs suffunderetur. Sed nec ità truncatìm *Enodationē* hanc, tanquàm totè Membrum pulcherrimè quidem vestitum, à Corpore tamen avulsum, exire passi fuimus. Nam & totum corpus insimùl produximus & vincula, quibus *Steganographia*, reliquis membris CRYPTOMENYTICES & CRYPTOGRAPHIAS artificiosè nectitur, ostendimus tùm occasione eâ, in totius Artis, occultè quid alicui significandi arcem & penetralia nos ingessimus. An bono auspicio, tuo id judicio, (sic tamen, ut si iniquus existas, causæ nostræ, non defuturi simus) relinquimus. Certè gratiam si non aliundè, hinc tamen à Tinibimus, quòd ex politioribus Authoribus, quorum Opera, aut planè impressa non sunt, aùt Exemplaria ampliùs non extant, aut difficultèr habentur, subtilissima quæquè Inventa, Artem hanc mirificè commendantia, passim hîc insperserimus, atquè adeò nostris auxerimus. Nùnc ergò Vale, propediemquè ex Bibliothecâ nostrâ expecta, Deo juvante, meliora. Ex Musæo *Jetzalbfluviano:* Anno reparatæ Salutis, 1624. 27. Februar. ⅋.

NOMI

OMINA EORUM, QUORUM vel operâ in noſtro uſi ſumus Operę, vel mentionem fecimus.

A.

Fricanus, *pag.* 413.
Aimoinus *Monachus.* *p.19.*
Albertus *Magnus.* *p.16. 17.*
eius Albinius. *p.442.*
reas Alciatus. *p.383.*
damas. *p.432.*
inus. *p.282.*
ander Severus. *p.249.*
ianus. *p.432.*
o Aretinus. *p.323.*
toteles. In Præf. *p.9.437.438.*
Arndt. *p.475.*
enæus. *p.401.*
uſtinus. *p.298.314.*
uſtus Octavianus Imp: *p.4. 174.*
nius. *p.401.*

B.

erius Bacho, *Anglus.* *p.137.*
nnes Balæus. *p.138.*
nn. Barclaius. *p.432.433.*
ſtri, Anglo-Saxo. *p.16.282.427.*
ſtrius Bembus. *p.372.*
ernhardus. *p.320.*
ppus Beroaldus. *In Præf.*
Biblia. *p.19.319.372.378.*
nes Bocacius. *In Præf.*
s Jacobus Boiſſardus. *p.118.*
ſtianus Brandt. *p.18.*
htelius. *p.295.*
us. *p.416.*
Petrus Bungus. *p.386.*
Joannes Buteo. *p.352.447.489. ad 492.*

C.

V Vilhelmus Camdenus. *p.16.*
Philippus Camerarius. *p.16.19.*
Hieronymus Cardanus. *p.5.6.15. 18.141.144.145.254.377.378. 379.400.401.402.430.433.489.*
Carolus *Magnus.* *p.282.*
Iſaacus Caſaubonus. *p.5.382.422.*
Otto Caſmannus. *p.9.*
M. Aurelius Caſsiodorus. *p.3.383.*
Georgius Cedrenus. *409.416.*
M. Tullius Cicero. *p.4.9.270.309. 372.377.378.429.490.*
Claudianus. *p.328.*
Appius Claudius. *In Præf.*
Philippus Cluverius. *p.283.*
Gabriel Collangelius. *p.5.171.177. 281.286.312.313.*
Columella. *p.351.*
Abram Colornus *Heb. Mantuanus.* *p.6.185. ad 245.*
Franciſcus Connanus. *p.439.*
Daniel Cramerus, *D.* *p.463.*
Petrus Crinitus. *p.378.*
Martinus Cromerus. *p.416.*
Jacobus Cujacius. *p.370.*
Cyprianus. *p.372.*

D.

Dio Caſsius. *p.16.*
Dorarus. *p.282.*
Janus Douſa. *p.37.418.*

Claudius Duretus. *p.283.*

E.

Epictetus. *p.31.*
Desiderius Erasmus *Roterodamus.* *p.4.282.429.*
Euphormio, *sive Barclaius.p.369.*
Eusebius *Pamphilus.* *p.372.*

F.

Flaminius. *In Præf:*
Cneus Flavius. *In Præfat:*
Sextus Julius Frontinus. *In Præf.* *p.402.417.*

G.

Aulus Gellius. *p.173.260.378.401.* *402. 415.*
Conradus Gesnerus. *p.18.378.*
Giessenses *Professores.* *p.9.*
Adolphus Glauburgius. *p.141.*
Rodolphus Goclenius. *p.9.*
Gorgias. *p. 432.*
Johannes Goropius *Becanus.p.20.*
Ludovicus Granatensis *Monachus.* *p.422.*
D. Gregorius. *p.376.*
Petrus Gregorius. *p.3.284.383.*
Janus Gruterus. *p.372.*
Franciscus Guicciardinus. *p.356.*

H.

Johannes Hasenbart. *p.291.295.*
Heraclitus. *In Præf.*
Herodotus. *p.415.*
Hichus *Francorum Rex.* *p.282.*
D. Hieronymus. *p.301.*
Fridericus Hollandt. *p.325.*
Homerus. *p.388.*
Honorius *Thebanus.* *p.282.*
Joachimus Hopperus. *p.383.*
Horatius. *p.171.378.*
Horus *Apollo.* *p.383*
Dominicus de Hottinga. *p.5.17*
Magnentius Hrabanus. *p.138.13* *.14*
Hermannus Hugo. *p.5.6.9.23.173* *246. 264. 283.370.371.372.383* *416. 417*
Hunibaldus *Historiographus. pag* *282.283*

I.

Jacobus, *Rex Magnæ Britanniæ* *Franciæ & Hyberniæ.* *p.381*
Johannes Jacobi *de VValhausen* *In Præf*
Jaimel, *Megalopius Rex.* *p.282*
Flavius Josephus. *p.417*
Irenæus. *p.246.427*
Isidorus. *p.371.372.382*
C. Julius *Cæsar. pag. 4. 6. 173. 431* *432.*
Franciscus Junius. *p.108*
Justinianus *Imperator.* *In Præf* *p.372. 438.*
Justinus. *p.415.*

K.

Bartholomæus Keckermannus. *p.* *9. 438.*
Franciscus Kesslerus. *p.434.*

L.

Laërtius. *p.382.*
Leo *Marsicanus.* *p.417.*
Petrus Lindenbergius. *p.283.*
Justus Lipsius. *p.370.371.372.417.* *418. 431. 432.433.*
Lucas *Minorita.* *p.427.*

M.

Macrobius. *p.378. 427.*
Aldus Manutius. *p.378.*

Ammia-

Ammianus Marcellinus. *p.16.402.*
Georgius Mayer. *p.381.*
Hieronymus Megiſerus. *p.18.*
Emanuel Metteranus. *p.418.*
Mœcenas. *p.372.*
Thomas Morus. *p.282.421.*
Sebaſtianus Munſterus. *p.18.378.*

N.

Joannes Nauclerus. *p.23.*
Johannes Neldelius. *In Præf.*
Nicephorus *Gregoras.* *p.416.*

O.

Fridericus Comes Oëtingenſis. *p. 321.323.324.335.336.344.348. 425.433.*
Publilius Optatianus *Porfirius.* *p. 138.139.*
Hieronymus Oſorius. *p.417.*
Otfridus *Monach. V Viſſenburgenſis.* *p.282.*
Ovidius *Naſo.* *p.378.401.416.*

P.

Paulus, *Diaconus Romanus.* *p.323.*
Petrus *de Abano ſivè Aponius.* *p. 282.*
Petrus, *Cameracenſis Monachus.* *p.342.*
Pharamundus, *Rex Francorum.* *p.282.*
Franciſcus Piccolominæus. *p.9. 10.22.*
Johann. Pierius *Valerianus.* *p.383. 427.*
Plato. *In Præfat:*
Cajus Plinius. *p.3.377.378.379. 418.432.*
Plutarchus. *In Præf.p.372.*
Poggius. *p.23.*
Poliænus. *p.402.409.415.416.*
Polybius. *p.286.431.*
Pomponius. *J.C.* *In Præfat.*
Joh. Bapt. Porta. *p.4.5.6.8.16.17. 19.28.141.146.ad162.177.178. 182.254.290.291.369.377.379. 383.401.ad 404.407.ad 416. 418.427.433.477.478.479.*
Ptolomæus. *p.124.*
Probus *Grammaticus.* *p.173.*
Erycius Puteanus. *p.3.5.182.*
Franciſcus Pythæus. *p.382.*

Q.

Quintilianus. *p.9.370.378.*
Quintus *Calaber.* *p.432.*

R.

Henricus Rantzovius. *p.283.416.*
Elias Reuſnerus. *p.416.*
Cælius Rhodiginus. *p.4.378.*
Fridericus Riſnerus. *p.425.*

S.

M. Antonius Coccius Sabellicus. *p.4.*
Thomas Sagittarius. *p.9.*
Julius Cæſar Scaliger. *p.4.6.7.9. 284.401.*
M. Daniel Schvventerus. *p.5.7.17. 18.19.25.146.252.288.291.293. 295.311.359.368.404.ad 408. 410.422.425.427.430.431.433. 434.448.479.484.*
Thomas Seghetus. *p.185.*
Annæus Seneca. *p.372.*
Sigiſmundus *Abbas de Seon.p.118.*
Carolus Sigonius. *p.370.*
Jacobus de Silveſtris. *p.30.360.ad 366.374.*
Sixtus *Senenſis.* *p.382.*

Sophocles. p.432.
Jacobus Spiegel. p.370.
Suetonius. p.6.174.
Suidas. p.431.

T.

Cornelius Tacitus. p.4.
Jacobus Auguſtus Thuanus. p.417.
Thucydides. p.431.
Leonhardus Thurneuſer. p.18.281.
Theophraſtus. p.402.
Robertus Titius. p.382.
Nicolaus Trigaultius. p.394.395.
Johannes Trithemius. *In Præf.* p. 5.6.7.32.33.37. *ad* 130.133.135.136. 138.142. *ad* 146.168.171.173.177. 183.184.281.282.283.285.286.356. 368.372.377.442.443.444.447. 448.
Hadrianus Turnebus. p.370.
Tullius Tyro. p.372.

V.

Varro. p.418.
Vaſtvaldus. p.282.
Flavius Vegetius. *In Præf.* p.432.
Paulus Velſerus. p.138.
S. Aurelius Victor. p.4.
Blaſius Vigenerius. p.5.171.178.181. 182.248.250.252.254.255.257. 260.262.265.267.269.272.281. 287.289.290.299.307.308.309. 314.317.320.327.329.340.345. 354.346.352.424.
Virgilius *Maro.* p.378.
Raphaël Volaterranus. p.378.

VV.

Johannes Walchius. p.5.8.15.16. 171.294. *ad* 298.303.304.305. 306.335.336.338.340.342.349. 380.408.447.
Johannes de Woësbroch. p.108.
Joannes Wouverius. p.382.

X.

Xenophon. p.372.463.
Xiphilinus. p.16.402.

Z.

Leonhardus Zuberus. p.177.
Theodorus Zvvingerus. p.23.

AUTHO-

AUTHORI CRYPTOGRAPHICI Systematis, D.S.C.

VT ferrugineo quæ Nox occultat amictu,
Mox plenâ ostendit Cynthia Clara face:
Sic quoquè GUSTAVUS nùnc detegit arte SELENUS,
Tempora quæ tenebris occuluêre diù.
Magnos magna decent, verum est; Sic Luna videre
Est potis hæc, quæ non parvula Stella videt,
Sic & multa videt GUSTAVUS acumine Mentis,
Sat doctos alios quæ latuêre viros.
Hinc fit ut Ipsius sint acceptissima Scripta,
Optet & illorum quilibet arte frui.
Hyberno Augustus Mensis ceù gratior igni est;
Sic præstant alijs Scripta SELENE tua.
Sparge igitur Radios per Mundum Augusta Diana,
Quamquè dedit Lucem Sol tibi, distribue.
Spàrge etiam Radios in me flagrantis amoris,
Et fac ut nunquàm priver amore tuo.
Sint mihi cum Phœbo clementia lumina Phœbes,
Me Deus & Dominus certet amare meus.
Sic ego Solsequij & Lunaris floris ad instar,
Et Phœbum & Phœben motu animoquè sequar.

H.D. ergò concinnavit,

Matthias à Jagovv, Hereditarius in Kalenbergk/ *Selenicæ Aulæ, quæ est Jetzalbsluvij, prò tempore Præfectus, ipsiquè Authori à Consilijs.*

In

Honorem Authoris, D.S.C.

LECTORI.

PALLAS, JUNO, VENUS, CHARITES, *Diviquè, Deæquè*
Congressi quondam sunt, JOVIS antè thronum.
Conquesti, tutus quòd vix CYLLENIUS *unquàm*
MARTIS *ab insidijs carpere posset iter.*
MARS *ex adverso culpam regerebat in ipsos*
Monstrabatquè suo hoc se didicisse malo.
JUPITER *hinc dubiam cernens sic vertere causam,*
SILENO, *rixam dirimat ille, jubet.*
Qui mòx occultè scribendi repperit artem,
Scribere nè noceat, solvere nè liceat.
Vidit & admirans ænigmata cryptica Mundus,
A doctis frustrà quærere cœpit opem.
Cumquè adeò nullus toto existebat in Orbe,
Qui secretam artem callidus erueret.
Ecce SELENUS *opem tulit hanc, monstrans tibi formam*
Scribere quâ poteris; Solvere quâ poteris.
Utere nunc Genio Lector, Geniumquè SELENI
Effer, & hæc mecum fac pia vota DEO:
Floreat & valeat, vivatquè SELENUS *in annos*
Nestoreos, Sceptrum MARTE*què & Arte gerat.*

H.D.ergo l.mq̃s.a. ponebat,

Otto von Ompteda/ Hereditarius in Banesen & Nottorff/ Authori ab intimis.

In

In

Cryptomenyticen & Cryptographian.

GUSTAVI SELENI,

ὃ πάνυ, Odarion Georgi Remi J.C.

DEdaleæ nobis blando modulamine linguæ
Reconditos mentis dedit sensus PARENS
RERUM aptè effari, penitusquè expromere, & ore
Exprimere; porrò pectoribus immittere, ut
Auribus argutis præsentes scilicèt haustas
Voces queant, & hi vicissìm reddere.
ABSENTI verò (sæpè id contingere svevit)
Si fortè confabularier mortalium
Quis vellet, magno calami commercia chartæquè
Inventa quondam commodo, nemo neget;
At multis fuerat meritò secreta papyro
Ceræquè, relligio (viden?) concredere.
Nam facilè effringat temeraria dextera utramquè.
Sunt curiosi talium quamplurimi.
Hìnc repperta fuit viridantis acumine mentis
ARS artium: ingeniosa næ scientia:
Mutatis quæ litterulis, numerisquè, figurisquè.
Abstrusa scribendi Modum approbè docet.
Si quas fòrs tabulas, audax atquè improba, amico
Procùl remoto, mille milliaribus
Qui distet, scriptas, manus hèm violenta resignet,
Frustrà sinûs venabitur reconditos.
Hoc ARTIS TE TE, studio excoluisse, SELENE,
Ad usquè miraclum, probo & laudo; Hercule
Dextro, quod nemo fecit, potuitquè, patrasti:
Et nemo progredietur ulteriùs: scio.
Hìnc laudes TIBI Posteritas canet; exsolvetquè
Laudes, IN ARTE CRYPTOGRAPHICA PRINCIPI.

Adcinebat *LUB. MERITISSIMO*

G. Remus J.C. Reip. Norimb. à consilijs
cIↃ IↃ cxxII Eidibus Mais.

Ad Germanos: Ejuſdem.

Mirare, Tellus Teutonum, mirare Opus:
Miræ artis hic Liber, artis hocce magnæ Opus
A quo profanum vulgus arceo procùl.
Qui naris emunctæ minùs, quis ſynciput
Non ter quaterquè perpurgatum erit, procùl
Jubeo hos abeſſe: exeſſe jubeo ſeriò.
Refugit teri manibusquè plebeiis, teri
Hoc manibus illotis recuſat planè Opus;
Sed eruditos *unicè deſiderat*
Viros, ocellis Argon atquè Lyncea,
Qui noverit ſuperare. Nil *ſubtilius,*
Nihil laborioſius Germania
Annis trecentis viderit; non mentiar.
Vivas, Selene, *Neſtoris ſæclum &* Vale.

Ejuſdem, in Enodationem Trithemianæ Steganographiæ Jambici Senarij.

Sub lapide quovis Scorpionem qui putant
Latitare, falluntur nimis: turpiſsimè
Labuntur; errant orbe toto; non ità eſt.
Scribendi amicis Arte, quæ recondita,
Quæ non ſit unicuiquè vulgo pervia,
Trithemius quondàm docebit Artifex:
(Manus iniquæ quandò ſæpè Literas
Raptant, reſignant & revelant abdita
Nullo ſuo bono, bonorum incommodo)
Hinc fama vana exoritur incomptis viris,
Magicen docere; cùm nihil doceat minùs.
Facienda nulli & nemini eſt injuria:
Favore contrà digna perpetìm fuit,
Et vindicanda ſemper innocentia;
Quod Jureconſultorum in ore filij
Habent. *Bodinus* ſivè *Bovillus*, ſibi hoc
Habeant. Tuetur en Selenus maſculè
Abbatis innocentiam Trithemii.

Madri-

Madrigale di Filippo Hainhofer, Cittadino d'Augusta.

Chiuso in angusta parte Augusto parto,
Non starai, che lodato
Da l' ingegni più rari
Andrai col Tempo al pari,
Ovunque Febo snoda il crin aurato,
Come nascosto, come
Privo sarà di nome,
Chi tenta altrui scuoprire
Quanto può mai celar l' arte nel dire?
Ne' palesati suoi secreti l' Arte
Scoprirà te secreto in ogni parte.

Un' altro: del medesimo.

Questa Luna, che sorge
In grembo quasi à l' orse
A i Lidi più remoti' l lume porge.
Luce, & non mai tramonta,
E nell' Atlante forse
Più chiari spiega i rai, che dove sponta
Cinthia così più suole
Risplender lungi, che congionta al Sole.

AD

AD

GUSTAVUM SELENUM.

1. In

Enodationem Steganographiæ, Carmen Lusorium.

TRitthemij Abbatis, dùm clarâ luce reponis
Artem, quam miris texerat ille modis;
Subrisit Vates, solitasquè recurrit ad Artes,
Nec cœptis istis, dixit, inultus eris.
Nec mora SPIRITUUM *circùm glomerante, vocatâ*
Turbâ, incantando carmina dira vibrat.
Carmina, queis ficti GUSTAVI *augusta* SELENI
Erueret nodis, nominaritè suis.
Ad quæ prosiliens, qui primus honore PAMERSIEL
Horrisono voces, evomit ore, truces:
Hakul Gavoseti, Visodrum Xydreal Uvyn
Zehnablu Progodset Rhidue Nagdeory.
Excipit. Hà rectè! Vates dùm prodere nostra,
Et fœtum oppertum prostituisse juvat;
Ecce tuum prodis quoquè, quod latitare volebas
Nomen, adhinc volitans, docta per ora virùm,
Quâ latebris nostra utrinquè occulta vimus, ECCE
Hinc atquè hinc lucem concipiunt penitùs.

2. In

Totum Systema

Carmen Applausorium.

SIc est, mi bone Præsul, indè fama
Ingens exoritur, TIBI & SELENO
Et par surgit utriquè laus; sed hoc te
SELENUS superat, quod omne punctum
Tàm docto, numeris & absoluto
Quo PALLAS stupefacta ter, Libello
Confertìm tulerit STENOGRAPHORUM
Quantùm unquàm fuit eruditionis.

Faciebat
Matthias Börtius J.U.L. Auctori ab intimis,
& Consul Soltqueldensis.

AD

AD

G. SELENUM.

AUguſtiſsime principum virorum,
Prudentiſsime principum virorum,
Humaniſsime principum virorum,
Qui quantùm reliqui, ocio jocisquè,
Qui quantùm reliqui mero aut amore
Perdunt temporis, eruditioni
ıpendis ſapientiæquè libris;
uorum copia cùm tibi parata
it tanta, ut titulos tenere ſolos
ınfixos animo labor ſit ingens,
Tu ceù bibliotheca viva, calles
Græcus, Gallus, Iber, Latinus idem
Quæ vel Græcia condidit vetuſta,
Quæ vel Gallica ſvada vel Latina,
Quæ ſcripsêre Itali, aut graves Iberi.
Ergò hìnc inſtàr apis, vagatus inter
Campos floriferos & ampla tempe
Humanæ atquè ſacræ eruditionis,
Ingenti ſtudio & labore promis,
Quod totus ſtupeat colatquè mundus,
Quod totum recreet juvetquè mundum.
Salve Semideûm propago, ſalve
Auguſtiſsime principum virorum,
Prudentiſsime principum virorum
Humaniſsime principum virorum,
Tantò auguſtior omnibus futurus,
Per cultum ſapientiæ eruditæ,
Quantò rariùs eſt vacare Libris
Terræ numina Principesquè mundi.

Auctoris D. M. C. Medicus,

MELCHIOR BRELERUS.

In

AD

GUSTAVUM SELENUM.

1. In

Enodationem Steganographiæ, Carmen Lusorium.

TRitthemij Abbatis, dùm clarâ luce reponis
Artem, quam miris texerat ille modis;
Subrisit Vates, solitasquè recurrit ad Artes,
Nec cœptis istis, dixit, inultus eris.
Nec mora SPIRITUUM *circùm glomerante, vocatâ*
Turbâ, incantando carmina dira vibrat.
Carmina, queis ficti GUSTAVI *augusta* SELENI
Erueret nodis, nomina ritè suis.
Ad quæ prosiliens, qui primus honore PAMERSIEL
Horrisono voces, evomit ore, truces:
Hakul Gavoseti, Visodrum Xydreal Uvyn
Zehnablu Progodset Rhidue Nagdeory.
Excipit. Hà rectè! Vates dùm prodere nostra,
Et fœtum oppertum prostituisse juvat;
Ecce tuum prodis quoquè, quod latitare volebas
Nomen, adhinc volitans, docta per ora virûm,
Quâ latebris nostra utrinquè occulta vimus, ECCE
Hinc atquè hinc lucem concipiunt penitùs.

2. In

Totum Systema

Carmen Applausorium.

SIc est, mi bone Præsul, indè fama
Ingens exoritur, TIBI & SELENO
Et par surgit utriquè laus; sed hoc te
SELENUS superat, quod omne punctum
Tàm docto, numeris & absoluto
Quo PALLAS stupefacta ter, Libello
Confertìm tulerit STENOGRAPHORUM
Quantùm unquàm fuit eruditionis.

Faciebat
Matthias Börtius J.U.L. Auctori ab intimis,
& Consul Soltqueldensis.

AD

AD

G. SELENUM.

AUguſtiſsime principum virorum,
Prudentiſsime principum virorum,
Humaniſsime principum virorum,
Qui quantùm reliqui, ocio jocisquè,
Qui quantùm reliqui mero aut amore
Perdunt temporis, eruditioni
ıpendis ſapientiæquè libris;
uorum copia cùm tibi parata
it tanta, ut titulos tenere ſolos
ınfixos animo labor ſit ingens,
Tu ceù bibliotheca viva, calles
Græcus, Gallus, Iber, Latinus idem
Quæ vel Græcia condidit vetuſta,
Quæ vel Gallica ſvada vel Latina,
Quæ ſcripsêre Itali, aut graves Iberi.
Ergò hìnc inſtàr apis, vagatus inter
Campos floriferos & ampla tempe
Humanæ atquè ſacræ eruditionis,
Ingenti ſtudio & labore promis,
Quod totus ſtupeat colatquè mundus,
Quod totum recreet juvetquè mundum.
Salve Semideûm propago, ſalve
Auguſtiſsime principum virorum,
Prudentiſsime principum virorum
Humaniſsime principum virorum,
Tantò auguſtior omnibus futurus,
Per cultum ſapientiæ eruditæ,
Quantò rariùs eſt vacare Libris
Terræ numina Principesquè mundi.

Auctoris D. M. C. Medicus,

MELCHIOR BRELERUS.

In

In

GUSTAVI SELENI

Principis τῆς παγκρατείας Opus, immortalitate dignum.

ARtibus Arma, Armisquè Artes defendere, quondam
Jull erat hæc Virtus, Jull erat Ingenium.
Fama vetus taceat; Majora in Principe sunt Hoc,
Ingenium & Virtus cum PIETATE, *Bona.*
I Liber & loquere Auctorem: Nequè thus, nequè scombros
Formida, dùm Sol occidit atquè oritur.
Lucifer astrorum populum stellasquè tribules
Vincit; Tu vincis Lumine Trithemios.
Nonnè vides, ut Musa tibi ridetquè favetquè,
Ut sunt in laudes cuncta disertatuas?

Scribeb. Noribergæ,
M. Joh. Saubertus Diaconus
Ægidianus.

De

De

Mirabili Cryptographiâ GUSTAVI SELENI.

QUi dixit cunctas per terras, perquè profundum
Cœlum, per tractus æquoris ire DEUM,
Divinâquè animâ informare animalia cuncta,
Mens illi solers, ingeniumquè fuit.
Hoc in te egregiè apparet, perdocte SELENE,
Qui linguas vivis persimilesquè facis.
Sic cedit rerum novitate extrusâ Vetustas,
Sic res sunt omnes maxima cura Duci.
O felicem hominem, de cœlo Juppiter alto
Cui tantùm mentis cessit habere suæ!

L. M. Q.
deproperavi
Elias Ehinger.

In

Cryptographicen GUSTAVI SELENI.

Epigramma.

PErfidiâ in tantâ sæcli, tantaquè malorum
Colluvie, quibus heù! tempora nostra scatent:
Vir sapiens meritò cordis Secreta recondit,
Nec facilè effutit, quæ reticenda videt.
Res divina etenim, præstare silentia rebus,
Imprimere & labijs casta sigilla suis
At quoniam fidis hæc vita careret amicis:
Exoptanda homini vix ea vita foret:

Inventa est, paucis cordis secreta revelans
Ars Cryptographice, mystica, diâ, sacra.
Hanc quia tàm facili methodo, doctaquè SELENUS
Tradit, divini ceù specimen genij:
Est quod agant grates pariter Sapiens & Amicus:
Auctori & Vitæ stamina longa rogent.

M. Petrus Meyderlinus, Collegij Evangelici Ephorus, Augustæ Vindelicorum, accinebat.





GUSTA-

GUSTAVUS SELENUS.

Anagramma:

Auguſtus es, Lun' es.

DE Cryptographiâ me dicere multa parantem,
Quantus ſiet Liber iſte & Author illius,
Auriculam vellens monuit Pataræus Apollo,
Hisquè increpans affatur ultrò vocibus:
Quid mihi *Guſtavum*, Quid Tu illuſtrare *Selenum*,
Inanibus paras miſelle laudibus?
Auguſtus Guſtavus hic eſt, hic *Luna Selenus*,
Ut nomen ac cognomen ipſum comprobant.
Auguſtos auguſta decent, cultiquè Marones,
A Sole ſolo Luna lumen * concipit.

Joh. Honthemius Ubius.

* *non à quovis Poëtaſtro.*

Ejusdem ECHO, in idem præcedens Anagramma.

ECquis hic AUGUSTUS? natumnè è Stirpe putemus
Magnatum? NATUM. Siccinè Nais? AIS.
Eccur LUNA cluet? magis hinc magis atquè pateſcet
Illius an nobis conditio? DITIO.
Jam Liber hic, dignusnè Tibi eſt volvi atquè revolvi?
EVOLVI. Id ſi quis fortè negaret? ARET.
O Scripturarum, RARUM genus atquè volumen!
LUMEN. Quale micat Solis ab orbitâ? ITA.
Quin ſuprà aſtrorum fulgorem hunc judico. DICO.
Tantaquè vix Phœbus lumina præbet. HEBET,
Jamnè hoſtes hic arte docet vitare libellus
Aſtutâ? TUTA, fallerequè egregiè?
REGIE, & inſidias prænoſcere? NOSCERE: Namquè
Scire Virûm hinc techn'as perfacilè eſt. FACILE EST,
Scilicèt ùt poſſis ab ijs tibi ritè cavere?
VERE, improviſò ne pereas, PER EAS.

Raræa opes, quas haùt proclive aliundè parare.
RARÆ, & quæ ſuperent Sardonychas. ONYCHAS.
Id genus edoceat qui Te myſteria, nullus
Extat in Orbe liber, crede mihi, EDE MIHI.
Ordine nam perhibet, quæ res retegenda, TEGENDA,
Quoquè modo id deceat confieri. FIERI.
Quisquis es ergò, teras Opus hoc, relegasquè, LEGASQUE,
Mille putesquè Artes indè patere. TERE.
Usquè tere, aſsiduos Cryptographice iſta repoſcit;
POSCIT. Ama, datur hâc nam tibi lege. LEGE.
An prodire nefas? NÆ FAS, *lucemquè videre?*
E RE. Librum inquam hunc fasnè latere? TERE.
An (quod opinetur Vulgus rude fortè) futurus
Futilis hic Labor eſt? UTILIS HIC LABOR EST.
Nùm dulces fructus mox proferet? O FERET. *Ergò*
Jure Patrem Authorem Patria clamat? AMAT.
O quanta hæc animis præpandit lumina LUNA!
UNA. *Vir* AUGUSTI *hic quàm benè nomen habet!*
OMEN HABET, *Populi dùm rem feliciter Author*
Auget & amplificat, condecorat. DECORAT.
Promovet hîc pacem Martemquè ARTEMQUE. *Putasnè*
Dignum hunc, ut ſcriptis digna brabeia ferat?
ELA FERAT, *Sertisquè Deus quem cingat ephæbus?*
PHOEBUS, Pierides concelebrent? CELEBRENT.
Jam ſatis eſt, nequè enim noſtrâ Te eſt ampliùs æquum,
Nympha, fatigari voce petace. TACE.

Aliud Anagramma.

GUSTAVUS SELENUS.

Vales guſtu, ſenſu.

Ad D. Authorem.

QUisquis es (eſſe autem Divis Genitoribus ortum
Crediderim) eximio *guſtu ſenſuquè* peracri
Næ GUSTAVE *vales*, vulgaria quippè palatum
Cuncta tuum temnit, tantùm ſibi fercula poſcit
Æmula Divorum dapibus, quæ paſcere mentem,
Et ſatiare famem valeant, quâ ardeſcis in Artes,
Virtutesquè bonas. Hæc ſunt tua liba, placentæ,
Lautitiæquè epulæquè tuæ, hæc bellaria, præ queis

Mure-

Murenæquè latus, lepores & hiantia ſpernis
Oſtrea, vel quæcunquè guloſus Apicius optet.
Sola tuo ſapiunt Sapientûm Scripta palato,
E quibus, ut Tibi delicias excerpere poſsis,
Perlegis extremo Libros vel ab Orbe petitos,
Herculeoquè labore notas, quæcunquè figuris
Inſolitis conſcripta vides, quæcunquè character
Occulit ambiguus, quæcunquè obducta tenebris
Atquè inviſa jacent, mox Dij in luminis auras
Pervigili ſtudio prodis quodcunquè repertum eſt.
Nempè ſuâ ferulâ ſubducto ità cœlitùs igni
(Per ferulam *Senſum* priſci accepêre Poëtæ:)
Humanum variâ quondam genus arte Prometheus
Inſtruxit, velut ipſe novum mortalibus infers
Hoc Cryptographico nûnc Tute volumine lumen.
Næ *guſtu* GUSTAVE *vales*, *ſenſuquè* peracri.

Aliud Epigramma, ad D. Authorem.

Fallor, an hoc me Anagramma tuo de Nomine vero,
Dequè tuâ certum conditione facit?
AUGUSTI *latè præſunt ditionibus, Orbem*
Illuſtrat radijs candida LUNA *ſuis.*

Alluſio ad Nomen D. Authoris.

Sileni formâ ſub ſimpliciore tegebant
Myſteria olim maxima ac recondita.
Silenum pueri ſacra & divina canentem
Mnaſilus & Chromis audiêre carmina.
Silenum Regem, ſimùl Auguſtumquè Vetuſtas,
Ut SemiDeum venerata priſca creditur.
Illuſtrat radijs Orbem de nocte, Σελήνη
Vocata Græcis, *Luna* ſed Quiritibus.
Tu quoquè, *Guſtavi* nudo ſub nomine, totum
Scriptis *Selene* Orbem ſacris illuminas.
Quis te *Silenum* neget AUGUSTUMQUE SELENE?
Quis eſſe Te *Selene* LUNAM haud dixerit?

Aliter.

REs tegis auguſtas nobis, retegisquè; Vocari
Quis Te Silenum *jure* Selene *neget!*
Silenus *Phœbum ſuperavit & Orphea cantu,*
Movit & hoc quercus, ſaxa trucesquè feras;
Tu tamen hunc etiam Victorem vincis & affers,
Ob quas inventas gaudeat Orbis, opes.

Ad D. Authorem de præſenti Opere: Tetraſtichon.

NOſtra latere facis Secreta, aliena patere.
Quid niſi delapſum es Numen ab axe Poli?
Quid niſi Luna nitens, Pandora, ancile Deorum?
Oedipus es, Sphinx es, Vive Selene diù.



Eteo-

Eteoſtichon de Operis h. Editione.

EDIDIt (InsIgnI Phœbo aſpIrante LaborI)
DIV Inâ præſtans arte SeLenVs OpVs.

Joh. Honthemius Ubius.

Ejusdem Diſtichon Dædalicum, ſeu Cubus, in quo, tàm Hexameter, quàm Pentameter Verſus, in unâ eademquè tabulâ, legenti compluriès occurrit.

Ad D. Authorem.

Occultainquiris,cælascælandaperitè.
ccultainquiris,cælascælandaperitè.A
cultainquiris,cælascælandaperitè.Ar
ultainquiris,cælascælandaperitè.Art
ltainquiris,cælascælandaperitè.Arti
tainquiris,cælascælandaperitè.Artif
ainquiris,cælascælandaperitè.Artifi
inquiris,cælascælandaperitè.Artific
nquiris,cælascælandaperitè.Artifici
quiris,cælascælandaperitè.Artificis
uiris,cælascælandaperitè.Artificisr
iris,cælascælandaperitè.Artificisre
ris,cælascælandaperitè.Artificisres
is,cælascælandaperitè.Artificisrese
s,cælascælandaperitè.Artificisreseſ
cælascælandaperitè.Artificisreseſt
ælascælandaperitè.Artificisreseſtu
lascælandaperitè.Artificisreseſtut
ascælandaperitè.Artificisreseſtutr
scælandaperitè.Artificisreseſtutra
cælandaperitè.Artificisreseſtutraq
ælandaperitè.Artificisreseſtutraqu
landaperitè.Artificisreseſtutraque
andaperitè.Artificisreseſtutraquec
ndaperitè.Artificisreseſtutraquecr
daperitè.Artificisreseſtutraquecre
aperitè.Artificisreseſtutraquecred
peritè.Artificisreseſtutraquecrede
eritè.Artificisreseſtutraquecredop
ritè.Artificisreseſtutraquecredepr
itè.Artificisreseſtutraquecredepro
tè.Artificisreseſtutraquecredeprob
èArtificisreseſtutraquecredeprobi.

id eſt:

Occulta inquiris, cælas cælanda peritè;
Artificis res eſt utraquè, crede, probi.

ALIUD DISTICHON DÆDALICUM,

què Versus CRYPTOGRAPHIÆ SELENICÆ, non totiès etiam (distinctis tamen Cubis)

MagnaSeLeneprobIsDas,ôVIrLapſVsabaXe
aMagnaSeLeneprobIsDas,ôVIrLapſVsabaX
gaMagnaSeLeneprobIsDas,ôVIrLapſVsaba
ngaMagnaSeLeneprobIsDas,ôVIrLapſVsab
angaMagnaSeLeneprobIsDas,ôVIrLapſVsa
SangaMagnaSeLeneprobIsDas,ôVIrLapſVs
eSangaMagnaSeLeneprobIsDas,ôVIrLapſV
LeSangaMagnaSeLeneprobIsDas,ôVIrLapſ
eLeSangaMagnaSeLeneprobIsDas,ôVIrLap
neLeSangaMagnaSeLeneprobIsDas,ôVIrLa
eneLeSangaMagnaSeLeneprobIsDas,ôVIrL
peneLeSangaMagnaSeLeneprobIsDas,ôVIr
rpeneLeSangaMagnaSeLeneprobIsDas,ôVI
orpeneLeSangaMagnaSeLeneprobIsDas,ôV
borpeneLeSangaMagnaSeLeneprobIsDas,ô
IborpeneLeSangaMagnaSeLeneprobIsDas,
sIborpeneLeSangaMagnaSeLeneprobIsDa
DsIborpeneLeSangaMagnaSeLeneprobIsD
aDsIborpeneLeSangaMagnaSeLeneprobIs
s,aDsIborpeneLeSangaMagnaSeLeneprobI
ôs,aDsIborpeneLeSangaMagnaSeLeneprob
Vôs,aDsIborpeneLeSangaMagnaSeLenepro
IVôs,aDsIborpeneLeSangaMagnaSeLenepr
rIVôs,aDsIborpeneLeSangaMagnaSeLenep
LrIVôs,aDsIborpeneLeSangaMagnaSeLene
aLrIVôs,aDsIborpeneLeSangaMagnaSeLen
paLrIVôs,aDsIborpeneLeSangaMagnaSeLe
ſpaLrIVôs,aDsIborpeneLeSangaMagnaSeL
VſpaLrIVôs,aDsIborpeneLeSangaMagnaSe
sVſpaLrIVôs,aDsIborpeneLeSangaMagnaS
asVſpaLrIVôs,aDsIborpeneLeSangaMagna
basVſpaLrIVôs,aDsIborpeneLeSangaMagn
abasVſpaLrIVôs,aDsIborpeneLeSangaMag
XabasVſpaLrIVôs,aDsIborpeneLeSangaMa
eXabasVſpaLrIVôs,aDsIborpeneLeSangaM

id eſt:

Magna SeLene probIs Das, ô VIr LapsVs ab aXe

In Quo, Præterquam, Quod Uter-
editæ, sed conscriptæ Annum 1622^mum complectitur, mul-
Lectori legendus repræsentatur.

Ob en è! t VMV L t o s V I V e S e L e n e D I e s.
bOb en è! t VMV L t o s V I V e S e L e n e D I e
ebOb en è! t VMV L t o s V I V e S e L e n e D I
neb Ob en è! t VMV L t o s V I V e S e L e n e D
è!neb Ob en è! t VMV L t o s V I V e S e L e n e
t è!neb Ob en è! t VMV L t o s V I V e S e L e n
V t è!neb Ob en è! t VMV L t o s V I V e S e L e
MV t è!neb Ob en è! t VMV L t o s V I V e S e L
VMV t è!neb Ob en è! t VMV L t o s V I V e S e
LVMV t è!neb Ob en è! t VMV L t o s V I V e S
t LVMV t è!neb Ob en è! t VMV L t o s V I V e
ot LVMV t è!neb Ob en è! t VMV L t o s V I V
s ot LVMV t è!neb Ob en è! t VMV L t o s V I
V s ot LVMV t è!neb Ob en è! t VMV L t o s V
I V s ot LVMV t è!neb Ob en è! t VMV L t o s
V I V s ot LVMV t è!neb Ob en è! t VMV L t o
e V I V s ot LVMV t è!neb Ob en è! t VMV L t
S e V I V s ot LVMV t è!neb Ob en è! t VMV L
e S e V I V s ot LVMV t è!neb Ob en è! t VMV
Le S e V I V s ot LVMV t è!neb Ob en è! t VM
e Le S e V I V s ot LVMV t è!neb Ob en è! t V
ne Le S e V I V s ot LVMV t è!neb Ob en è! t
ene Le S e V I V s ot LVMV t è!neb Ob en è!
D ene Le S e V I V s ot LVMV t è!neb Ob en
I D ene Le S e V I V s ot LVMV t è!neb Ob e
e I D ene Le S e V I V s ot LVMV t è!neb Ob
s e I D ene Le S e V I V s ot LVMV t è!neb O

id est:

O benè! tV MVLtos VIVe SeLene DIes.

Humilim. Devot. ergò l. m. accinebat,

Idem Johann. Honthemius Ubius.

In

In

GUSTAVI SELENI Cryptographicos Libros.

Eu cœca filo rexerat vestigia
Monstri à biformis cæde digressi ducis
Reginæ amantis Dædalus miserans vicem:
Laboriosis atquè doctis paginis
Pandit SELENUS *anxijs mortalibus*
Obscura sensuum involucra, largiter
Et NOCTILUCA *clariùs multò face.*
Jam non SELENUS *ille, non est. Phœbus est.*

De eodem Joannis Trithemij ob Steganographiam Magices insimulati vindice.

ACheronta multis integrum arcanis notis
Motum ire visus horridisquè vocibus
Vir elegantis ingenî Tritthemius.
Retexit artes non malas imò utiles
Curâ SELENUS ingenîque acumine,
Probiquè famam absolvit à probro viri.
Prodesse vivo quilibet forsan queat:
At mortuo prodesse non cujuslibet.

Ad ejusdem Prænomen allusio.

AUGUSTA *mens est; nomen* AUGUSTUM *est tibi:*
AUGUSTUM *avorum nomini est decori genus:*
AUGUSTA *magnæ est fama virtutis comes.*
AUGUSTA *restant fata, quëis dignus clues.*

Ab eodem benignè acceptus, liberaliter habitus dimissusquè, cultui & gratitudini testandis

THOMAS SEGHETUS F.

GUSTA-

GUSTAVO SELENO, D.S.C. Opus Steganographicum adornanti;

HErculeos celebrent alij jactentquè labores,
Sit mihi GUSTAVI dulce labore frui:
Carminis Artifices jactet veneranda Vetustas,
Quos Orpheus inter primus, opinor, erat
Quem cantu traxisse feras, & flumina fingunt,
Threiciâ, (mirum!) detinuisse lyrâ:
Quem fidibus movisse canunt Plutonia regna,
Eumenidasquè atras, Cerbereumquè canem.
Tolle Poëtarum nugas, & vera repone:
Utilius profert hisce SELENUS Opus.
Dùm tales mirâ docet arte fideliter artes
Quæ superant Melicas utilitate Deas.
Undè etiam hunc ipsos Vates, celebrare SELENUM,
Silenumquè ipsi postposuisse decet.
Nè tamen hoc (moneo) quisquam è vulgaribus ausit,
Sed cujus cingant laurea serta comas.
Ipsum Silenum fas est laudare SELENUM.
Divus hic: In magnis mî voluisse sat est.

debitæ subj. & humil: devot. ergò accinebat,

Andreas Ludovicus Schopperus, D.
Authoris Consil.

INDEX

INDEX ERRATORUM.

Errata, quæ, fervidiori opere, præter ſpem irrepsêre, Lector benevole, antequàm te Lectioni accingas, ad Indicem hunc, corrigere nè graveris. Ità nihil eſſe, quod te amplius morari poſſit, confidimus.

Pag. 1. lin. 4. inf. dele *&c.*
p. 15. l. 7. ſubolfaciat.
p. 18. l. 6. à f. Idiotiſmum.
p. 29. l. ult. poſt 18 literâ, inter e & a, inſeratur *e.*
p. 33. l. 17. occupatos, l. antep. nectenda.
p. 37. l. 11. diſtinguantur, l. 18. Idiotiſmo, l. 22. Alludit.
p. 40. l. 35. Cap. Seq.
p. 45. l. 3. ſæpequè, l. ult. deſpicit.
p. 54. l. pen. preces.
p. 57. l. 7 f. Drelnoz.
p. 64. l. vantia, *l pen. donarunt.*
p. 69. l. antep. oſtendet.
p. 73. l. 10. ſubdividitur.
p. 74. l. 17. Benignitati.
p. 78. l. 31. laudabilem.
p. 91. l. 22. anderm.
p. 96. l. 8. inf. magnæ.
p. 97. l. 3. tempera, l. 6. Pherden.
p. 98. l. pen. Johans Berg.
p. 108. l. 29. dele, *uti & ſequentibus.*
p. 111. l. 6. ſimplex ac, l. pen. quieti.
p. 129. l. 10. & 11. perfectiſſimè.
p. 135. l. 16. 17. conſignificans.
p. 139. l. 15. à f. Publilius.
p. 142. l. 14. adaptatio, l. 32. 33. dividendo, l pen. & ult. ordines.
p. 146. l. 5. alia & diverſa.
p. 148. col. 6. l 10. atque.
p. 187. l. 8. a f. hanc a latere.
p. 244. l. 16. unum poſt aliud, l. 18. intuitum, l. 11. à f. evadat.
p. 245. l. 9. a f. præmittet.
p. 249. l. 16. Libycos.
p. 251. l. 9. in quolibet.
p. 255. l. 4. a f. vacantibus.
p. 258. l. ult. intuitu.
p. 266. l. 2. ab initio (ſcilicèt Dictionis.)
p. 272. l. 29. quam.
p. 273. l. 4. à f. Lib. ſeq. Ibid. transpoſitionis. l. ult. dele, *&c.*
p. 275. l. 9. dele *ſi.*
p. 277. l. 10. à f. In tabulâ, ſequentia verba, *(Hæc triplici proceſſu conſtat)* ſtatim ſequantur, *cap. 23.*
p. 279. l. 15. quæ quaſi.
p. 283. l. 2. à f. Quod.
p. 297. l. 13. à f. ſecuit,
p. 305. l. 8. a f. Linea.
p. 314. l. 9. ejus.
p. 316. l. 8. directò.
p. 319. l. 4. a f. deprehenduntur.
p. 320. l. 15. 16. in numeris prò o, repone *9.*
pag. 321. l. 13. locus erit: Imò etiam. Ibidem Schem. Muſicali, dele ab initio, unam tam ex iſtis quatuor ſe inſequentibus quartâ lineâ. *Ibid. l. 4. à f.* prò *à ſiniſtro,* le *ab imo.*
p. 322. l. 15. Inverſa.
p. 323. l. 21. & 22. polluti LAbij.
p. 324. l. 6. Operæ verò pretium.
p. 332. l. 11. & 12. mirabilis.
p. 340. l. 18. & domus tuæ parieti, l. 16. à f. emi tijs, l. 16. 15. à f. omnigenorum animantium.
p. 342. l. 10. accuratè.
p. 343. l. 4 ubi.
p. 344. l. 13. & 9. à f. in Diſcantu.
p. 348. l. 7. c. 19. h. Libri.
p. 368. l. 5. a f. huc etiam.
p. 370. l. 2. dele *&c.*
p. 378. l. 14. à f. excudit.
p. 379. l. 6. innumeris.
p. 380. l. 27. perſcribere.
p. 381. l. 4. a f. diſplicere.
p. 386. l. 31. 32. Neceſſariò, l. 13. à f. Veriſimile.
p. 392. l. 2. imperant.
p. 395. l. 20. legent.
p. 400. l. 7. inſtitui, l. 5. à f. de ligno.
p. 401. l. 12. a f. conſcia tergum.
p. 402. l. 14. a f. non renitor.
p. 412. l. 2. 3. Literis, l. 4. ſubdiſtinctionibus.
p. 414. l. 4. à f. lacte.
p. 419. l. 29. divinius illud.
p. 423. l. 10. à f. exhibere. Res.
p. 429. l. 12. Simile.
p. 432. l. 1. neglegunt?
p. 433. l. 14. prominens.
p. 445. l. 29. indifferenter.
p. 450. l. 16. ſymboloque, l. 19. Ut militem.
p. 454. l. 17. Conventum auguſtum.
p. 456. l. 11. à f. invicem,
p. 458. l. 15. modo.
p. 461. l. 24. protsril.
p. 463. l. 11. pedes.
p. 465. l. 3. a f. detrectarent.
p. 468. l. 1. metari. l. 3. à f. monitorio.
p. 469. l. 26. mota.
p. 486. l. 7. dele notam §.
p. 487. l. 10. à f. Maij.


LIBER PRIMUS.

De

NATURA CRYPTOGRAPHIÆ

TABULA Synopsin hujus Libri continens &c.

- CRYPTOGRAPHIA nostra, absolvitur
  - Protheoriâ, in Lib. 1. Estquè vel
    - Generalis, quæ agit de
      - Origine & Naturâ, c. 1.
      - Definitione, c. 2.
    - Specialis, quæ tractat, de
      - Definitionis Partibus, d. c. 2. nempè.
        - Nomine, quòd etiam vocetur
          - Cryptologia
          - Steganologia
          - Steganographia
          - Polygraphia
          - Ars Notarum & Ciferarum
          - Cryptomenytice
          - Synthemologia
          - Semæologia.
        - Genere, quòd sit ARS.
        - Fine
          - Externo, Secreti nempè Manifestatione
          - Interno, Occultatione nimirùm Secreti, præcipuè per Scripturam, ubi consideratur
            - Positio, Figura, Ordo, Potestas — Literarum. 1. 2. 3. 4.
            - Modus Scribendi 5.
            - Scriptionis Instrumentum. 6.
            - Materia: in quâ, ex quâ 7. 8.
            - Finis 9.
            - Consequens necessarium. 10.
      - Sede, c. 3.
      - Objectis, veluti sunt
        - Res Sacræ
        - Scientiæ rerum occultarum
        - Res arduæ & magna negocia.
      - Subjectis, Cui, uti sunt
        - Eruditi,
        - Amici Absentes,
        - Nosmetipsi.
      - Partitione Tractatus, cap. 4. in Modos
        - Occultè Loquendi 11.
        - Per Signa quasi Loquendi 12.
        - Occultè Scribendi. 13.
  - Tractatione Principiorum seu Mediorum, in Lib. 2. 3. 4. 5. 6. 7. & 8. A. 04. M3.
  - Gymnasiâ, in Lib. 9. & ultimo. M.



CAPUT PRIMUM.

Continens Introductionem Generalem;

ubi & de Origine, Necessitate, Conditoribus hujus Artis, & Authoris Consilio, disseritur.

PARUM ESSET, SI TANTUM HOMINI INtelligere, & secùm ingeniosissimè omnia, quæ sciri possunt, excogitare datum, non verò simùl concessum esset LOQUI. Sed quos limites, *inquit Erycius Puteanus, in Orat: 13. de palæstr: bon: ment:* solertia humani patitur ingenii? Postquàm illud sivè naturæ, sivè industriæ miraculum eviluit, tentavit quisque etiam sinè voce loqui. Parùm erat, indicium animi, ministerio formare vocis, nisi & absentes, posteriquè audirent. Prorsus imperfectum linguæ ingenium mortales censuerunt, nisi & calami usus accederet: *Scriptio scilicet. Scribendi hoc inventum admodùm subtile; undè & Ars Scriptoria, Hebræis, eo nomine per excellentiam, uti observavit* Petrus Gregorius, lib: 16. Art: Mir: c:11. *honestatur; & admirandum maximè. Si enim mirabile est, & propè divinum quoddam, dicente eodem* Gregorio, c. 2. lib. 16. de Republ. *beneficium, mentis notas exprimi, per verba articulata, accedente consensu significationis; certè vocis fugientis sonitum, mentemquè retinere Literis & Signis, longè mirabilius & utilissimum erit, non tantùm præsenti, sed etiam futuris sæculis. Accedit, quòd nihil magis mirum esse possit, quàm tàm pauculis Literis, quæ omnes omninò sunt viginti tres, tot tàm varia, in omnibus linguis nomina constare, quæ sibi singula sunt dissimillima: Esse autem adhùc vocabula ferè infinita, nondùm excogitata vel audita, quæ quilibet posset sibi fabrifacere. Illud verò facit quasi hanc rem incredibilem, nisi oculis ipsi usurparemus, tot & facta & ficta esse vocabula, tantùm ex Consonantibus, Vocalium interjectu sejunctis: Quæ si pronunciari possent, ex solis Consonantibus facta, sicùt possunt scribi, Deus Bone! quanta, quàm incredibilis, novorum verborum vis, indies constarì posset? Nec minùs utile, istud ipsum Inventum, uti verissimè dixit* Plinius, lib. 14. c. 11. Nat. Historiæ. *Hujus unius rei usu, scimus maximè constare, Humanitatem Vitæ, Memoriam ac Hominum Immortalitatem. Inservit enim* Humanæ Vitæ, *quandò cum absentibus & longissimè distantibus, hujus beneficio, nobis licet conversari. Consulit* Memoriæ: *Scripturâ quippè, secundùm* Cassiodorum lib. 15. Varior. *humanorum actuum servatur fidele ministerium: Ac deniquè confert* Immortalitati, *cùm Posteritati per eam prospicere possimus, immortalesquè ipsi, quodammodò evadere valeamus.*

mus. Utùt verò tanta hujus rei utilitas sit, non defuêre tamen, qui Scriptionem & Literas, virus & publicam pestem (quò etiam spectat Fabula Cadmi, Serpentis extincti dentes, in terram seminantis: vide Desideriũ Erasmum, in Dial. de Pronunciat:) *indigitare non erubuerunt, & ab usu hominum remotam longissimè, voluerunt: ut de Thamo,* Cæl. Rhod. lib. 22. c. 15. *De nonnullis Gentibus,* Sabell. Enneid. Tom. 1. *Deque Licinio Imperatore,* S. Aurelius Victor, *referunt. Qui tamen, dùm ejusmodi, pravæ & detortæ mentis conceptus, temerario ore effutiunt, digni essent, ut cum abolitione, quam cupiverunt Literarum & Linguæ exsectione mulctarentur. Ut enim non minor Linguæ quàm Literarum abusus; Ità planissimè stoliditatis suæ argumentum, hacce temerariâ (Eo namquè ipso, vel ipsâ linguâ abutuntur) reprehensione præbuerunt, parùm attendendo Literas ipsius Vocis, Voces vero Mentis seu Conceptus esse Imagines. Longè igitur rectiùs, si modò linguâ periculum, quod vel æquissimo Rhadamanti decreto, impendebat effugere maluissent, longè, inquam rectiùs utiquè fecissent, ut intrà abditissimos mentis recessus, istiusmodi detorta judicia, retinuissent, secumq; emori passi fuissent, quàm malum semen, ministerio rei bonæ, sivè Loquelæ, in alienum agrum spargere, temerario ausu tentassent. Sed hæc latiùs persequi, non nostri est instituti. Id tamen negare nequimus, Scriptionis præter abusum, quædam ulterius esse vitia & damna. Quemadmodum enim, nec omnia, nec apud omnes, nec omnibus eloqui; ità nec scribere expedit atquè convenit. Et tamen summè sæpissimè necessarium est, ut vel Posteris, sed non nisi Eruditis, vestigia rerum abstrusarum relinquantur: vel Amicis Absentibus, negocia nostra, sinè periculo manifestentur. Quarè si Ars quædam daretur, quæ istis sivè vitio sivè damno mederetur, eampse nonnè ambabus amplecteremur manibus ac laudaremus? Et sanè in eo, audacia humana, terminos sibi figi, passa non est, sed illud PLUS ULTRA, studiosè & hìc sectata est. Inventis enim Literis, atquè ad perfectionem suam deductis, jam in propatulo erat omnibus, quod Literis repræsentabatur: Eccè, cùm id nec publicè nec privatim, ità promiscuè usui esse videbatur, inventa ratio est, quâ Literarum jurbar, undiq; splendescens, aut nebulâ obduceretur, aut Imaginum mysterio involveretur, aut characterum subindè affectatâ novitate, aliquantùm evanesceret. Ità Ægyptii, qui Literarum Inventores perhibentur,* Tacit: lib: 11. Annal. *Notas illas Hieroglyphicas simùl adinvenerunt: de quibus nos remissivè agemus,* infrà Lib. 7. c. 14. *Sic tota Sapiens Vetustas, olim Sacras & Occultas scientias, occultè scriptas reliquit: Et* Cicero, Cæsar, Augustus, *summi bello ac pace viri, ut prætereamus alios, Cryptographiâ usi sunt. Quod latiùs explanatum, à* Joh. Bapt: Portâ, Lib. 1. de Occult: Lit. Notis, c. 2. & 4. *hìc omittimus. At cum rudia ista, prisci ævi Commenta, sagacissimo huic nostro seculo, minimè satisfacerent, & prorsùs inutilia viderentur, demonstrante* Portâ, d. lib. 1. c. 14. *Ut in illa, rectè quadrare possit, illud* Scaligeri,

» Exerc. 327. *dicentis:* Institutum hoc, non tàm Artem, quàm impostu-

ram

ram aut delirium esse: *Indè factum est, ut nostrâ ætate, non tantùm non defuerint, qui, quas in vulgus promiscui noticiam devenire noluerunt, res illas, publici juris aliàs factas, mirè obvelarint, veluti gratiâ Exempli, de* Trithemii Opere Steganographico, *dehinc planum faciemus: Verùm etiam certatim Viri doctissimi prodierint, qui artificiosissimis inventis, Institutum hoc, ad communis maximè vitæ usum, excoluerint, & ad Artis fastigium, præclarè provexerint: ùt post* Trithemium, *recensere possumus,* Casaubonum, Vigenerium, Collangelium, *Gallos:* Cardanum, Portam, Walchium, Schvventerum: *Et qui præterea hanc rem attigerunt,* Puteanum, Hermannum Hugonē, *& Alios. Sed qui, quæ ità variè dispersa reperiuntur, in unum collegerit, inquè unum corpus, ac Artis quoddam Systema redegerit, invenimus neminem: licèt* Porta, *& qui illius vestigia, patriâ linguâ, passim legit,* Schvventerus, *quadantenùs Methodum adhibuerint, sed in quâ multa, tam quoàd formam, quàm materiam, desiderare possis. Nos itaquè, non abs re, operæpræcium facturi sumus, si id muneris in nos suscipiamus, & illum etiam laborem devoremus: Nec patietur invitè, bonus ille noster* Trithemius, *cujus* Steganographiam *præcipuè enodandam suscepimus, se in ordinem redigi, & si non primo, suo tamen loco, inter aliorum Authorum, ingeniosissima & nostra Commenta, collocari. In hoc namq; sedulò incumbemus, ne quem ad exemplum Frisii cujusdam (cujus* infrà lib. 5. c. 1. *plenior sequetur mentio) labore & laude suâ defraudemus. Ideòq; Nomina Authorum, juxtà Inventa apponemus. Cæterùm in adornando hoc* Systemate, *ità progrediemur, ut primò tradamus* Protheorian, *explicatione* Definitionis: *mox* Principiorum, *seu* Mediorum *Tractationem suscipiamus: Quibus ultimo loco subjiciemus* Gymnasiam *& quæ eò pertinere videbuntur.*

CAPUT II.

De Definitione, & ejus Evolutione.

CRYPTOGRAPHIA *est Ars, aliquid alicui, cui rem explorata tam volumus, clàm omnibus aliis, tutò & sinè periculo manifestandi, per occultam Scriptionem.*

Hanc Definitionem, *explicatione* Nominis, Generis, Finis, Objecti & Medij, *illustrabimus.*

Nomen *quod attinet, habemus varium ab Authoribus, putà* Cryptographiam, Cryptologiam, *Item* Steganologiam, Steganographiam & Polygraphiam, *à* Trithemio: Artem Notarum, Zipherarum *à* Cardano, Scaligero, Exerc. 327. Portâ & Vigenerio: Cryptomenyticen, *ab eo, qui Notas breviusculas illas in* Portam *scripsit: Et deniquè* Scotographiam, *ab* Abramo Colurno, Heb. Mantuano. *Quas voces omnes, pro Synonymis vulgò accipiunt: Reperitur tamen, non levis inter illas differentia. Quædam enim Generis, quædam Speciei, quædam utriusquè nomina referunt. Ars namquè Notarum seu Zipherarum, longè specialior est, quàm ut totius Artis summam complectatur. Pertinet enim propriè, tantùm ad Notas, ut contradistinguuntur à Literis:* Herm. Hugo, de primâ Scrib. orig. c. 17. *ubi eo nomine rectè reprehendit* Suetonium, *quod* Julij Cæsaris, *occultam rationem scribendi, Scriptionem per Notas vocarit. Aliud enim est, Scribere per Notas seu compendio, aliud per transpositas Literas. Quinimò nec tota* Notarum Ars, *hùc pertinet. Hæc enim duos Fines habet, &* Occultationem, *quæ hujus loci, &* Scribendi Compendium, *quod non est de Fine hujus Artis; sed constituit potiùs, propriam Artem, quam* Tachographiam *nuncupant.* Ars *igitur* Notarum, *ut de his vocabulis, quid sentiendum, ingenuè aperiamus, Species tantùm est, & continet particulam solùm, totius Tractationis, ut ex sequentibus clariùs elucebit.* Polygraphiæ *verò nomen per se longè est Generalius, vel ipso nomine indice, & ulteriùs se extendit, quàm tota ratio secretò scribendi: Licèt* Trithemius, *vocem, ad occultam Scriptionem in Genere, inscriptione Libri* Polygraphiæ, *adstringat.* Steganographiæ & Steganologiæ, *uti &* Scotographiæ *nomina, indefinita sunt & nimis quoquè Generalia:* Cryptologiæ *verò vox satisfacere videtur. Sed si in Genere eam accipias, de omni obscuri ratione, jàm latior est: si verò ad Vocem & Scripturam arctes, jam strictior est, quàm ut ambitum Artis exhauriat. Quòd si verò* Cryptologia *angustior est, jam certè* Cryptographia, *utpotè quæ sub illâ comprehenditur, Speciem tantùm Artis denotabit. Id quod non diffitemur. Restat ergò vocabulum* Cryptomenytices, *quæ omnem omninò rationem, occultè significãdi aliquid, comprehendit, sivè illud fiat* Voce, *sivè* Scripto, *sivè* Signo. *Sit ergo summum genus,* Cryptomenytice, *proximè sub se comprehendens* Cryptologiam, *quæ* Voce; Cryptogra-

ptographiam, *quæ* Scripto *constat: Et tertiam, quæ circà* Signa *est, & utramquè insequitur, quam* Synthemologiam, *vel* Semæologiam, *appellare possumus, ac deinceps, majoris certitudinis gratiâ appellabimus. Interest enim, in Artibus habere certa Nomina, quibus utamur. Sic quamvis* Steganographia & Polygraphia *latiùs pateant, uti diximus, eas tamen nos, prò artificiosis vocabulis habebimus & usurpabimus: ut* Steganographia *sit, & eâ denotetur nobis pars illa, quæ Dictiones Ociosas, ad Literas Significativas arctat, hisquè secretum sensum operit, ut feciisse videmus* Trithemium, duobus Steganographiæ Libris: Polygraphiam *verò accipiamus de eâ parte, quâ in promptu habemus, multa Scripta Synonyma & Dictiones, quibus, juxtà Alphabeta, ipsis præposita, congestis & apparatis, secretissimè secretum exprimere datur. Idem de reliquis Artis vocabulis, sit judicium.* Schvventerus *in Genere appellat,* **Eine gehayme Magische Natürliche Red- vnd Schreibkunst.** *Quæ omnia uti sic sè habeant, ità accurate notatum volumus, nos* Cryptographias *vocabulo, in latiori significatione, quâ etiam* Synthemologias *partem, quæ Scriptionem imitatur, comprehendit, tùm ut propositæ definitioni, ceù definitum inserviat, usurpare, idquè non citrà rationem, instituti nostri. Cùm enim animus fuit,* Scripturæ Occultæ *Historiam, hîc principaliter persequi, & tantùm summatim Loquendi griphos perstringere; elegimus vocem* Cryptographias, *ac maluimus definire id potiùs, quod principale subjectum Tractationis contineret. Vide quæ dicemus* cap. seq. circ. f.

Genus *diximus* Artem: *At* Julius Cæsar Scaliger, *summus Philosophus,* d. Exerc. 327. de Subtilitate, *hujus rei, astutiam quandam esse concedit, nullâ verò ratione, Artem dici posse, contendit. Cui nihil aliud reponemus, quàm quòd nunquàm ità judicasset, si fortè hoc, quicquid Systematis, aut varia illa occultandi instrumenta, ingeniosissimè nostrâ ætate excogitata, videre ei contigisset. Quòd verò ibidem, hanc eandem Artem, impostur am & delirium nuncupet, viroquè gravi indignam censeat: Illud aut intellexit, sicut &* cap. præcedenti *monuimus, de Veterum magis adhuc rudibus, & non ità, uti post eà contigit, expolitis inventis: aut, Vir alioquin judiciosissimus humani aliquid, hîc passus fuit: Etenim aliud, Finis, Materia & Media Artis demonstrant, ut his immorari, non sit necesse.*

Objecta, *quæ ità occuli desiderant, olim fuerunt & possunt esse, 1.* Res sacræ. *2.* Scientiæ rerum occultarum: *3.* Res arduæ & magna negocia, *inprimis belli & alio difficili tempore, quæ secreta esse convenit.*

Finis ultimus *est,* Secreti manifestatio: *Si enim nunquàm & nemini fiat manifestatio, frustrà agimus. Hujus verò Finis conditio maxima est, ut sit secura, ut aut difficulter, aut nullo modo, de sensu secreto Scripti aut Epistolij, alij quàm ei, quem scire cupimus, constare, adeoq; securus & indemnis Scriptor servari possit: Maximum enim indè & sæpiùs capitale periculum. Ex quo utilitatem & necessitatem summam, hujus Artis conjectare licet:*

licet: Cujus neglectu, multos capitis periculum adiisse, recenset Porta, lib.1. cap. 4. *& præcipuè Henricum IV. Galliæ Regem, stragem illam insignem apud Aurelium sibi attraxisse, ostendit* Walchius Decad. Fab.9.p. 193.

Subjectum cui, *vel sunt tantùm* Eruditi, *vide* hîc, pag. 22.apud Portam; *vel in communi vitâ & negociis,* Amici potissimùm absentes, *quorum interesse putamus, scire nostra consilia, conatus, & quæ illis & nobis salutaria: aut etiàm* Nosmetipsi, *si quid occultum, memoriæ gratiâ habere volumus.*

Sequitur deniquè Finis Internus *seu* Medium, *rectè ad Extremum Finem perveniendi, quod est* Occultatio Secreti, *non omnis, sed quæ fit* per Scripturam, *seu Scriptionem, Propriam vel Impropriam. Locutionis autem cur hîc nulla fiat mentio, suprà attingebamus.*

Scriptionis verò propriè sic dictæ, proxima Causa est, Positio Literarum; *circà quas considerandæ veniunt,* Figura, Ordo & Potestas: *quò etiam spectat* Modus Scribendi: *Instrumentum Scriptionis est* Stylus *seu* Calamus: *Materia in quâ, præcipuè est* Charta: *Materia ex quâ,* Atramentum: *Finis,* Epistolium: *Consequens necessarium,* Transmissio. *Atquè ab his omnibus ceù fundamentis, Occultandi rationes oriri possunt, ut planiùs ex sequentibus patebit. Tantùm de Definitione: Quæ verò scribenda restant, de hoc Fine Interno, qui respectu Finis Externi, Medium tantùm est; Sicuti etiam de illis, quæ ad Scripturam Impropriam pertinent; Ea omnia suis locis,* Lib. nimirùm 2. cap. 2. & Lib. 8. cap. 8. & sequentibus, *referemus.*

CAPUT

CAPUT III.

De Sede Cryptographiæ & Cognatis.

VEriſimè *dixit* Ariſtoteles, lib. 1. c. 1. de Animâ; Principia Diſciplinarum, pendere à doctrinâ de Animâ. *Quò etiam* Cicero, *de Jurisprudentiâ loquens, reſpexit:* Juris *inquit*, diſciplina, ex ipsâ Hominis naturâ, *id eſt, proprietatibus*, deducenda eſt. *Quod cùm ita ſit, philoſophandum hîc eſt, ſed, quod monebat ille, paucis.*

Proprietates hominis, *quoad noſtrum Inſtitutum, vel reſpectu Animæ, vel ſimùl Corporis conſiderantur, & ſunt* Ratio, Oratio & Scriptura.

Rationem *Proprietatem eſſe, concedunt omnes Phyſici, adeò ut vel ſola indigitetur.*

De Oratione *verò, multoquè magis* Scriptione, *apud eoſdem altiſſimum eſt ſilentium.* Caſmannus lib. 1. Phyſiol: *Orationem ſeu Rationem Sermonatricem, cujus fundamentum in ſolâ Animâ, Inſtrumentum operationis in corpore, primus videtur retuliſſe: Et rectè, ut bonis rationibus, oſtendit* Thomas Sagittarius, in Exerc. Phyſ. 24. Exerc. th. 20. lit. a. *Scripturam, vel potius Scribendi facultatem, eò refert etiàm* Keckermannus, lib. 4. c. 8. Syſt. Phyſ. *Quippè cohærent, Vox & Scriptio. Ut enim Sermo eſt imago Cogitationum mentis: Ita Scriptura eſt imago Sermonis ore prolati aut proferendi. Etſi verò hæ Facultates, ſint à Naturâ, Arte tamen juvantur. Inde* Logica, Rationem *corrigit, dirigit & informat, quæ, cùm Inſtrumento Externo non indigeat,* Scal. Exerc. 307. Sect. 23. *contenta eſt,* Ratione *formandâ, nec per ſe curat Orationem aut Scripturam, licèt non planè excludat, quando præſertìm cogitata, cum aliis ſunt communicanda.* Sermonem *verò format* Grammatica *principaliter: In conſequentiam verô &* Scripturam. *Indè* Grammatica *definitur* Quintiliano, *certa loquendi & ſcribendi ratio: licèt Accuratiores voculam ſcribendi, abundare clamitent, cùm ſcribere, in benè loquendo includatur:* Gieſſen. in Gramm. lib. 1. c. 1. Goclen. in Problem. Gramm. Lib. 1. c. 1. *Inſuper &* Rhetorica, *pro ſuo ſcopo aſſumit informandum utrumq;. Veruntamèn nec Grammatica nec Rhetorica, omne id, quod de Scriptione, dici poteſt aut debet, exhauriunt, ſed quædam adhùc* Philologiæ, *de eâ dicenda relinquunt: veluti* Hermannus Hugo, *argumento egregii Tractatus, quem* de Scribendi Origine & rei literariæ Antiquitate, *ſcripſit, abundè oſtendit. Sic etiam Scripturæ aliquid, quod præter & ultrà Grammatices & Rhetorices artem & ſcopum eſt, accedere poteſt, quô peculiaris Ars, oriri valet. Quô Modô* Poëtica, *iiſdem diſciplinis ſuperaddita reperitur. Nam cum Rationi ac Orationi, Numerus, Fabulæ, Imitationes Comicæ & Tragicæ, ut delectando prodeſſent, addi cœperunt, illa exorta eſt, atq; ad numerum Artium recepta:* Piccolom.

in

in Introd. ad Scient: de Nat. c. 2. *Eodem planè modo, circà Scripturæ accidit, ut ei varia addita sint, quò Scriptio occulta sit, clàm reliquis habeatur & securè pertranseat. Quô factum, cùm præsertim illud non temerè, sed certâ ratione fieret, ut indè Ars peculiaris prodiret, quæ profiteretur occultè scribendi rationem. Quia verò hujusmodi Ars, tùm in vitâ communi, tùm publicâ, belli & aliis difficillimis temporibus, non exiguam utilitatem confert, indè nemo credimus, nobis succenseat, si illam prò Ingenuâ habeamus & vendicemus Arte, ac in eam classem Artium, quas modò recensuimus, reponamus: Ità tamen, ut si cum iis, hoc est, Logicâ, Grammaticâ, Rhetoricâ & Poëticâ, pari progressu, non audeat aut debeat progredi, saltem ut pedissequa Grammatices & Rhetorices subsequatur. At inquis, Occultandi hoc Instrumentum, non tantùm Scripturæ, sed & Voci, imò aliis etiam rebus accidit. Rectè. Ità enim* sup. c. 2. *& Cryptologiam & Semæologiam prætereà dari asseruimus, atquè tribus hisce unũ Genus* Cryptomeneticen *adsignavimus. Quæ quidem, ut reliquas sub se comprehendens, hìc ponenda esset: Verùm maluimus Cryptographiam eo honore dignari: tùm quia & hujus præcipuam suscepimus Tractationem, tùm etiam quòd usus occultandi, maximè inter Absentes, quos inter Scripturæ tantùm, non Vocis commercium intercedit, locum habeat. Etsi igitur* Cryptologia, *naturâ præcedit:* Cryptographia *tamen amplior est, & principatum ducit. Semæologiæ & Semæographiæ, non magna habetur ratio, cùm in consequentiam, utriquè illarum accedat. Patet ergò ratio, quare præcipuam Speciem, omisso Genere, nempe* Cryptomeneticâ, *Instrumentariis istis Disciplinis, Logicæ, Grammaticæ, Rhetoricæ & Poëticæ, solùm adnumeravimus. Non refragamur tamen, si extrà consilii nostri metas, vel* Cryptomenetices *vel* Cryptologiæ *vocabuli quis velit, modò teneat, inter Instrumentarias Disciplinas, banc quam traditurí sumus Artem, reperiri, & Quatuor istis, Quintam accessisse.*


CAPUT

CAPUT IV.

De Partitione Sequentis Tractationis.

ABsolutis iis, *quæ ad* Protheorian *attinent, jam rectà ad* Media, *seu* Modos occultè Scribendi, *accedendum*. *Verùm ut nihil intactum relinquamus, primò* Modos Occultè Loquendi, ὡς ἐν πυρὸς *breviter perstringemus. Videatur* suprà c. 2. vers. Quæ omnia: *Quibus eâdem ratione Modos per* Signa quasi Loquendi *subnectemus*, Lib. 2. cap. 1. *Hisce verò ità transcursis*, cap. 2. *rem ipsam, h.e.* Scriptionem Occultam *aggrediemur, atquè* Media *varia eruemus: In quorum tractatione, Capita reliqua*, Libri 2. 3. 4. 5. 6. 7. & octavi, *occupantur.*

LIBER



LIBER SECUNDUS,

De

MEDIIS SEU MODIS OCCULtandi, partim Generalibus, partim Specialibus.

TABULA Synoptica hujus Libri complectens.

- Media seu Modi occultandi (vid. Lit. A Tab. pr.) spectant vel
  - Sermonem c. 1. Et tùm oriuntur mediante
    - Voce ipsâ: Contingunteque Sermonis
      - Suggestione Deprecationem, clancularia, Infusurrationem ad fistulam,
      - per Vocis Translatione Metaphoricâ: Inclusionem in Tubum.
      - Simplici
      - Alteratione
        - Transpositoriâ
        - Propriè sic dictâ
        - Mixtâ
        - Interpolatoriâ; quæ ite- rùm contingit
          - Subfstitutione aliquot barbararum Vocum,
          - Interjectione quarundam Literarum,
          - Appositione otiosarum Dictionum,
          - Innovatione Idiomatismi.
    - Signo (videatur hic † Lit. M) eoque
      - Morali; Et tùm occultatio fit,
        - Gestu Facto, vel
          - Obliquo & ambagibus pleno, c. 5.
          - Certo, & direcTo significâte.
        - Scriptoria Inversio,
          - Simplex, Alterata, Artificiatè vel flita.
          - Directâ, mediantè processu c. 6
            - Subfultorio, Graduali,
            - Mixto
          - Ordinariam,
          - Obliquam, c. 7.
          - camq; vel Inversam, d. c. 7.
      - Objecti materiale &formale
        - Artificiali: vid. Tab. lib. 8.
          - Literas, c. 3 Et tũ funt
            - Ordinis turbaria Differminatio Literarũ per dispositionem Artificialem, c. 9.
            - Obsessoria Superinductio otiosarum Literarum, c. 10. B. Lib. 3. & C. Lib. 4.
          - Arbitrariam, c. 8.
        - Conventionali, constituẽtes, Principales, Instrumentariæ;
          - Ordinis turbaria Differmutatæ D. lib. 5,
          - Potestatis Permutatio Modi,
          - Figuræ Subdu- ctæ, E. lib. 6.
          - Syllabas, F. Lib. 7.
          - Dictiones, G. Lib. 7.
        - Divisio; Finis,
          - Formali: Et tùm Modi
            - Principia, h. e. Sesum, H. lib. 7
            - Idiomata varia I. Lib. 7.
- Scriptionem cujus c. 2. explicantur.
  - Modorum è Divisione dependentia. Pendent enim vel à Scriptionis termino
    - Scriptionem exprimentia, M. Lib. 8.
- Signa, (vid. Signum † suprà) Scriptionem exprimentia, M. Lib. 8.
  - Materiali, K, Lib. 8.
  - Accessorio Connexo, L, Lib. 8.

CAPUT PRIMUM.

Delibans Modos Cryptologiæ, propriè sic dictæ.

IAM SATIS, *LIBRO SUPERIORE, DECLARATUM est, & Sermone & Scripturâ, ac deniquè Signis, ità occuli posse & debere Secretum, ut præter consciũm hujus instituti, illud nemo alius facilè suboleat, assequatur & cognoscat; Deincèps, quòd propositi Operis contextus exigit, ad Tractationem singulorum Occultandi Modorum veniamus. Id ùt ordine & ad seriem istam fiat, ordiemur hoc Capite à* Sermonis *Obfuscationibus.*

Hæc itaquè Obfuscatio contingit, vel mediante Sermone, *vel* Signo. *Etsi enim Signi Tractationem, in ultimum locum rejecimus, nihil tamen impedit, quin partis ejus, quà Sermonem spectat, noticiam, cùm brevior sit, anticipemus.*

Mediante Voce *quæ fit, ea peragitur aut* Sermonis clancularià suggestione: *aut* Translatione, *aut* Alteratione.

Ista vicissìm fit, per Clancullariam Vocis Depressionem, *aut* Insusurrationem ad Fistulam, *aut* Inclusionem in Tubum, seù Canalem majorem. Clancularia Depressio *est, ubi submissè* Præsenti *loquimur: Verùm hac, ab Arte, utpotè indecorâ & suspicione plenâ, remotâ,* (vid. Cardan. Lib. 12. de Subt.) *de reliquis videamus.* Insusurratio per Fistulam, *aut* Canalem majorem, *fit inter* Remotos. Inclusio articulatæ Vocis in Tubum, *inter* Absentes *& longissimè dissitos. De quibus duobus Modis, est ut audias* Walchium, Decad. 9. Fab. p. 223. *ità differentem:* Non hîc sermo nobis & res est, de illo occulto Loquendi " Modo, quo duo Amici, locis à se invicem longissimè, utpotè bis aut " tercentum passibus & ampliùs, quæ vix credas, dissitis, constituti, " per fistulam plumbeam æneamvè, tutò sibi colloqui possint, absquè " ullo illorum hominum, qui in medio versantur, Auditionis Sensu. " Quòd si justis meatibus inclusi & illæsi juvantur, ut scopulos non " metuant, per longissimos ductus delati, jam integri atquè articula- " ti, ex alterâ Tubi parte, eo ipso aut paulò seriore tempore, ut im- " missi sunt, percipiuntur, imprudentibus ac surdis, omnibus illis, qui " locis intermedijs versantur. Sed in hoc nobis in præsentiarum la- " bor potiùs atquè artificium est, quâ ratione amicis, per aliquot et- " iam miliaria dissitis, loquamur per Tubum, cui certa quædam arti- " culata verba committamus, atquè insusurremus, probequè munita, " tabellario, aliò transponenda curemus, illa, ut ex fistulâ hac, quâ con- " credita erant, fide & ordine, pronunciationisquè serie, rursùs exsili- " ant, atquè amici aures percellant. Sed huic meæ narrationi, ut non "

» quivis facilè fidem adhibet: ità majoris forsan, quàm tu credas, Ar-
» tis est, certa quædam atquè suis articulis compræhensa verba, fistulæ
» includi, & post satis longum, temporis ac dierum, sed & itineris ac
» locorum intervallum, eodem Sermonis discrimine & Orationis serie,
» illa reddi & observari. Hìnc statuam quoquè aut ligneum aliquod
» Simulachri os loqui, & ad rogata respondere facies: ità quod ti-
» bi lusus, plærisquè miraculo erit. Id quod de Alberto Magno, Au-
» thores testantur, qui Caput fabricaverit, quod loqueretur: de quo
» dubium non est, quin prædictorum artificiorum aliquô, rem hanc
» raram & admiratione dignam præstiterit. *Hæc* Walchius. *Certè illius fidem, quod scilicet de Fistulâ traditur, nos ipsi in conclavi Gyganteo, uti vocant Palatij Ducalis Mantuani, antè portam Sebastiani, experti sumus: Ubi beneficio ejusmodi fistulæ, & duos, in extremis partibus seu angulis istius conclavis stantes confabulantes vidimus & alterum nobiscum eâdem ratione confabulantem audivimus, omnibus aliis, qui in medio erant, absquè auditionis sensu relictis. De simili fistulâ sivè tubulo æreo ex aliis,* (*Nam non ità recens hoc inventum est*) *audi* Philippum Camerarium, in
» cent. 1. c. 28. pagin. 142. 143. *sic differentem:* Murus quoquè vel vallum
» Picticum admirandum, olìm contrà incursiones Barbarorum, ad
» muniendam Angliam in Provinciam redactam, à Romanis mirâ
» prudentiâ constructum, ab eodem Camdeno, non minùs eruditè,
» quàm eleganter & prolixè describitur. Ejus quoquè mentionem
» facit Beda Anglo-Saxo, & locum ubi adhùc ejus rudera apparent, de-
» signat. Addit quoquè, quandò & quomodo hic murus à Scotis &
» Pictis dirutus sit. Ubi inter alia recenset muri hujus vestigia & ru-
» dera, multis in locis extrà; eumquè castella habuisse crebriora, mil-
» lenis passibus disparata, quorum radices, quadratâ formâ alibi visan-
» tur, & his turres interpositas, in quibus dispositus miles barbaris
» immineret, & stationes Areani haberent. Genus id hominum erat,
» pergit ille, à Veteribus institutum, quorum, ut inquit Marcellinus,
» officium erat, ut ultrò citroquè per longa spacia discurrentes, vici-
» narum gentium strepitus, nostris Ducibus intimarent. Tubulum
» item æreum, eo artificio muro insertum inter singula castella & tur-
» res intercurrisse ferunt Accolæ, ut si quis vocem in eum, quacunquè
» turri immisisset, statim sonus in proximam, indè ad tertiam & omnes
» deinceps non interruptus perferretur, ad significandum, ubi loci,
» hostium insultus timeretur. Cujusmodi miraculum de Bizantij
» Turribus, è Dione refert Xiphilinus in historiâ Severi. *Hactenus* è Camdeno Camerarius. *Quod verò* à Walchio, *de Inclusione & Transmissione dictum, nequedùm in effectum vidimus deductum: Sicut & de eo dubitanter* Porta, lib. 16. Mag. Nat. c. 12. in f. *scribit, quamvìs audivisse se, referat, Amantes diù clàm simùl ità collocutos per plumbeum tubum, e-*

dibus

dibus ipsorum longè inter se distantibus. Ejus verba, quia Liber is, in omnium manibus non versatur, hùc transcribemus. Sit, *inquit*, tubus fictilis, sed melior plumbeus, vel ex aliquâ materiâ optimè clausus, ne vox longitudine exinaniatur: Nam quicquid loqueris ex unâ parte, vox incorrupta integra, ut ex ore loquentis prodiit, ità ad alterius aures pervenit. Quod enim per aliquot miliaria fieri posse non dubito. Vox non divulsa, non dissipata per longissimum intervallum fertur integra. Nos per Bis centum passus experti sumus, cùm alia commoditas non daretur, & verba ità aperta & clara exaudiebantur, ut per os Loquentis prolata erant. Ex hoc in animum induxi, verba in itinere prolata, tubis plumbeis intercipere, & sic quousquè placuerit, concluſa tenere; ut cùm foramen aperiretur, verba exilirent. Videmus enim tempore ferri sonitus, & per tubum delatos concludi in medio posse: & si tubus longissimus commoditatem tolleret, per reflexos ductus parvo loco multos canales concludere. Legimus ab Alberto, fictile caput fabricatum, quod suo tempore loqueretur: Sed hoc artificio idem efficere sperarem: Sed de his periculum non fecimus, nisi quod diximus. *Tantùm de Primo Generaliori Modo: Sequitur Secundus:*

Translatio *sit Schemate seù figuratâ Oratione, & Eruditis tantùm est propria: Eaquè contingit figuris Rhetoricis, Metaphorâ, Metonymiâ, Antonomosiâ, Allegoriâ, Ænigmate, Amphiboliâ: quæ quidem Rhetores, exornandæ rei adhibent: At Cryptologi, diverso scopo, ijs obscuritatem quandam venantur:* Vid. Port. Lib. 1. c. 5. *addaturquè* Schvventerus Lib. 1. Mod. 8. Steganol. & Steganog. *ubi adducit aliquot Exempla.*

Alteratio *fit triplici ratione:* Transpositione: Interpolatione: *vel* Innovatione.

Per Transpositionem *fit* Alteratio, *vel quarundam Literarum Transpositione Simplici, vel Transpositione propriè sic dictâ, vel deniquè Mixto modo.* Transpositione *ità; Si duæ Dictiones simùl accipiuntur, & Literæ primæ, utriusquè Dictionis inter se permutantur:* E. g. **Morgen kom zu mir fürs Thor: Korgen mom mu zir türs ſhor:** Vid. Schvvent: in auctâ Stegan. p. 221. 222. *Per* Transpositionem propriè sic dictam, Vid. 1. Lib. 5. c. 2. *Quando Litera Dictionis prima & ultima transponitur, in sequentem Literam Alphabeti: Quâ de re* Schvvent. in ren. Steg. p. 60. 61. & 220. *aliquas proponit Regulas, cùm in Monosyllabis & concursu Consonantium, res non æquè expedita sit: Exemplum sit:* **Morgen kan ich kommen:** *pro eo ità loquimur:* **Norgeo lao kcj lommeo.** *Conjunctim seù* Mixto Modo *fit hæc Transpositio, ubi isti Speciales Modi ex parte simùl concurrunt, ut fit in Transpositione Literarum illâ, quam* Schvventerus *aliquot Regulis* Mod. 9. *explicat: ubi non tantùm Literæ transferuntur, sed & permutantur; quod Institutum Judæis dicitur familiare: Deindè usuvenit etiam, in Transpositione Syllabarum, quæ ratio in Academijs, à Studiosis usurpatur:*

Quam itidèm Regulis aliquot, Schvvent. Mod. 11. Lib. 1. *explanat: Nos digitum intendisse, satis prò instituto nostro esse opinamur.*

Alteratio Sermonis per Interpolationem, *fit aut vocum quarundam* Substitutione: *aut* Interjectione *quarundam Literarum: aut* Appositione *vocum ociosarum plurium: Per* Substitutionem *contingit Interpolatio, quandò retento sermone patrio, barbara & obsoleta vocabula, intermiscentur: Quam Linguam Itali* Calman, *referente* Cardano Lib. 12. de Rer. Variet. *nuncupant: Nos* **Rohtwelsch** *sivè* **Betler**-Latein *vocamus: De qua post* Münsterum & Branden, Gesnerum *ac* Megiserum, Schvvent. d. Lib. c. 7. *Per* Interjectionem *Interpolatio fit, quandò aut (1) simplicitate, post Vocalem Consonans interjicitur & simùl Vocalis præcedens repetitur, ut:* Pabateder, *prò* Pater: *Quod Inventum* Thurneusero *adscribitur: Aut (2) quandò Dictio in singulas Syllabas dividitur & secatur, ità ut cuique Syllabæ apponatur, tùm in principio, aspiratio H, tùm in fine Syllabæ E S. Quod verò dicimus de Litera H, id ità procedit simplicitèr, si Syllabæ Dictionis distractæ, incipiat à Vocali: Si verò à consonante unâ duabus vel pluribus incipit, tùm Consonans vel Consonantes, in finem Syllabæ rejiciuntur, ut tantò commodiùs Literæ H locus fiat: E. g. sit verbum* Invocabimus; *Hoc distrahimus in quinque Syllabas: Et sermo ità immutatur:* Hines, hoves, haces, hibes, husmes: *Hic Syllaba secunda cum tribus sequentibus, quòd ab initio Consonantem habeant, transponuntur ità, ut consonans in finem rejiciatur: Sic,* **Glauben: Schatz: Schreiben: Schlafen** *immutantur, in* **Hauwgles/Henbes/hatzsches/Heischres/Henbes/Hasschles/Henses.** *Aut denique (3) cùm Litera Dictionis prima, in Ultimam Dictionis rejicitur & apponitur Vocalis E, vel Syllaba EN.* E. g. **Kom hero: Omke Erohe.** *Aut,* **Wiltu mit mir gehn: Jltuwen itmen irmen ehngen:** Vid. Schvvent. Mod. 12. & 13. d. Lib. 1. *Denique per* Appositionem *fit Sermonis Interpolatio, quandò Dictionibus significantibus, multæ aliæ interponuntur, ità ut certâ Notâ Dictiones significantes, tantùm internosci possint: E. g. Illa tantùm vox est significativa, quæ sequitur mentionem Animalis cujusdam: aut quæ in qualibet breviusculâ Periodo, aut est Prima, aut Ultima: Exempla habes* Schvvent. d. Lib. 1. c. 6. *Si verò is, qui conscius occulti esse debet, visui nostro subductus est, tùm cantilenâ quadam, Dictionibus ad istum modum dispositis, citrà suspicionem, Occultum manifestare licet:* Vid. Schvvent. Lib. 17. c. 17. & infr. Lib. 7. c. 2.

Restat ut attingamus Alterationem *per* Innovationem, *quæ fit, quandò peregrinum Idiotisma, prò consueto usurpamus: Cui Modo, cùm non satis tutus sit, quid juvat immorari?* Vid. Lib. 7. c. 15.

Tantùm de Sermonis *Occultatione: Sequitur Occultatio per* Signa, *eaque vel* Moralia: *vel* Conventionalia: *vel* Artificialia.

Moralia Signa *vocamus, quæ per se, more aliquo, citrà conventionem privatam, citraquè repræsentationem quandam Literarum, occultè rem aliquam*

quam monstrant ; atquè hæc hujus sunt loci. Manifestamus autem ijs Secreta, duplici ratione: vel Gestu, *vel* Facto, *eoquè vel* Vago *vel* Certo. Gestu *significamus, Corporis Signis, ut Capitis positu, nutu: Vultus, Oculorum, Supercilij & Frontis, Genarum & Faciei, Narium, Labiorumquè habitu & gestu: Colli & Humerorum contractione & extensione: Manuum motione: Pedum attactu: De quibus omnibus Porta, d. Lib. I. c. 7. In specie verò de nictu nutu, & attactu Pedum attingit* Schvvent. d. Lib. I. c. 2. & 3. Facto vago *vel* incerto *significamus, cum per tacitas quasdam ambages, secretum nostram mentem, alicui indicamus : Cujus generis Exempla, habet* Porta, d. Lib. I. c. 8. *Deniquè* Facto certo, *cùm scilicet id regulariter seu publicè, hoc vel illud significandi, vim habet. Sic adhibentur pulsus & sonus Campanæ, explosio Tormentorum &c. ad hoc vel illud significandũ;* Vid. Port. d. lib. I. c. 6.

Conventionalia *sunt, quæ ex composito & conventione illorum inter quos agitur, potestatem significandi assumunt. Sic ex composito, Jonathan, emissione telorum è Sagittâ, insciò famulo, secreta animi sensa explicabat Davidi, uti legimus,* 1. Sam. 20. v. 20. 21. 22. 35. ad 40. *Sic VVinomadus, Childerico Francorum Regi profugo, missione dimidij aurei, cujus partem mediam abeunti dederat in signum, reditum securum annunciat:* Aimoinus Monachꝰ, Lib. I. de gestis Francor. c. 7. *Ità ajunt Turcarum Imperatores, sivè mavis Suldanos Otomanericos, cum octo Mutis per Signa (quæ utì ipsi intelligunt, ità per eadem animi sensus exprimere scitè noverunt) ex composito loqui. Illicò itaquè atquè his conventum Signum datur, illi signatum à nemine alio præsente explorandum, expediunt. Quod institutum, Majesticum quippiam Imperatorum esse, Turcæ censent, hocquè loquendi genus* Ixarette *indigitant:* Vid. Phil. Camerar. In Centur. I. Horar. Subc. c. 86. p. 399.

Artificialiter *verò Signis manifestamus rem, cum Signa ità producere possumus, ut rei conscio, quasi Literæ exhibeantur, quibus Scriptionem istam nostram Symbolicam intelligere queat. De quâ, cùm ad Cryptographiam pertineat, hîc dicendi locus amplùs non est:* Vid. Lib. 8. c. 11.

CAPUT II.

Cryptographiam propriè attingens, ejusquè fundamenta pertractans.

DE eâ Occultatione, quæ in Loquendo consistit, actum principaliter sup. capite. Nùnc quæ Scribendo perficitur, sequitur. Suprà verò Lib. 1. c. 2. de Fine Interno diximus, eum esse Occultationem Secreti, præcipuè per occultam Scriptionem seù Scripturam. Videamus igitur, quid Occulta Scriptio sit, & qui ejus ambitus. Ità enim paulatim in cognitionem pervenie mus Mediorum seu variorum Modorum Scribendi.

Scriptio itaquè Occulta est, qua Voces, Verba, & uno verbo Epistolã, per Literas, amico, instituti conscio, occultè seù clàm alijs omnibus, ponimus ob oculos. Paucis explicanda hæc Definitio, quã ex Joh. Goropio Becano, Lib. 3. Hierogl. hùc accommodavimus. Objectum sunt, Voces, Verba & Epistola: ubi Voces seu Verba, Materiale: Epistola Formale denotant. Causa Instrumentalis, sunt Literæ seu Scriptilia Elementa: Causa Proxima, est Positio: Reliqua Finem Scriptionis indicant: Videatur sup. c. 2. in f. Lib. 1. Atquè ab his fontibus, omnia Occultandi Media deducuntur, adeò ut nihil hanc Artem & Artis partem spectans, reperiatur, quod hùc referri non possit aut debeat, ut ex sequentibus ad oculum patefiet.

Definitionem sequitur Divisio, seù potiùs Distinctio, quam ex triplici ratione dam⁹. Primò Scriptio Occulta, est vel Propria, vel Impropria, seù Significativa. Ratio Divisionis est, ex Causâ Proximâ: quòd in Definitione dicebam⁹, Scribere esse ponere per Literas: Idquè intelligi potest, ut id fiat Verè, uti ipsi per nos seu nostros formamus Literas & Scribimus: vel Impropriè seu significativè, ubi non Scriptilia Elementa seù Literas, sed aliud, quod non scribitur nec pingitur, ob oculos ponimus quod suo modo Literas repræsentare possit, uti fit per Signa Realia. Trichotomia sic constat: Occultatio fit vel Voce, vel Scripto, vel Signo tùm Vocem tùm Scriptionẽ repræsentante. Quà Vocem refert, de eo jam suprà dictum: qua Scriptionem post eà dicem⁹. Deindè Scriptio Occulta est, vel in se Clandestina, vel ità habetur, ratione Velamenti, quo operitur, vel ratione Clancularia Missionis. Ratio Divisionis est ex ijs, quæ sunt de Fine, & prò Fine. De Fine est, ut ipsa Scriptio sit Clandestina. Vel si non sit, prò Fine est, ut ipsa Scripturæ Transmissio sit Occulta. Tertiò Scriptio in se Occulta est talis, vel ratione Literarum, vel Sens⁹, vel Idiomatis. Ratio Divisionis obscura esse non potest. Cum n. Scriptio fiat per Literas, primò in ijs Occultatio esse potest: aut si non est, in Sensu: vel si nec in Literis, nec in Sensu hæret, Occultatio ea potest oriri, ex Idiomatis Peregrini usurpatione & assumtione. Ex hisce nùnc facili negocio Modi Occultandi, sumi & deduci possunt, ad hunc modum, quòd sint Universales, vel Generales, vel Speciales. Universales sunt præter Locutionem, Occulta Scriptio per Literas: Et quasi Scriptio seu repræsentatio Literarum per Signa: Universales appellamus, quod ambitum totius Artis comprehendant. Modi Generales sunt, Scriptio Clandestina, Epistolæ Obvelatio, & Clacularia Missio: Generales vocamus ideò, quia non circà Universam, sed tamen Maximam Artis partem occupantur. Modi deniquè Speciales sunt, 1. Scriptio per Occultum Literarum positum: 2. per Occultum Sensum: 3. per Abditum Idioma.

CAPUT

CAPUT III.

De Scriptione Occultâ, per Literarum Positum.

HUcusquè descendimus ab Universalissimis : Pergendum ad novissimum gradum, qui est Scriptio. *Scriptio itaquè Occulta per Literas, fit* Positu Literarum, *vel* Per Se, *vel quâ* Syllabam, *vel quâ* Dictionem *constituunt. Ratio Divisionis, non obscura esse potest, cùm* Literæ Per Se, *sint quasi Fundamentum:* Syllabæ, *Parietes:* Dictiones *Tectum. Scriptio ex Literarum per se Positu, potest porrò esse Occulta, vel ratione* Ordinis, *vel* Potestatis, *vel* Figuræ *Literarum. Distinctionis ratio est, quòd Literis tria hæc accidant; Figura, Ordo & Potestas. Quamvis alij Potestatem velint esse specificam differentiam Literæ, non ejus affectionem. Postulamus tamen hîc nobis concedi, ut vel populariter ad affectionem referamus: Licèt eo sensu, quô nos capimus, nihil aliud, quam affectio seù proprietas esse possit.*

Hactenùs satis perpetuâ Divisione, descensum est, usquè ad extremum Literæ, quod est Figura. Nunc vicissim per Tractationem ascendendum est: Cujus fundamentum in ipsâ est Literâ, ceù re, quæ omnium, si Vocem spectes est minimâ. Ordiemur autem, nostro quodam consilio, ab Ordine Literarum, *à quô ad* Potestatem, Figuram : *Deindè ad* Syllabas, Dictiones, Sensum, Idioma, Scriptionis Materiem, & Missionem *progredientes, sic paulatim velis in* Signorum Mysterijs *contractis, in Portum, principium ducti itineris, elevabimur:*

vid. Inf. Lib. 8. c. 11.

CAPUT

CAPUT IV.

De Ordinis Turbatione, & Modis indè dependentibus.

ORdiendum à *Primo Modo Scriptionis Occultæ, ratione* Ordinis *proveniente. Salvâ enim adhùc existente, quoad* existentiam & potestatem *suam, Literâ, prima omnium* in Ordine, *rectè quæritur & consideratur Occultatio. Ordinem cùm dicimus, intelligimus* Ordinem Collocationis, *quô Literæ ad exprimendam Dictionem ac Sententiam ponuntur: Cujus ratio communis, sat nota omnibus est. Ut verò in his & sequentibus Modis Cardinalibus, rectè procedatur, advertendum est, ad tria* Principia, *quæ in quovis horum Modorum concurrunt. Primum* Dirigens; Exsequens *alterum; & tertium* Absolvens *nobis dicetur:* vid. Piccolom. c. 2. de motu animal. *Quorum Illud remotè; Istud propinquè; Hoc proximè rem ponit: Illud jubet; Istud exsequitur; Hoc subsidio venit. Lex & Regula perpetua cuiquè sua. Illi; à communi ratione, quàm maximè recedendum; Isti, dolis æstu & fallaciis incedendum; Huic non temerè sed ubiquè, certâ accedente dispositione, negotium perficiendum. Ab hac itaquè recedendum esse, per* Ordinis Solitæ Disturbationem, *monemur* Principio Dirigente.

Turbatio *hæc, est vel Apparens, vel Vera, vel Mixta.* Apparens *Turbatio Ordinis Literarum fit, quandò à solito modo Scribendi recedimus per Inversionem.* Vera *est, quandò retento usitato modo Scribendi, Literæ ab invicem distrahuntur & disseminantur:* Mixta *est, quando retinetur quidem Ordo, sed per ociosas Literas, nihilominùs interrumpitur. Quæ tres Turbationis Rivuli, ceù* Principia Exsequentia, *constituunt tria genera, æstus, doli & fallaciarum, quibus hic incedendum. Quæ Genera* à Principio Absolvente, *seu proximâ causâ, postmodùm certâ Arte & Dispositione illigantur, ac eorum quodvis, suis terminis ità cohercetur, ut ultima perfectio & propria Natura, indè se ostendere possit. Quâ cognitâ illucescit Secretum, Inverso, Distracto, & ab aliis quasi Obsesso Ordine aliàs opertum & tectum.*

Cæterùm Modi, tribus illis Generibus respondentes, denominationem accipiunt, à propinquo hoc Principio: Unde Disturbationis *illius* Generalis *Modos, dicemus, eos eadem operâ dividentes, esse hos tres:* 1. Scriptionem Inversam: 2. Dissemination*em seù* Projectionem Literarum: 3. Superinductionem Literarum Ociosarum. *Qui Modi posteà magis Formale, ex Principio Absolvente proximo, Nomina assumunt, ut porrò in singulis videbimus. Ordine namquè & sigillatim istos nùnc evolvemus.*

CAPUT

CAPUT V.

De Scriptione Inversâ, in Genere & in Specie.

PRimus qui ad Ordinem Literarum pertinet Modus, est ipsa Inversa Scriptio. *De quo Modo, primò agendum, siquidem is Simplicissimus. Tantùm enim à solitâ Positione Literarum seu Scriptione per Inversionem procedit. Hæc autem Inversio, contingere potest triplici modo: vel Simpliciter: vel accedente simùl Inversâ Literarum positione: vel adhibito quodam Ornatu aut Vestitu. Illam* Simplicem: *Istam* novè Alteratam: *Hanc* Artificialitèr vestitam *dicemus.*

Simplex Inversio *contingit, quandò ab usitatâ ratione* Scribendi *receditur. Usitata verò vel communis ratio est, ubi semper à lævâ ad dextram scribimus, cùm olim per versus, alternatìm à dextrâ in lævam scriberetur: De cujus Origine non illepida annotavit* Nauclerus, Volum. 1. Gener. 54. *Ab hac ratione recedunt 1. Hebræi, qui à dextrâ in lævam scribunt: 2. Syri, Indi, Æthiopes & Sinenses, qui à summo ad imum, vel ab imo ad summum, perpendicularitèr scribunt: 3. Gothi antiqui, ex sententiâ* Zvvingeri, *quamvis erronea:* vid. Herm. Hug. cap. 8. de prim. Scrib. Orig. *quos dicit scripsisse à summo ad imum, & rursùs ascendendo ab imo ad summum. Si quis igitur hoc Occultandi genere, quod tamen satis tutum non est, delectari velit, is ad Exemplum habeat sequens* Schema, *ubi ad dextram, ab imo velut per gradus ascenditur ad summum, & debìnc perversus à summo ad imum reditur alternatim: Variatur si Lineis scribas diametralibus & à dextrâ incipias.*

L a m m u a a r n i
a c o u t m e b d t
m s a s s u i e i n
u e d a i r i h n u
m t i d n t n t o b
p n m e i x l u n i
o e u s s e a a u r
g c m m t d t s t c
g u d u r s u o n s

Hæc & similia, quorum viginti quatuor Modos, Tabellâ subjectâ, Herm. Hug. d. Tr. c. 8. *tradit, usum sibi vendicant non exiguum in* Steganographicis, *uti ex* c. 10. lib. 3. *colligere licet.*


Novè Alterata *est, si non tantùm modum* Scribendi, *quo E. g. à dextra ad lævam more Hebraico scribimus, retineamus, sed Literas quoquè ipsas, à dextro latere in lævum inchoëmus, & ità simul Literarum Figuras invertamus.*

Artificia-

Artificialiter vestita est, ubi ad suspicionem dimovendam ità ratio in-
tur, ut Literæ ità recurrentes exornentur Dictionibus, recto ordine incede-
tibus. Cujus Exemplum est in vulgato versu:

Signa te signa, temerè me tangis & angis
Roma tibi subitò motibus ibit amor.

Cum verò hic Modus ad eruditos Poëtas & alios, non verò ità ad comm-
nis vitæ & Epistolij rationem pertineat, de eo non magnopere hîc curandum.
Hùc spectare videtur artificium, quô sivè à lævâ in dextram, sivè à dextrâ in
sinistram legas, semper integræ Dictiones & integer Sermo, licèt diversus
constat. Idgenus Scripti, non ità pridem, in laudes Bohemorum, si ver-
retrolegas, in vituperium eorundem evulgatum est. Sed quia hæc ratio a
Dictionum ipsarum, non Literarum recursum propriè pertinet, nec
etiam nostro instituto, uti jam dictum, inservit, eam missam
facimus: Sufficit hîc semel mentionem
injecisse.



CAPUT

CAPUT VI

De Projectione Literarum ordinariâ directâ per transultum.

SEcundus ad Ordinem Literarum pertinens Modus, est Scriptio per Translationem seù Dissemination Literarum: *Ubi Literæ, quæ in Ordinem ad significandum Secretum jam positæ vel ponendæ sunt, de suâ statione, in alium locum vel lineam invicèm transferuntur & transponuntur. Non enim inconcinnè & hic Modus, Transpositionis voculâ, indigitari potest. Verùm quoniam Vox illa, magis propriè Permutationi Literarum, de quâ* Lib. 5. *agitur, dicata est, hinc Translationis verbo, magis est ut hîc utamur. Quamvis fortè convenientiùs Dispersio, Projectio, Dissemination Literarum vocari posset, à Propinquo scilicèt Principio. Cæterùm* Dissemination *hæc contingit, vel per Dispositionem* Ordinariam; *vel* Arbitrariam; *vel* Artificialem.

Dissemination seù Projectio Literarum, pendens ex certo ordine *& ratione, hoc vel illo modo dispositâ, Iterùm fit vel* Directo, *vel* Obliquo, *vel* Inverso *modo.*

Projectio Ordinaria Directa, *vicissim ratione Processus, fit vel* Transultìm, *vel* Gradatim, *vel* Successivè.

Transultoria Literarum Projectio *contingit, quando per saltum quasi, Literæ de uno loco in alium transiliunt: Idquè fieri potest, vel ratione* Dictionum, *vel* Linearum, *vel* alterius Ordinis. *Ratione (1)* Dictionum *variè. Nam vel omnes Literæ Dictionum sunt transiles, vel quædam tantùm.* Si Quædam *tantùm; fieri id potest, e.g. in duabus Dictionibus, ità ut si Literæ Initiales & ultimæ duarum simùl sumtarum Dictionum inter se permutatæ transferuntur. Quâ de re, cùm de Sermone* c. 1. h. Lib. §. Per Transpositionem &c. *loquebamur, etiam al quid dictum est: Sed ibi tantùm, ob summam difficultatem, quæ in Sermone accidit,* Initiales: *Hîc verò etiam* Ultimæ *permutantur:* Vid: Schvv. p. 221. & 222. *Exemplum hîc esto:* **Vns ist nicht höhers / als der liebe Fried zu wünschen:** *Id ità scribendum:* **Int uss hichs nohert dir aës fiehd lrice wn zunscheu.** Si omnes *contingit id E.g. in unâ Dictione ad hunc modum; ut prima in ordine fiat secunda: Secunda fiat prima: Quarta fiat tertia: Et tertia quarta, & sic deinceps: E.g.* Virtus, *distrahitur ità Iutrsu. Ratione (2) Linearum: Si nempè duas vel tres ponimus Lineas, atque Literam Occultæ Sententiæ primam, in primam Lineam: Secundam in secundam: Tertiam in tertiam collocamus. Vel deniquè, (3) interveniente quodam quasi* Abaco, *in quo Numeri indicant, quoto loco Literæ, ordine se insequentes, transferendi sint.* Abacus *ità constituitur: Habeantur cœcæ Lineæ*

quatuor, quarum quælibet octo, vel si placet duodecim vel etiam pluribus punctis, justo intervallo dissitis, constet. In hujus utroquè latere, numeri exteriora Puncta occupent, ut tàm in ipsò primo Ordine Punctorum, quàm in reliquis interioribus ordinibus, indicent locum disseminandarum Literarum. Sit E.g. ejusmodi Schema:

1 3
5 7
6 8
2 4

Exemplo res fiet clarior: Sumatur Secretum, atquè si fieri potest, constringatur ad numerum aliquem parem, e.g. 32 Literarum, uti fit in hâc Sententiâ: **Spinola hat Oppenheimb einbekommen.** *Jam E.g. octonas priores Literas, eô ordine, quô numeri jubent, dissemines, mòx octonas insequentes, ad eandem dispositionem colloces, & ità pergas, donèc omnia puncta Literis expleveris: Quô eveniet tandèm ejusmodi Literarum strues:*

S a h b k i t i
o p b m e i e a
l p c m n n n h
p t e c o m o n

Sed hanc structuram, prudens Cryptographus, in ipsâ Epistolâ, quam hâc formâ scripturus est, eâ ratione turbabit, ut non attento numero octonario, tot Literas, in qualibet Lineâ scribat, quot possit. Conscius enim hujus rei facilè hanc structuram reparabit, si jàm ad ordinem significandi Literas revocare velit. Hùc pertinent duo quidam alij Processus, huic dispositioni admodùm similes, sed & penè elegantiores, qui Lib. 9. c. 5. Mod. nostro primo, *tectè in subjecti ibi Exempli secretiore sensu explicantur. Quos si placet, indè eruere poteris. Propatare enim eos sinè labore tuo noluimus.*

CAPUT

CAPUT VII.

De Disseminatione Literarum ordinariâ directâ Secundi & Tertij Generis, tùm Obliquâ, tùm Inversâ.

HAbuimus *Projectionem Literarum Transultoriam. Sequitur* Gradualis, *quæ fit, cum Dissemination seu Projecto paulatim per gradus crescit & decrescit, ut initiò una, mòx duæ, deindè tres & porrò quatuor &c. posteriores Literæ, in priorum Literarum, alterius nempè duarum, trium vel quatuor, Locum, per gradus invicem migrent: Quod exemplo fiet manifestius, dissèminatis, Sententiæ hujus,* (O discite justiciam moniti, & non temnere Divos:) *Literis in hunc modum,* Do ciis usttei mmonicia tnonitie nertem jued so. *Restat* Successiva, *quæ fit, cum Sententiæ Secretæ Literas ex æquo in duas, tres vel plures ordines dispartimur & successivè Litera, modò ex primo; deindè ex altero; mòx ex tertio ordine, desumitur & ponitur. Sic E. g. ex bipartitione hujus Sententiæ:* Benefaciendum omnibus: *talis Literarum dispositio oritur:* Bdeunme ofmanciibeuns. *Quod variis Modis adhùc fieri potest. Et tantùm de Directâ. Sequitur* Obliqua, *ubi per ambages procedimus: E. g. Si simùl duo Secreta assumimus, eorumquè Literas invicèm distrahimus & disseminamus, quibus ità involutis posteà priora artificia superinducimus.* Inversa *deniquè Literarum Projectio contingit, cùm Inverso modo procedimus: E. g. Si à fine incipientes, recurrere faciamus Literas: quod fit vel ita simpliciter in genere, vel ex parte: putà si ex parte, Literis recurramus, ex parte verò alterâ, Literas rectà currere faciamus. Exemplum præbeat præsens dictum:* Benefaciendum omnibus: *Ubi ita, primò bipartitis Literis, retrò legimus* Ndeuimcoamf neinbeubs. *Horum omnium Modorum usus etiam non exiguus in Steganographicis illis Modis sub nominibus* Geradielis, Bydielis, Urielis, Pyrichielis, Solevielis, Menadielis & Macarielis, j. Lib. 3. c. 11. *explicatis, deprehenditur, ut ibi videre est.*

CAPUT VIII.

De Projectione Literarum Arbitrariâ, seù per clavem.

EXplicata est Projectio, *quæ suo quodam ordine, certâ dispositione adinvento, se tuetur: Sequitur* Arbitraria, *quæ scilicèt pendet ex arbitrariè electo principio, atquè indè dispositionis rationem consequitur. Quod Principium externum,* Porta Lib. 2. c. 15. Clavem *appellat: Ibiquè Modum hunc satis obscurè tradit. Qui ùt rectiùs intelligatur, primò aperiendum erit, quid sit Clavis.* Clavis *hoc loco, metaphoricè accepta, tùm generis tùm speciei, tum individui nomen subit.* Generis *ità, quando quis modum occultandi tenet, dicitur indistinctè habere Clavem. Sic qui scit rationem dispositionis, in præcedentibus capp. propositæ: Item qui Leges seu Conjurationes,* Lib. 3. *contentas, intelligit, Claves nactus esse videtur.* Speciei *verò, quandò cum præceptis, aliundè quid assumitur, quod rationem tùm Claudendi tùm Reserandi habet. Id quia adhuc dupliciter fit, aut per externam aliquam Sententiam, Literam ac Notam; aut per rem aliam ex arte factam. Indè* Porta, d. lib. 2. c. 15. *Clavis vocem in* Individuo *usurpat, ubi aliquot externa verba aliundè prò libitu adhibentur: ut Clavis hîc nihil aliud sit, quàm talis sententia, aut certa verba, quæ conscij clandestinæ Scriptionis, sibi prò arbitrio eligunt aut fingunt, ut sint mensura dispositionis faciendæ & resolvendæ: seu sunt talia verba, quibus Secretum occludimus alijs, conscio verò reserandum damus. Quâ specialissimâ significatione, distinguitur ab Instrumento externo artificiali, à quo itidem vis occludendi & reserandi pendet, de quo* infrà, cap. 9. *In hac porrò significatione strictissimâ, etiam Clavis nomen suscipiunt, Alphabeta, Literæ, Puncta, Virgulæ & Numeri: Quandò scilicet alijs artificijs ulteriùs recludendis adhibentur: De quibus suo loco, quotiès opus, monebimus. Quibus ità præmissis, jam ad nostrum accedamus Modum, cujus praxin ità addisces commodè: Sit thema Secretum hujusmodi, quod amico soli, manifestare cupis.* **Spinola hatt Oppenheimb einbekommen / dafür er Wormbs gerne gehabt.** Prima *jàm cura sit, ut hujus thematis, numeres Literas, quæ hîc sunt numero 57. Quo numero cognito, charta tot Punctis, justis intervallis distinctis, designabitur: Quo facto,* secundo *loco, ad occultandum Secretum, hæc Sententia vel similis, ad cujusquè arbitrium, prò Clave statuetur:* Castum foderat Lucretia pectus: *Cui subjungatur* Algazel, *ceù barbarum, ut non ità facilè menti occurrat. Usus hujus Clavis est, monstrare stationem, ubi quælibet Litera per translationem est ponenda: Quod ità fit & peragitur, ut accepte-mus numerum Literæ Claviculariæ, quota in Alphabeto fuerit, moxquè ad*

numerum

numerum illius, Literam secreti thematis, respondente Punctorum ordine, reponamus: ut, si Secreti thematis prima Litera sit A vel B: Verborum quæ extrinsecùs à Clavi sumuntur, prima pariter sit C, vel D, quarum prima tertio, altera quarto loco, in Alphabeti ordine reperitur. Illa Litera A vel B, ad earum rationem, tertio, vel pari modo, quarto puncti loco, in chartâ disponatur: Idquè fiat, donèc totius Epistolæ verba absolvantur. Hoc ità cognito, tertia cura erit, ut justa jam fiat applicatio illius, quod modò dictum est: quæ ita instituetur; ut primò secretum thema, relicto inter versus seu lineas justo spacio, in chartam conÿciatur: quo ei & singulis ejus Literis, Clavis, hujusquè pariter singulæ Literæ supponi, simulquè Literis hisce Clavis numerus, quo in Alphabeto reponitur, superponi possit. Quod si Clavis Literæ, Literis secreti thematis, non respondeant, istius verba, totiès repetentur, donèc possint adæquari, hoc modo:

Spinola hatt oppenheimbeinbekommendafur
3. 1. 17. 18. 19. 11. 6. 13. 4. 5. 16. 1. 18. 10. 19. 3. 16. 5. 18. 9. 1. 14. 5. 3. 18. 19. 17. 1. 10. 7. 1. 21. 5. 10. 3. 1. 17
castumfoderatlucretiapectusalgazelcas
eruuormbsgernegehabt.
18. 19. 11. 6. 13. 4. 5. 16. 1. 18. 10. 19. 3. 16. 5. 18. 9. 1. 14. 5.
tumfoderatlucretiape.


Quibus omnibus peractis, jam ad Punctorum factam designationem te convertas, & Literam S, tertij Puncti loco: Literam P, mox sequentis Puncti loco: Literam I, abhinc 17 Puncti spacio colloces: ubi ut rectus in scribendo ordo servetur, duo observanda veniunt: Alterum, ut unâ Literâ vel charactere posito, postmodùm in numerandis Literarum ordinibus indè sumatur initium, ubi novissimus character relictus est, donec ad postremum versus punctum deventum sit, tum relictis ab initio spacijs, prò Numeri ratione, iterùm incipiendum est; & sic deinceps: Alterum, ut occupata Punctorum intervalla prætereantur: Velutì hoc subjecto Exemplo clariùs indicatur; Si quis dispositionis inibi factæ rationem satis manifestatam recolligat:

Desphtoiedmne lurrea imbgrrbpaam hkhog fane puntebstu iemmnobe.

CAPUT IX.

De Translatione seù Projectione Literarum artificiali, sivè mediante Tabulâ.

SEquitur Disseminatio, ad dispositionem Tabulæ, *ex arte confectæ : Quam à priori, mediante Clave contingente, distinximus. Etsi enim Tabula, vel quandoquè loco Tabulæ, adhibitum Instrumentum externum, Clavis videri poterat : Inter hæc tamen distinctionem reperiri, argumento est, quòd Clavis in Verbis aut Litteris consistens, magis ex cujusquè arbitrio, Tabula verò, ex Artificum dispositione pendeat : Deindè & Tabulis, quandoquè Claves accedere soleant, ut deinceps, libris seqq. patebit. Hæc verò species ex seq. Tabulâ, quam à* Jacobo de Sylvestris, Florentino, *concinnatam, ex ejus Tractatu Italo-Latino (quem inscripsit* Opus Novum) Romæ, Anno Christi 1526, sub Clemente VII. P.M. permissu, *impresso, hùc transtulimus, addisci in hunc modum potest.*



Tabulæ

Tabulæ confectio ità procedit : Septem areolis in longitudine & latitudine semper constet, eæ lineolis aliquantò crassioribus ità atramento in chartâ aliquâ delineentur, ut aliam chartam Scriptioni destinatam, discriminatim pelluceant. Quo facto, Literæ sic dispergendæ : Prima cujusquè dictionis litera, in quartam aream : secunda, in sextam : tertia, in octavam : quarta, in secundam : quinta, in decimam : sexta, in duodecimam : septima, in decimam quartam : octova, in primam : nona, in nonam : decima, in tertiam : undecima, in undecimam : duodecima, in quintam : decima tertia, in decimam tertiam : decimaquarta, in septimam conjiciatur. Quod si quarta area, Literas primas sequentium Dictionum, capere nequeat, conjice Dictiones reliquas, sub eadem dispositione, in sequentes quatuordecim areolas. Ità etiam posteriores quatuordecim areolæ, has viginti octo areolas insequentes, ulteriùs inservient, si decima octava areola literis sit impleta. Semper enim duæ lineæ transversales, donèc quarta areola suppleatur, transponendo successivè Secreto adornatæ inveniuntur. Si verò Dictionum brevitate contingit, ut vacuæ fortean aliquot areæ relinquantur, istæ ociosis literis (quæ tamen signo quodam, ob differentiam notandæ) possunt impleri. Conscius verò hoc unicè curet, ut accuratam capitis & laterum Tabulæ, insupponendâ eâ, curam habeat. Ex hinc indè autem dispersis Literis recollectis, sequentia legas : Verba hominum duas habent ansas : Alteram, “
quâ in bonam ; alteram, quâ in malam partem rapiuntur : Epicte- “
tus. *Et,* Deus cùm differt auxilium, exercet rogantem, non repel- “
lit pulsantem. *Sed si super lineas illas crassas & quidem perpendiculares,* “
Secreti Literas : In areas verò & transversales lineas, vacantes conjeceris ; tunc notis vel signis, ut discrimines vacantes à significantibus, minimè erit opus.

CAPUT X.

De Superinductione ocioſarum Literarum per Comparationem Sermonis Veri, Ficti, Mixti.

NOn tantùm Ordo collocationis Literarum interrumpitur Scriptoriâ Inverſione, & Projectoriâ Diſſeminatione, de quibus hactenùs actum: ſed etiam, quò major fucus fiat, diſturbatur obſeſſoriâ Superinductione novarum, & ad verum ſenſum nihil facientium & perindè Ocioſarum Literarum. De quâ nùnc ſermo terendus. Hujus igitur Superinductionis conſideratur, Objectum, Subjectum & Modus. Objectum ſunt vel Literæ ſolitariæ, vel concurrentes in unâ Dictione cum ſignificantibus, vel ſæpiuſculè conſtituentes per ſe Dictionem ocioſam, unam vel plures. Variè enim hac ratione, ſuperinducimus Ocioſas Literas. Subjectum ſunt Literæ illæ Secreti ſenſus conſciæ, quarum ordo & progreſſus, ocioſis iſtis variè obſidetur & intercluditur. Modus verò conſiſtit in Comparatione Dictionum & conſequenter ſermonis cujusdam. Id namquè hîc ubiquè agimus, ut ſpecie Sermonis veri, ficti ac per ſe non ſignificantis, fallamus, apponendo tot literas ocioſas, quot prò dictionibus conſignificantib⁹ vel ocioſis ſufficiunt. Cæterùm hæc Comparatio Dictionum, eſt vel Sermonis Veri, Ficti, Artificialis. Undè prodeunt tot diverſi Modi. De quibus colophonis loco, quædam generalia explicabimus, veluti de Nomine, de Uſu, de Ordine. Nomina quod attinet, primum & ultimum Modum appellare poſſumus, illum Steganographicum, hunc autem Polygraphicum. Iſtum quidem eâ ratione, quòd Trithemius Libris duobus Steganographiæ, ſaltèm id agat, ut hos Modos ibi tradat & explicet, Secundum non attingat: De indè quòd magis occultâ ratione, hîc Literæ ſignificantes denſentur, & multiplici velamine operiantur. Id enim voci ἔ πγαπῦ ſivè ἔ πνῦ convenit. Hunc verò eâdem ratione, quòd Trithemius præcipuè iſtum Modum tractet, in Quarto Libro ſuæ Polygraphiæ, tùm etiam aliâ, quam ſuo loco, lib. 4. cap. 8. aperiemus, Polygraphicum vocamus. Intermedium quòd attinet Modum, ſinamus ipſum quoquè gaudere nomine Steganographici, cùm in Steganographiâ ſuâ, Trithemius eum quoquè tractet, licet non principaliter. Summa autem harum denominationum ratio, eò redit, ut in Arte habeamus certa vocabula. Uſus horum Modorum eſt latiſſimus. Etſi enim ſuam propriam naturam habeant, alijs tamen plerisquè Modis, ſivè Translatione ſivè Transpoſitione illi conſtent ac perficiantur, ſuperaddi poſſunt, ad magis tegendum & occultandum: Præcipuus verò uſus eſt primi Modi, qui continet plærumquè vulgarem, Epiſtolicam, ac ad uſum quotidianum aptam orationem: Undè fit, ut, cùm Polygraphici Modi, certâ formulâ con-

tonstent, & porrò suspecti valoris sint, isto præcipuò Steganographico Modo non solùm occultemus thema secretum, sed etiam si quâ fortunâ, Epistolæ, in alterius quàm cui scriptæ sunt, manum pervenerint, occasionem præcidamus, nè suspicetur, cùm videt exteriori formâ, vulgaria tractari, occulti aliquid subesse. Quod non ità contingit in fictitio Sermone, multò minùs in omnibus alijs Modis, licèt occultissimâ & nulli pervestigandâ ratione, Secretum includant. Statìm enim suspicio suboritur, si inusitatorum characterum, aut sensum non habentium Literarum series, in Epistolio deprehendatur, secreti quid contineri: quò fit, ut istiusmodi Epistolæ supprimantur. Undè inprimis in specie, Steganographiæ *utilitas elucet: quæ non ità esse potest, in* Polygraphicis *Modis. Deindè in genere hîc adnotandum, proprium esse hisce Modis, quòd Steganographicus sit dignitate prior & per se operosior: Alter facilior, sed arte superior. Fit indè ut* Trithemius *in Steganographicis, requirat diligentem, sedulum & exercitatum discipulum: In Polygraphicis verò, extollat facilitatem rei:* Vid. Præfat. sub tit. quæ sunt utilit. *At inquies, si ita operosa est Steganographia, quemnàm usum habebit, præsertim tempore necessitatis, aut quantùm, negociis aliàs occuputos viros, juvabit? Sed respondemus: Sit ità, ut inexercitato, aliquantùm negotij facessat hæc ratio. At facilè difficultatem superabit, qui vires intendet, aut ab ingenio destitutus non fuerit. Quid, quòd paucissimis Literis, secretus sensus compræhendi solet vel potest: Quò fieri amat, ut exile corpus, non magno indigeat indumento. Ità si sententia brevis est, in obvelandâ eâ, non multum laboris, insumendum tibi erit. Nùnc verò de hisce tribus Modis, eo ordine quo propositi sunt, agemus. Sic ut totus* Liber tertius *nobis insumetur in potissimâ parte primi Modi explicandâ:* Reliquis *quæ de eo supersunt, sicùt & secundo & tertio Modo, in* Librum quartum *rejectis. Ubi velim notes, quod deinceps in particulari evolutione paulò aliter ratio ordinis constet in* quarto, *quàm in* tertio Libro. *Cum enim* Trithemii *Libros Steganographicos,* Libro tertio *enodandos susceperimus, ad filum & ductum quoquè* Trithemii *necessariò nobis fuit respiciendum, & catena prò instituto nectanda: Ubi verò nobis licuit esse solutioribus, ad rectum tramitem omnia revocare, nihil priùs habuimus.*


LIBER

LIBER TERTIUS,

De

STEGANOGRAPHIA IN SPECIE.

TABULA Synopsin hujus Libri complectens.




CAPUT

LIBER TERTIUS,

De

STEGANOGRAPHIA IN SPECIE.



CAPUT PRIMUM.

Continet Introductionem Generalem,

ad Steganographiam Trithemij.

QUONIAM *PRÆCIPUÆ NOSTRÆ SCRIPTIONIS Scopus est, istius* Steganographiæ, *quam* TRITHEMIUS *involucris perpetuis conscriptam reliquit,* ENODATIONEM *in lucem dare, ad eam nùnc, lege Methodi,* (vid. quæ sub. f. lib. præc. *dicta sunt*) *ducti, nos accingamus. In quâ ità versabimur, ut cùm muneri, quod suscepimus, satisfaciamus, tùm etiam Instituti hactenùs observati, nè & ipsa* Steganographia, *extrà Artis oleas vagetur, sedulam curam agamus. Ut itaquè quæ ibi Authoris sunt, à nostris distingantur, curavimus verba Authoris, hoc signo* („) *notari. Præmittemus autem in Genere,* Introductionis *loco, sequentia:*

Ut profanum Vulgus, ab occultè scribendi hac Arte, arceret, atquè adeò, quibusdam quasi terriculamentis, absterreret, Ingeniosissimus noster Abbas, *eam* Magiæ, *vulgo invisi & odiosi nominis specie, venditavit: quasi Infernalium Spirituum ope, dirisquè Incantationibus, sub horrido, confragoso, atquè ad terrorem penè confecto peregrino Idiomatismo, res perageretur. Quem scopum non obscurè Ipse innuit, in* duabus, ad Philippum Electorem Palatinum, Præfationibus. *Addamus nos, ipsum porro tali involucro, ingenuum Ingenij lusum cogitasse, in gratiam Eruditorum, Artem hanc, fido Ariadnes filo adepto, addiscentium. Ludit enim sub nomine SPIRITUUM, ad LITERAS, quibus occultè aliquod negocium, alteri significatur: vel quòd Illæ sint Animi & Spiritus nostri Indices, voluntatem nostram, Absenti, quò Vox non penetrat, fideli & mirabili modo* (vid. pr. c. 1. lib. 1. hîc, & *præterea* Dousam in præfat. Chron. Holland.) *perferentes: vel quòd inter plures Literas, (quæ prò occultando instituto, in Epistolâ, aliud thema tractante, transmittendâ, adhibentur) Istæ, quibus, quasi aliud agendo, Secretum alteri indicatur, utì Spiritus, Vita & Anima; Cæteræ verò, eò non pertinentes, pro mortuis habendæ sint. Cùm verò Significantes illæ Literæ seu Spiritus, in integrâ aliquâ Epistolâ, varijs mirisquè modis, occultentur, fit, ut hæipsæ, vi & effectu, planè destitutæ, superiori virtute & spiritu, qui illas quasi animet, indigere videantur. Hinc* Author, *Literarum sivè Gregariorum Spirituum Duces, Intermedios & horum Antèsignanos quosdam, seu supremos, introducit. Supremorum officium in eo collocat, ut servent certos ordines & stationes, ac sub se certo modo dispositos Spiritus gregarios habeant, atquè utantur Intermediis, ceù Instrumentis, ad aperiendum devotis, mysterium dispositionis & collocationis Literarum. Eapropter Spiritus illos Intermedios, in Carmina illa Incantatoria conjecit, atquè itidem eosdem, inter mutorum Satellitum, id est, Literarum prorsùs*

nihil significantium multitudinem, mirè occultavit. Significantibus enim & pluribus mutis seu Ociosis Literis, ejusmodi Carmina constant & absolvuntur: quæ nihil aliud sunt, quàm Lex & Index dispositionis, in quolibet Modo adhibendæ vel adhibitæ. Quibus Carminibus legitimè & ad præscriptum recitatis, illi supremi & principales Spiritus, faciles finguntur ad aperiendum intellectum, rogantibus. Nemini tamen nisi digno, Scientia contingit, id est, qui sit Cabalæ studiosus. Quo ipso Author *planissimè ad se, ceù primum quendam Motorem, omnia revocat, & à se solo, vel gnaro Præceptore, addiscenda, non sinè mysterio (innuens videlicèt, Artem hanc, nunquàm ità perfectè tradi posse, quin ratio scribendi ab exercitatis, quandò inter eos convenerit, occultari possit) indicat. Quæ præterea* Author *noster edissertat de Spirituum præsertim Principalium nomine, naturâ, qualitate, numero, potestate, habitatione, gubernatione &c. ea partìm ad cujuslibet Modi explicationem pertinent: (ut ecce, primus Spiritus* PAMERSIEL, *dicitur Spiritus austerus, non facilè exorabilis, infidelis &c. quò indicatur, quòd ille Modus primus Scribendi, admodùm difficilis sit, nec à quovis ingenio impetrari possit; & facilè fiat, ut seipsum suâ simplicitate prodat; uti* cap. 3. *& passim, diligens Lector, per se cum voluptate advertet) partim ad institutum nihil faciunt, sed tantùm rei involvendæ serviunt. Ubi velle adhuc mysteria indagare, hominis est, & ocio abutentis, & actum agentis, ut cautum Lectorem jam antè, in Exordio hujus Tractatus admonebamus.*

Quibus ità præmissis & posthàc prorsus missis, sciendum, Authorem nostrum *67* Modos, *occultè Scribendi, excogitasse, quos omnes Ille, propriis Nominibus insignivit, quæ ceù Artificialia, singulis Modis præmisimus: Quoniàm cum fructu retineri & in praxi observari possunt. Illa verò si Scriptor neglexerit, facilè eorum quæ scripsit, & ipse poterit oblivisci: aut propter diversitatem operationum, unà cum Lectore, in errorem incidere. Deinde ut* Carmina *illa, in quibus Modi cujuslibet rationem latitare diximus, intelligantur, ad sequens præceptum (intereà dùm* sequenti *demùm* Libro c. 7. *ratio horum Carminum, ad certum modum & sedem revocatur) adver-*
» *tendum & respiciendum est: Quòd* nempè in Trithemii Conjuratio-
» num Carminibns, primum & ultimum verbum sit ociosum & nihil
» significans: postmodùm alterum sit significativum, sed ità ut semper
» Litera prima sit ociosa & vacua alternatìm: tertium rursùm vacuum:
» Expletis deniquè valentibus verbis, ab ociosis quandoquè Trithe-
» mius rursùs incipiat & sic alternatìm ad finem pergat. *De cætero majoris lucis gratiâ, nè quid desiderari possit, Carminibus & strictiori eorum Enodationi, adjunximus horundem (non omnium, at quotquot reperiri potuerunt)* Explicationes, *Claves vocant alij, quas* Author *ipse in* Clave Speciali, *literis consignavit. Constitutis verò ità certis Modis & ijs, quæ ad communem rationem istorum Modorum pertinent, explicatis, subjecimus deindè Exempla, eaquè non dispersìm, ut ab* Authore *factum, ceù ex*

Tracta-

Tractatu principali, *& subjectâ* Speciali Clave *liquet, sed conjunctim, ut simùl in conspectu essent. In quibus Exemplis, quod adhùc monendum duximus, magis ad* Formam, *quâ occultare* Author *quid voluit, quam* subjectam Materiam sacram, *cujus respectu, aliquid humani, pro more & injuriâ istius temporis passus, aliquotiès deprehenditur, respeximus: Et ideò verba ipsius immutata, quantùm per rem ipsam licuit, studiosè retinuimus: atquè hîc simul* Catalogum Nominum, *quibus* Trithemius, *Modos hosce Steganographicos insignivit, secundùm ordinem Alphabeti, adjunctis Capitum & Modorum Numeris, quo loci cujusquè Explicatio tradatur, indicantibus, præmittere voluimus.*

Abasdarhon, *c.12.m.17.* Advachiel, *c.15.m.9.* Ambriel, *c.15.m.3.* Amenadiel, *c.8.m.3.* Anaël, *c.12.m.2.* Armadiel, *c.10.m.1.* Aseliel, *c.5.m.1.* Asiriel, *c.7.m.2.* Asmodel, *c.15.m.2.* Barchiel, *c.15.m.8.* Barchiel, *c.15.m.12.* Bariel, *c.12.m.11.* Barmiel, *c.7.m.1.* Barquiel, *c.12.m.7.* Baruchas, *c.10.m.2.* Berathiel, *c.12.m.12.* Buriel, *c.9.m.1.* Bydiel, *c.11.m.2.* Cabariel, *c.6.m.4.* Camuel, *c.4.m.1.* Carnesiel, *c.8.m.1.* Caspiel, *c.8.m.2.* Dardariel, *c.14.m.1.* Demoriel, *c.8.m.4.* Dorothiel, *c.6.m.3.* Emoniel, *c.9.m.3.* Gambiel, *c.15.m.11.* Gediel, *c.6.m.1.* Geradiel, *c.11.m.1.* Hamaliel, *c.15.m.6.* Hanaël, *c.15.m.10.* Hydriel, *c.9.m.2.* Jasguarim, *c.13.m.1.* Icosiel, *c.9.m.4.* Jefiscba, *c.12.m.16.* Macariel, *c.11.m.7.* Malchidaël, *c.15.m.1.* Malgaras, *c.7.m.3.* Maseriel, *c.6.m.2.* Menadiel, *c.11.m.6.* Mendrion, *c.12.m.19.* Muriel, *c.15.m.4.* Narconiel, *c.12.m.20.* Oriel, *c.12.m.10.* Osmodaël, *c.12.m.8.* Padiel, *c.4.m.2.* Pamersiel, *c.3.m.1.* Pamyel, *c.12.m.21.* Pyrichiel, *c.11.m.4.* Quabriel, *c.12.m.9.* Raysiel, *c.7.m.5.* Sabrathan, *c.12.m.13.* Samaël, *c.12.m.1.* Samiel, *c.12.m.6.* Sarandiel, *c.14.m.2.* Sasquiel, *c.12.m.5.* Serquanich, *c.12.m.15.* Soleviel, *c.11.m.5.* Symiel, *c.7.m.6.* Tartys, *c.12.m.14.* Vathmiel, *c.12.m.4.* Vequaniel, *c.12.m.3.* Verchiel, *c.15.m.5.* Uriel, *c.11.m.3.* Usiel, *c.7.m.4.* Zaazenach, *c.12.m.18.* Zuriel, *c.15.m.7.*

CAPUT II.

De Steganographicâ ratione in genere, tribus ejus generalioribus Modis, cum Subdivisionibus.

IN Cap. ult. Lib. præc. *dictum est, Superinductionem Ociosarum Literarum fieri* Comparatione Dictionum, *quæ essent vel Veri Sermonis, vel Efficti, vel Artificialiter constructi. De Comparatione Veri Sermonis hîc, de Alijs in* seq. Lib. 4. *Est verò* Comparatio *hæc* Veri Sermonis, *Modus occultandi steganographicè verba secretæ intentionis, quò ex Literis Secretæ Sententiæ & alijs ociosis variè inter se commissis, conficimus Sermonem seu Orationem, Sensum alium habentem: Quò sæpè fit ut aperta hæc Scriptura prorsùs aliud, imò sæpè contrarium indicet: Ità sæpè laudibus extollimus aperto Sermone, quem secreto ac latente, extremè vituperamus: Uti videre est* infrà c. 6. m. 3. Ex. 1. c. 7. m. 3. c. 8. m. 1. c. 12. m. 5. 9. 10. & 14. Confectioni veri Sermonis *accidit, ut aut linguâ exoticâ, putà Latinâ aut aliâ, aut etiam vulgari tractetur. Etsi verò in Latinâ,* Author *noster, cujus filum nos sequimur, Exempla dedit, scias tamen, eandem rationem esse in alijs.* Objectum *hujus Comparationis seu Conquisitionis, sunt* Dictiones, *non tantùm quæ Secreto participant, sed etiam, quæ prorsùs sunt ociosæ, & nihil quoad Secretum consignificant. Imò sæpiùs adsciscere licet, plures ociosas Dictiones, itidem aliquot Lineas occupantes, quâ de re suo loco,* cap. *nimirùm* 7. 13. & 14. h. Lib. *Ratio est, ut eò laxior conficiendi sermonem potestas sit, & magis falli is possit, quem latere hæc debeant.* Objectum adæquatum, *sunt tantùm Dictiones Consignificantes, vel quoàd Literam aliquam, vel Syllabam, vel quoàd omnes Literas. Ad* Divisionem *accedentes, dicimus quòd Conquisitio ratione Objecti adæquati, sit earum Dictionum, vel quæ* Primam *vel* Ultimam Literam; *vel quæ* Unam Syllabam, *vel* Integram Dictionem, *Ociosis alijs, significantem habent. Illa Conquisitio vicissim, quæ pertinet ad* Primam Literam, *fit Processu Directo, Inverso, Obliquo.* Comparatio Processus Directi, *habet vel Naturam Simplicem; vel novè Alteratam; vel aliundè Vestitam.* Naturâ Simplici *constans ratio, utitur Dictionibus Ociosis, vel Nullis, vel Unâ alternativè, vel Pluribus variè. De eâ Comparatione Dictionum, quæ utitur* Nullis *ociosis Dictionibus, sed contenta est Consignificantibus, agemus* Cap. Sep. *de Reliquis posteà quoquè ordine & loco suo: Ubi sciendum, quod ultrà istos Modos, quos hactenùs tradidimus, quidam Modi, eorumquè Exempla, numero 12. in quibusdam manuscriptis Exemplaribus* Trithemij *inveniantur, quos nobis incognitos ingenuè fatemur. Hos sicùt &* Libri 3. Steganographiæ Trithemij, *scopas dissolutas, nostro quodam consilio,* c. 15. & 16. *sub calcem Libri, præcedentibus subjunximus.*

CAPUT

CAPUT III.

De Comparatione Dictionum Simplici,

tantùm Consignificantium, seu Modo primo PAMERSIEL dicto.

HIc Primus Modus contentus est Dictionibus Consignificantibus, *ut* sub fin. cap. præc. *innuimus. Consignificantes Dictiones vocamus, quæ participant, quâ* Literam Primam *attinet, Secreto. Eum* Trithemius *insignivit nomine* Pamersiel: *Lex verò hujus Modi, in sequentibus latet:*

Pamersiel Anoyr Madrisel Ebrasothean Abrulges Itrasbiel Nadres Ormenu Itules Rablon Hamorphiel, h. e. **Nim die ersten bugstaben** / de omni verbo. « pag. 1. « Edit. « Frácof. « 1606.

Pamersiel Aves Chameron Murs Chadon Osburmy Delmuson Thasloin Peano Charustaër Melany Lyamunto Colchan Paroys Madyn Moërlay Bulre ✠ Atleor Don Melcove Peloyn Ibutsyl Meon Misbreath Alini Driaco Person, Trysolnay Lemon Asosle Mydar Icoriel Pean Thalmo Asophiel Illnotreon Baniel Otrimos Estevor Naëlma Besrona Thulaomor Froman Beldodrayn Bon Otalmesgo Merofas Elnathyn Bosramoth, h.e. Usus sum tali cautelâ, ut primæ Literæ, cujuslibet Dictionis, secretam intentionem tuam, reddant Legenti. « p. 2.

Lamarton Anoyr Bulon Madrisel Traschon Ebrasothea Panthenon Nabrulges Camery Itrasbier Rubanthy Nadres Calmosy Ormenu Lan Ytules Demy Rabion Hamorphyn, h. e. **Nym die ersten bugstaben** / de omni verbo. « p. 2.

Sivè explicatiùs, ex Clave Speciali Authoris intelligi poterit: Verba sic sonant: *Cùm volueris aliquid scribere ad amicum secretè, ut nemo tuam intelligat voluntatem, præter eum cui scribis, tunc accipe quamcunquè volueris narrationem latinam, quam non necesse sit, occultari: Cujus dictiones omnes, sic ordina, quatenùs primæ cujuslibet dictionis Literæ, verbum reddant, quod volueris, quemadmodum in subjecto argumento vel Exemplo te docebo. Verùm iste Modus, non satis est tutus: quia facilè ab industrio homine, posset deprehendi, sicuti sæpiùs expertus sum. In legendo quidem facilis est, sed cum difficultate scribitur, quia laboriosum est, dictiones ad propositum convenientes, semper in promptu habere. Simùl observandum, si hoc vel aliis Modis, alicui scribis, non satìs in Latinâ linguâ erudito, ut verba non dividas. Nè igitur unum existimet duo, puncta si volueris, completo quolibet secreti tui verbo, apponas, & sententiâ textus exterioris completâ, facias virgulam. Tutiùs tamen videtur, ut nec puncta, nec virgulæ fiant. Multiplici autem diversitate, hic Modus, sicut & cæteri penè omnes, potest variari: Ita ut is, qui supradictum ordinem secretandi, per-* « p. 7.

» *fectè intelligit, alios ex eo inferendos Modos, aut vix aut difficultèr poss*
» *percipere. Videlicet ut prima linea, Secreti sit conscia, secunda non, ve*
» *si ista fuerit, illa non sit: Et sic consequenter, occultator Secretorum, prou*
» *voluerit, utatur alternis lineis, vel totis vel dimidiatis, à principio Litera*
» *rum suarum, usquè ad finem descendendo, vel à fine ascendendo ad princi*
» *pium. Adde etiam, quòd ab utroquè latere, per descendentes & ascenden*
» *tes, alterum secùs, sententias suas occultare potest, tàm varijs, tamquè di*
» *versis Modis, ut in enodandis his, Oedipo opus sit.*

Exemplum PAMERSIELIS.

p. 7. » *Lucidum jubar æternæ Beatitudinis, Excellentißime Rex, Gubernat*
» *tor & Tutor robustißime, universorum virtuosè viventium, exulum refu*
» *gium debitum, virtus, unanimitas, vinculum omnium, lætitia lugentium*
» *exultatio sancta tristium, virtus fragilium, nutritor egentium, salusqu*
» *tribulatorum, miserorum adjutor, nobilium triumphator, administrato*
» *gratiarum, guberna & rege vitam servorum tuorum, sanans infirmitat*
» *nostras, salvator omnium, decus viventium animarum, lucidißimum lu*
» *men, esurientium refugium. Benignißime amator servorum tuorum, vi*
» *tutum æterne remunerator, mitis animarum glorificator, servientium tib*
» *Vivifica nos Domine, ut moribus bonis decorati, jugiter exultemus. Fort*
» *tudo vera, nos fortifica, ut nitore sanctitatis, efficiamur revocati. Adjuv*
» *nos Deus æterne Redemptor: Libera amatores nominis tui, peccatum omn*
» *bus remitte: tentationes extingue nocentibus: vitam virtuosam, amoren*
» *què rectitudinis tribue, exorantibus nobis. Deus altißime, verè vivifica*
» *tor infirmantium, lumen lugentium, exaudi nos, ut vitam justam, rectam*
» *què mereamur jugiter tenere. Vivifica nos Salvator & Rex misericordi*
» *sime, glorificator esto, Zelantes veritatem, gaudeamusquè æterni Reg*
» *sublimati, conserva humiles, indulge noxas, exterminaquè nocentes.* h.

Lieber getrûwer / du wolleſt uf neſt Mântag gerûſt ſin ſo du aller bil
vermagſt / vnd umb die fünf / vnſer an der Lantporten warten /
da willen wir / mit vnſerm gezûg
erſchinen.

CAPIT

CAPUT IV.

De Comparatione Dictionum Simplici, Consignificantis & Ociosæ unius alternativâ, seu de CAMUELE & PADIELE.

CEssat Modus, ubi Nullæ Ociosæ interveniunt. Nùnc dicendum de Altero Genere, ubi Una Ociosa *adsciscitur. Quod dupliciter fieri intelligitur, vel alternativè, vel interjectis duabus aut pluribus Consignificantibus. De Primâ Specie hîc, de Alterâ in seq. Cap.* Primæ *hujus Speciei processus est talis, ut aut Prima Dictio sit ociosa, Secunda significativa: vel è contrario, Prima sit significativæ Literæ particeps, Secunda verò neutiquàm, & sic deinceps.*

Primus Modus CAMUEL.

Hujus Modi ratio hæc est. *Camuel Aperoys Melim Mevomavial* « p. 12.
Casmoyn Cralty Busaco Aëli Lumarphotirion Theor Besamis Aneal Cabelonyr Thiamo Vesonthy. h.e. Primum vacat alternatim. «

Camuel Busarcha Menaton Enatiel Meran Sayr Abasremon Nacu- « p. 14.
li Pesarum Vadru Lasmon Enoti Chamabet Usear Lesponty Abrulmi Pen «
Sayr Thubarim Gonayr Asmon Friacha Rynon Otry Hamerson Bucurmy «
Pedavellon, h.e. Vacantes includunt verbum significativum. «

Prima namquè narrationis dictio, nihil ad secretam intentionem con- « p. 11.
fert: similiter & Ultima, completâ sententiâ seu verbo Secreti. In fine va- «
cat una, cum sequente, quæ alterius verbi, præcedit Exordium. «

Exemplum CAMUELIS.

Omnes morimur, quoniam omnes hæreditarium reatum, originalis « p. 12.
noxæ contraximus: nemoquè vivit non moriturus in brevissimo tempore: «
Contraximus delictum originale, in Adam & Hevâ. Morimur autem mor- «
te corporis, omnes homines, propter temeritatem Matris Evæ miserabi- «
lem. Mortem vero Animæ, Victor Mortis Jesus, nos liberando fugavit. «
O Jesu Xbriste crucifixe, respice humilitatem nostram: quoniam miseri su- «
mus, infœlices, multisquè tribulationibus vexamur. Ergò clementissime «
Rex Cœlorum, petimus, concede nobis contritionem, veniamquè omnium «
peccatorum, propter humilitatem tuam eximiam, quâ redemisti nos, de in- «
ferni ærumnosis tenebris, noxiisquè passionibus. O beatitudo nostra, «
Jesu clementissime, ô dulcissime amator innocentiæ, quid retribuam tibi? «
Tu sanctus & innocens prò nobis pateris. Quò fugiemus, cùm vene- «
ris ad rationis examen? Venies cum potestate, reddere mercedem uni- «
cuiquè secundùm conscientiam suam. Eruntquè tibi nuda omnia: «

» nec te aliquid latebit, cujus non habeas noticiam. Ergò viventes agite fru-
» tres pœnitentiam, districtumquè Dei Omnipotentis examen, operibus mi-
» sericordiæ prævenite. Tergite fletibus crimina, & pauperum labores sub-
» levantes, Deum vobis efficite placabilem. Quoniàm benignus est, invo-
» cantibus eum: Ergò dùm tempus est, quærite misericordiam ejus. Sempe-
» gratias agite ei, qui redemit vos Jesus Xbristus crucifixus, prò hominum sa-
» lute, timentium Dominum. h.e. **Morn umb die achte/ wil ich mit CCCC**
Pherden/ bi dir sin/ für Crûcennach uf dem felde/ bi dem gericht.

Idem aliis occultatum verbis.

p.11. » Omnes morimur, quoniàm omnes mortaliter reatum noxæ generali-
» simùl edimus: Et nemo hîc hominum vivit, non moriturus. Omnes brevi-
» sepeliemur. Originale delictum Baptismus indulsit: quotidianâ eget pœ-
» nitentiâ. Manet autem mors corporis, quatenùs humiliati, Deum timea-
» mus, qui eripuit nos: Peccando vitam amisimus, virtuosè conservando, ite-
» rùm divino lumine vivemus. O Jesu Rex cœlorum, respice humilitatem
» nostram: tuâ miseratione vivimus: Indulgentiam morte tuâ percipientes.
» Heù cur non cum humilitate collaudamus nostrum Creatorem, miseri! Qui
» peccata nostra, humilitate, proprio & sanguine redimens, bonis deviantes
» vitâ æternâ donavit, nihil merentes. Ecce bajulans crucem, Jesus mori-
» tur. O dulcissime Salvator Jesu, quid retribuam tibi? Jesus sinè peccato
» innocens, prò nobis moritur. Quid faciemus, cùm venerit ad rationis exa-
» men, & condignam mercedem reddet, suorum unicuiquè omnium commisso-
» rum operum: Eruntquè ibi nuda omnia, nec transibit aliquid innumera-
» tum: cujus est horrendum judicium. Ergò viventes, pœnitentiam facite
» salutarem: quoniam districti judicij examen, nequaquàm mutari potest.
» Tergè fletibus crimina: Eleemosynis, pauperum lachrymas subleva: Deo
» semper esto devotus: divina bonitas, crimina indulgentiâ superat. Ergò
» dùm tempus est, pulsa misericordiam pœnitendo. Esto gratus morti ejus,
» qui redemit te. Invoca eum, cum sanctâ humilitate, casto timore suffultus.
h.e. **Morgen umb ꝛc.**

Aliud Exemplum CAMUELIS.

p. 13. » Lator præsentium, Frater Arnoldus Bostius, plura composuit admiran-
» da volumina, de variis rebus, ut in Libro nostro, tibi dudùm transmisso, in-
» ter alia multa, quæ prænotavi de Ecclesiasticis Scriptoribus, reperies scrip-
» ptum in fine, ubi fit mentio viventium. Hunc tantùm virum, Religione
» & Artium venustate notabilem, tuæ Sinceritati, Charissime fautor, com-
» mendo, & plurimùm rogo, quatenùs recipias ipsum, eâ, quâ omnes in amici-
» tiâ nobis conjunctos, suscipere familiaritate consueviſti. Referabit tibi ar-
» cana multa naturæ, tequè conversatione dulcissimâ oblectare poterit, si vo-
» lueris. Meum de Magicis Experimentis Codicem, quem habes, mihi oro

quam-

quantocyùs curato remittere. *Volumen Syneſij de virtute Spirituum, mit-* «
tam tibi mox, cum mihi Experimenta mea remiſeris: Cura te ipſum ut va- «
leas, ſæqequè reſcribito: h.e. Papa vult Imperium transferre in Francos: «
De hoc ſum certus.

Secundus Modus PADIEL.

Ratio hujus Modi hæc eſt: *Padiel Aporſy Meſarpon Omevas Pelu-* « p.8.
din Malpreaxo Conduſen Ulearo Therſephi Bayl Merphon Paroys Gebuli «
Mayl Thomyon Eltathear Tamarſon Acrymy Lon Peata Casmy Chertiel «
Medony Reabdo Laſonti Jacial Mal Tri Bulomeon Athyr Pathulmon Dheo- «
ma Pathormyn: h. e. Primus apex verbi primi & tercy: & cætera dicat «
itidem».

Padiel Ariel Vanerbon Chio Tharſon Phymarto Merphon Ampriſco Le- « p.8.
dabarim Elſophroy Meſarpon Ameorſy Paneryn Atle Pachumgel Thearan «
Beslonthy Las Gomadyn Triami Meſarnothy, h.e. Recipiat apices primos «
alternatim».

In hoc enim Modo, ſinè ſuſpicione occulta ſcribendi, Dictiones Narra- « p.9.
tionis textus, in apertô propoſiti, alternâ poſitione variant: Ità videlicèt, ut «
cum Primæ Dictionis Prima Litera, intentioni occultæ teſtimonium perbi- «
beat, Sequentis Verbi Litera Prima, ab officio ſecreti muneris vacet. Poſt- «
quàm Tertia non ſit à miniſterio vacua, Quarta maneat ociosa, & ſic con- «
ſequenter, ſempèr Dictiones alternatis vicibus mixtæ, ſecreto deſerviant, & «
publicæ orationi congruentes, ab Occultorum ſignificatione, prudenti ordine «
recedant. «

Exemplum PADIELIS.

Libera nos Jeſu Xbriſte, æterne Salvator bonorum omnium, & indul- « p.9.
ge reorum delicta, gemitusquè noſtros exaudi, mitigans tempeſtates vicio- «
rum, renovansque conſcientiæ vetuſtatem, ad æternam nos reducito Para- «
dyſum. Bone Jeſu, remitte nobis exorantibus peccata noſtra: quoniàm gra-vi- «
ter offendimus & ſæpè relapſi ſumꝰ. Dulciſſime Salvator, infirmitates noſtras «
ſana quæſumus. Benigniſſimus eſto, rogantibus te, Jeſu piiſſime, & nos fa- «
mulos tuos ſupplicantes exaudi. Homines ſumus, aſſiduis miſeriis involu- «
ti, maximisquè tempeſtatibus immerſi. Erue nos tribulatorum conſola:or «
victorioſiſſime: quoniam vita noſtra, aſſiduâ infœlicitate ſepulta, corrum-pi- «
tur. Miſerere tantùm Jeſu, Clementiſſime Salvator, reſpice humilitatem te «
amantium, & non permittas demergi nos exules, in luto & turpitudine vitio- «
rum. In amore ſæculi hucusquè torpentes jacuimus, vitijs q; innodati, noſtram «
parvipendimus ſalutem, futuriquè examinis, minimè recordati ſumus. Be- «
nigniſſime Creator, eſto propitius famulis tuis, & ſalva lachrymantes, quos «
decepit miſerrima vanitas Mundi. Viam prohdolòr veritatis negleximus «
omnes, ſed libera nos luto infixos exulesquè: quoniàm Salvator noſter, tu es «
Jeſu, qui neminem diſpicis, gaudium indeficiens & ſempiterna fœlicitas San- «

Ctorum

» ctorum es: Spes noſtra, Xhriſtianorum gloria, Angelorum lumen, remun-
» rator invictorum Martyrum, corona Virginum, honeſtas Viduarum. Bo-
» Jeſu, exaudi nos humiles, clamantes ad te: Libera nos de præſenti exilio, co-
» cedens nobis gratiam, ut ſinè fine vivamus. Vivifica quæſumus nos miſer-
» ſervos tuos exules, quos redemiſti, ut zelum juſticiæ verum conſequamur
» Conſerva nos Omnipotens Deus, majeſtas infinita, miſericordia incircum-
» ſcripta, æterna ſalus nobilium animorum. h. e. **Lieber getruer / Brenger di-
briefs / hait etwas mishandlet / iſt unſer befel / du wolleſt in gefenglich be-
halden / uf unſer zucommen.**

Ejusdem Secreti tenor, ſub alijs penè verbis occultatus.

p. 9. » Libera nos Jeſu dulciſſime, extrema Salus beatorum Spirituum, & noſtro-
» reatus indulge, gemitusquè pauperum exaudi, mitiga tribulationes noſtras
» renova nobis vetuſtatem, morbos vitiorũ ſana, virtutes tribue, exules ſuſci-
» pe, reosquè abſolve. Bone Jeſu, remitte miſericorditer exceſſus quoslibet no-
» ſtros, quoniàm graviter peccavimus & ſæpè relapſi ſumus. Dulciſſime Sal-
» vator Jeſu Xhriſte, ſalva nos, benignus eſto, rogantibus te: Imò tu etiàm nõ
» famulos tuos ſupplices conſerva. Homines ſumus amantiſſime Jeſu, juſticiæ
» normam transgredientes, miſericorditer erue nos, tu altiſſima virtus: quæ-
» niàm vita noſtra, aſſiduæ infelicitati ſubjecta corrumpitur. Miſerere noſtri
» Jeſu Xhriſte Salvator, reſpice humilitatẽ fidelium animarum, & nè permit-
» tas diutiùs nos errare, in luto ſecuritatis, tentationis perniciosiſſimæ. In amo-
» re ſicuti malè turbati verſamur, vitijs dediti, noſtram parumpendimus ſalu-
» tem, mox evocandi ad rationis examẽ. Benigne Creator, eſto propitius famu-
» lis tuis, & ocyùs libera nos, decepit nos vanitas Mundi: Viam nos veritatis do-
» ceruimus omnes, dulciſſimumquè lumẽ animarum: luto infixos erue: quoniam
» ſalus noſtra tu es, in tuoquè nomine ſalvabimur, gaudium indeficiens & ſem-
» piterna fœlicitas: Tu es noſtra norma, Sanctorum gloria, Angelorum lætitia,
» ſocietas juſtorum perfectiſſima, Creator Salvatorquè humani generis. Be-
» nigniſſime Jeſu, exaudi nos humiles, te acclamantes & libera nos, de præſenti
» & futuro naufragio periculoſo: ut ſinè fine vivamus. Utinàm reſpicias nos
» miſerabiles ſervos tuos exulantes, qui redemiſti nos, Zelati ſumus vias tuas.
» Conſerva nos Omnipotens Deus, majeſtas infinita, miſeratio incircumſcrip-
» pta: eſto protectio noſtra perpetua: h. e. **Lieber getruwer / brenger / ꝛc.**

Aliud Exemplum PADIELIS, cum hac inſcriptione.

p. 10. » Padiel Melion Parme Amiel Buſayr Ilno Ma Venoga Pamelochin: h. e.
Ein Meynung.
» Humanæ ſalutis amator, univerſorum Creator maximus, nobis indixit

obedien-

obedientiam mandatorum, cui omnes tenemur obedire ex amore. Præmium verò obedientibus promisit, sempiternæ fœlicitatis tabernaculum posßidere. Xbristi obedientiam inspiciamus, quam imitari curemus, ut ad æternam fœlicitatem, nobis promissam, ingredi mereamur: Angelorumquè consociari mansionibus sempiternis. Agamus pœnitentiam dùm possumus: tempus præcioßum expendentes fructuosè. Caveamus nè imparatos Mors rapiat, quæ concedere morã alicui recusat. Ideoquè Fratres, agere pœnitentiam non tardetis. Velociter enim ad vos, Mors veniet: quam nemo vestrum, diù evadere potest. Dies ergò vestros transeuntes conspicite, pœnitentiam inchoantes, quandò tempus habetis. Appropinquat hora decedendi hinc. O Mors rerum terribilium terribilißima, quàm velociter nos miseros consumis: Incolatumquè nostrum brevißimum, multis injuriis plenum, miseris facis esse crudelẽ? Evigilemus miseri, Xbristo Jesù Salvatore nostro pijßimo nos exhortante & contestante, ut turpes negligentias arguamus, & bonis operibus, justiciæ vias solicitè custodiamus. Alme Redemptor generis humani, exaudi nos, veniamquè nobis tribue peccatorum. O Pater misericordiæ, sis nobis propitius, in omnibus adversitatibus nostris. Sana Domine infirmas animas nostras: quoniam tui sumus: Præsta nobis afflictis vermiculis, requiem sempiternæ amœnitatis, quatènùs te semper aspiciendo laudemus. h. e. Hac nocte post XII, veniam ad te, circà januam, quæ ducit ad Ortum, ibi me exspectabis. Age ut omnia sint parata.

Idem aliter occultatum.

Humanæ Salutis amator, qui creavit omnia, nobis indixit obedientiam mandatorum, cui omnes tenemur obedire & obsequi. Præmium sanctæ obedientiæ, erit sempiterna felicitas, timentibus Deum. Xbristi obedientiam, in omnibus imitari studeamus, ut vitam æternam promissam nobis, mereamur ingredi, cum Angelis, per misericordiam Dei. Agamus pœnitentiam, dùm possumus. Tempus vitæ est brevißimum. Citò Mors imparatos offendet, repentè negligentes consumet, Judiciquè animas transmittet. In pœnitentiâ agendâ, Fratres non tardetis. Velocitèr enim ad vos Mors veniet: quam nemo vestrum, diù evadere potest. Dies ergò vestros transeuntes conspicite: pœnitentiam inchoate, cùm tempus habetis: ad quid diutiùs negligitis. O Mors, rerum horribilium terribilißima, quàm velociter nos miseros consumis. Incolatus vester brevißimus est, judicioquè obnoxius. Mors omnes examini submittit. Exaudi nos Xbriste pijßime Salvator, nobisquè pœnitere cupientibus, esto propitius, concede nobis timorem & amorem tuum, benignißime Redemptor, indulgentiamquè peccatorum, supplicantibus tribue. Alme Creator generis humani, exaudi nos, veniam nobis tribuens scelerum. O Pater misericordißime, esto nobis misericors: infirmitatem nostram adjuva clementißimè: succurrequè misericorditer infirmis animabus nostris: quoniam tui sumus. Pater indulgentißime, animabus fidelium requiem concede, Angelisquè conjunge, timentibusquè te adesse digneris: h.e. Hac nocte, &c. CA-

p. 10.

CAPUT V.

De Comparatione Dictionum Simplic
Ocioſæ & Plurium Conſignificantium, ſeù ASELIELE.

POſt numerum Ternarium, ſequitur Multitudo. Ità nùnc in Secundâ *Specie* (vid. cap. 4. hîc) *nobis ex angiportu* Pameri lis *egreſſis, & bivia* Camuelis & Padielis, *prætervectis, lati mus vagandi campus aperitur. Quod antequàm ad* Aſeliel *explanationem perveniamus, paucis adhùc illuſtrandum eſt. Non enim prætereri debet* Camuelem & Padielem *eſſe fontes, ex quibus infiniti Modi, ceù rivuli promanant, non tantùm, quando* una Ocioſa, cum pl ribus Conſignificantibus, *ſed etiàm quandò* plures Ocioſæ, cum u vel pluribus Conſignificantibus *concurrunt. Ut ad oculum hæc patean ſubjicimus duplici ordine, diſtributis quinque Claſſibus, Progreſſus ſextup cis adumbrationem, ubi fundamenta ſunt* (o. *aut*. O) *ſivè Vacans, Valen Valens, Vacans, duos ordines ducentes.*

1. Claſsis.	2. Claſsis.	3. Claſsis.	4. Claſsis.	5. Claſsis.
o. Camuel.	oo.	ooo.	oooo.	ooooo.
o..Aſeliel.	oo..Gediel.	ooo..	oooo..	ooooo..
o...	oo...	ooo...Maſeriel.	oooo...	ooooo...
o....	oo....	ooo....	oooo....Dorothiel.	ooooo....
o.....	oo.....	ooo.....	oooo.....	ooooo.....Caba
o.....	oo.....	ooo.....	oooo.....	ooooo.....

Ex Padielis ordine, contrario modo ita.

1. Claſsis.	2. Claſsis.	3. Claſsis.	4. Claſsis.	5. Claſsis.
.oPadiel.	..o	...o	....o	.....o
.oo	..oo	...oo	....oo	.....oo
.ooo	..ooo	...ooo	....ooo	.....ooo
.oooo	..oooo	...oooo	....oooo	.....oooo
.ooooo	..ooooo	...ooooo	....ooooo	.....ooooo
.oooooo	..oooooo	...oooooo	....oooooo	.....oooooo

Ex quolibet ordine, ſequuntur triginta Modi. Auctor noſter *triginta Modos ex* Padiele *fluentes, hîc prorsùs omiſit, tradito ſolo* Padiele, *qui Duo eſt ſequentium viginti novem Modorum. Idquè propterea, quòd magis ſuſpicione careant iſti Modi, qui à Vacante vel Vacantibus incipiunt: uti ipſe innuit, in* Clave Speciali, p. 14. *ubi Modum Sextum, ſivè* Gedielem *explicat.*

plicat. Ex Camuelis *autem ordine, & quidem* Classe primâ, *secundum Modum, nomine* Aseliel: *Ex secundâ, secundum, nomine* Gediel: *Ex tertiâ, tertium, nomine* Maseriel: *Ex quartâ, quartum, nomine* Dorothiel: *Et ex quintâ, quintum, nomine* Cabariel *insignitos, sumpsit, rationem explicavit, ac Exemplis illustravit. Sed nec hoc prætereundum, quòd nihilominùs etiam alios Modos, tectè attigit. Sic* Carnesiel, *de quô* j.c.8.h.l. *si demas ei, quod à Lineæ primæ præmissione ociosâ, peculiare habet, planè est* tertius Modus Classis primæ, *ex ordine* Camuelis. *Sic eâdem ratione* Amenadiel, *quem describit Idem*, c. 8. *in* quintum Modum Classis tertiæ: *Et* Demoriel, *cujus descriptio itidem*, d.c. 8. *extat, in* sextum Modum, mòx dictæ Classis *incidunt: Ut mittamus alios illos Dissemination & Transpositione vestitos Modos, de quibus* cap.11. *qui itidem ad aliquem Modum & Classem hîc definitam pertinent. Hic verò tantùm illi Modi recensentur, qui sunt* Simplicis naturæ, *id est, unum tantùm motum habentis, quem hi Modi quinque*, Aseliel, Gediel, Maseriel, Dorothiel & Cabariel *habere deprehenduntur. Sed nùnc de* Aseliele *agemus, qui adhùc Comites habet, ut videre est, ex* Classe primâ, Ordin. 2.

ASELIEL.

Lex & ratio hujus Modi, ex sequentibus patet: *Aseliel Aproysi Melim Thulnear Casmoyn Mavear Burson Charny Demorphaon Theoma Asmeryn Diviel Casponti Vearly Basamis Ernoti Chavalarson:* h.e. Post unam vacantem, duæ valent. *p.15.*

Aseliel Murnea Casmodyn Bularcha Vadusina Ty Belron Diviel Arsephonti Si Panormys Orlevo Cadon Venoti Basramyn, h.e. Una vacat, duæ solvunt. *p.16.*

Semper enim hic Modus, primâ dictione in apertâ narratione, à secreto Vacante, duas mox occulto servientes recipit. Quandoquè etiam verbo completo, unam vacantem adjungit: ità videlicèt, ut verbi sequentis prima dictio, à Secreti significatione sit vacua: atquè ità duæ vacantes, solùm in fine verbi mysterij, per duo pariter completi, ponuntur. *p.12.*

Exemplum ASELIELIS.

Mors Jesu Christi, genus humanum vivificavit, cujus vita innocenter afflicta, liberavit nos, ab omni calamitate. Ergò honoremus humilitatem ejus, in nobis resistendo tentationibus vitiorum, instandoquè motibus bonorum operum. Xbristus Jesus, salvavit animas nostras. Gratias dicamus æternas, nostro Redemptori pijssimo: quoniam omnes reduxit ad tutas exuvias, cujus nomen, cum fervore laudemus omni tempore, præoccupantes faciem sanctissimam ejus nostris orationibus: vivamus virtuosè, in amore *p.15.*

» *rectitudinis, abjicientes tumultum mundalium negociorum, justiciæ normam*
» *sequamur, vicijs noxijs resistamus devotissimè, lachrymisquè negligentiæ*
» *abluamus, in maximâ solicitudine, memores futuri judicij, cujus inæstima-*
» *bilis horror, inferni pœnis, nequaquàm inferior:* h. e. Ich wil noch hint umb XI/an der Porten clopfen: wart min/und lais mich in.

Idem alijs verbis occultatum.

» *Passio Jesu Christi, genus humanum vivificans, cujus vita innocentèr*
» *afflicta, liberavit nos, ab omni calamitate: Quoniàm hujus humilitate sal-*
» *vabimur, in necessitate: sed turbabuntur vicioſi: eritquè merx bonorum co-*
» *piosa. Xhristus Jesus, redemit animas nostras. Gratias dicamus ei, nostro*
» *Redemptori pijssimo, qui omnes redemit, qui tyrannidi erant subjecti: nomen*
» *cujus benedictum, laudaverunt omnes: & pœnitentiam faciamus, de ex-*
» *cessibus nostris, curemusquè virtuosè vivere, in amore Redemptoris, cujus*
» *timor mundat conscientiam, justificans nos. Emendemus vitam nostram,*
» *cum devotione lugentes, quatenùs ad justiciam conversi, solutionem merea-*
» *mur peccatorum, in charitate & humilitate, jugiter perseveran-*
» *tes, non deficiemus.* h.e. Ich wil noch etc.

CAPUT

CAPUT VI.

De Comparatione Dictionum Simplici Ociosarum & Consignificantium unius vel plurium, seù de Modis GEDIELE, MASERIELE, DOROTHIELE & CABARIELE.

SEquitur *Tertium Genus, ubi plures Ociosæ adsumuntur Dictiones. Quod fit tripliciter, vel si duæ, tres vè aut plures, uni Consignificanti: aut si duæ duabus: tres tribus vel pluribus, aut vice versâ Ociosæ plures, Valentibus pluribus accedant.* Author *verò noster, subministrat tantùm, reliquis omissis, aliquot Exempla, & eorum rationem, quæ ad ultimum Modum referuntur: ubi scilicet, duæ, tres, quatuorvè Valentes, totidem Vacantibus, sigillatìm alternatimquè accedunt. Quos nùnc ad* Authoris *ductum, ordine persequemur.*

Primus Modus GEDIEL.

Hic Modus ità se habet: *Gediel Asiel Modebar Mopiel Casmoyn Ro* « *p.20.*
Chamurenu Proys Nasaron Atido Casmear Vearsy Maludym Vealchayn «
Demosar Otiel Masdurym Sodiviel Mesray Seor Amarlun Leveur Pealo «
Netu Fabelron, h.e. Semper post duas vacantes, duæ solvunt. «

Gediel Aprois Camor Ety Moschoyn Divial Palorsan Sermel Asparlon « *p.21.*
Crisphe Lamedon Edjur Cabosyn Arsy Thamerosyn, h.e. Post duas recipe «
duas.

Post duas enim Vacantes, binas significantes hic Modus recipit, sivè « *p.14.*
verba sint, sivè non sint. Utitur autem duabus primis vacantibus, ad suspi- «
cionem vitandam: Et quandò Significantes, per æqualium syllabarum «
dictiones, verbum occultum compleverunt, ipsum verbum, binis ociosis, ex «
more concluditur: Sin minùs, donèc æqualitas coincidat, narratio per duo «
pluravè mysteria continuatur. Ubi verò vacantes, verbum aliquod latens «
terminant, mòx quod sequitur, à significantibus inchoatur. «

Exemplum GEDIELIS.

Summa humani generis nobilitas, summaquè virtus est, Deum purè « *p.20.*
amare, ipsius gloriam quærere, & eum rectitudine mentis adorare. Humi- «
litas enim puri cordis, regnabit in cœlis, patientia sublimabit. Sola mens «
hominis innocentis, Deum timentis diligentisquè, ad nobilitatem veram «

» *constituetur. Deum ama: Mundum sperne: Sæculum iniquitatum fuge:*
» *Ama religionem, fraternam charitatem, pacis vinculum, rectequè conver-*
» *santium unitatem. Xbristus in Evangelio monet: Non oportere nos so-*
» *licitari, circà humanas curas superfluas. Habentes (inquit Sanctus Apos-*
» *tolus) necessaria tantùm, simus contenti. Habeamus itaquè Dei amorem*
» *& zelum justiciæ: quoniam verè solidæ divitiæ sunt, puritas animi, simpli-*
» *citas cordis, negligentia honoris terreni, venustatis emundatio, morumquè*
» *sanctorum institutio. Simus intenti, operibus bonis, ne vitia nos obruant:*
» *vivamus innocentes in omni rectitudine, tanquàm crastino morituri: Deum*
» *amemus purissimo corde, servantes solicitè mandata ejus, cum humilitate.*
» *Prò peccatis lugeamus, omni tempore pijssimum Salvatorem deprecantes,*
» *quatenùs nobis vitia remittat, sui amorem cordisquè humilitatem infun-*
» *dat. Idcircò deseramus istius Mundi concupiscentias & vanos falsosquè*
» *honores, obitum nostrum sedulò cogitantes. Vivere virtuosè, proximum*
» *diligere, injuriam nulli facere, Deum timere, eleemosynas dare, famelicos*
» *reficere, bonos defendere, pravorum vitia redarguere, orationibus insistere,*
» *gloriam Mundi contemnere, lectionibusquè incumbere, thesauri Xbristia-*
» *norum sunt. Vana enim Gloria Mundi, repentè ruitura est: falsæ etiam*
» *divitiæ, quas brevi exspirantes relinquemus inviti. Sola Justicia, est nostra*
» *fœlicitas. In nostrâ humilitate sit gloriatio, & divitiarum possessio, no-*
» *biscum omni tempore mansura, memoria mortis, timor Judicij, & nostro-*
» *rum recordatio peccatorum.* h. e. **Gnediger Her / is si dan / das ir für Xl**
noch hint / hie zu Spanhem sin / wirt das Schlos durch die von Winter-
burg / mit verrederie ingenommen.

Idem, in alio involucro latitans.

p.15. » *Summa humani generis nobilitas moritur. Virtus est, Deum puri*
» *amare, illius gloriam, in omnibus exquirere, res mundi contemnere. Hu-*
» *militas enim in cœlo regnabit: innocentia etiam pura sublimabitur: sincera*
» *mens lumine illustrabitur, devotionis fervore remunerabitur: actionesquè*
» *nostræ, divinis conformentur. Dei amor magna operari solet, infirma con-*
» *temnit, omnia respicit futura bona, fideliter vitia restringit, virtutibusquè*
» *insistit. Christus in Evangelio dixit: Non oportere nos solicitari, circà*
» *humanas superfluas curas: Habentes, inquit Sanctus Apostolus, necessaria*
» *tantùm, simus contenti. Habeamus itaquè Dei amorem & zelum anima-*
» *rum, quibus vitam sempiternam, jucundamquè fœlicitatem, post animæ*
» *terribilem exitum, nobis (humili conversatione tandèm evadentes mor-*
» *tem) comparare mereamur. Simus intenti operibus bonis, nè vitia nos ob-*
» *ruant. Vivamus innocenter, in omni religione, tanquàm Xbristiani mo-*
» *rituri. Deum amemus super omnia, servientes sanctis mandatis ejus,*

cum

cum humilitate ipsum colentes. Largè omnia dat, supereuntibus sibi. Despiciamus igitur divitias varias, rutilantis fallacisquè mundi: clades honoris patientèr feramus: deseramus istius Mundi gloriam, & vanas frivolasquè dignitates, omniaquè nostrum propositum corrumpentia. Vivere virtuosè, mandatis obedire, injuriam nulli facere, Deum timere, Eleemosynas dare, familiam regere, bonis favere, pravorum vitia redarguere, orationibus vacare, gloriam mundi contemnere, pœnitentibus indulgere, Thesauri sunt Xhristianorum. Vana enim gloria Mundi, repentè raptimquè falsæ quoquè erunt divitiæ: quas brevi etiam relinquimus inviti. Sola innocentia est, mortales beatificans. In nobis nostra sit gloriatio & divitiarum possessio, nobiscum omni tempore permansura: Mentis, Maximum ad Deum elevatio, nunquàm est intermittenda. h. e. Gnediger Her etc.

Secundus Modus MASERIEL.

Hujus Modi rationem, ex sequentibus cape: *Maseriel Bulan Lamodyn Charnoty Carmephin Jabrun Care Sathroin Asulroy Bevesy Caduain Turiel Busan Sevear Almos Ly Cadufel Ernoty Panier Jethar Care Pheory Bulan Thorty Paron Vemo Fabelronthy.* h. e. Vacantibus tribus, tres valent, ità per totum. p.26.

Maseriel Onear Camerson Cohodor Messary Lyrno Balnaon Greal Lamedon Odiel Pedarnoy Nador Janoza Vy Chamyrin, h.e. Nach dryn/ gelden dry. p.27.

In hoc enim Modo, unumquodcunquè verbum mysticum, æqualium syllabarum, apertæ narrationis sententiam ità complet, ut si in fine, tres, vacantibus locis fuerint, sequens non ab ociosis, sed à tribus significativis inchoëtur: Si verò verbum Secreti, inæqualium fuerit syllabarum, tot in consortium sui recipiet, donèc Syllabæ antè periodum, aliquo modo tandèm fiant æquales. p.17.

Exemplum MASERIELIS.

Omnipotens sempiterne Deus, bonorum remunerator æquissime, qui Filium tuum, nostri generis esse participem voluisti, ut redimeret, Diabolicâ invidiâ nos miserrimos: qui solâ benignitate redundans, formam nostram suscepit incorruptam, ex flore virginalis uteri, Archangelo Sancto Gabriele insinuante, quòd Virgo conceptura, beatissimo tuo Spiritu, æternùm virgo permaneret, immunis criminis, Hominibus, Angelicisquè Spiritibus præminentior. Genuit Regem Omnipotentem, Deum & Hominem, sanctissima & reverendissima Virgo Maria, virilis consortij omninò nescia, sinè dolore pariens, sinè tristiciâ vagientem Deum, Hominemquè suscipiens, semper immaculata consistens, purissima, innocentissima, virtute humilitatis p.26. & 17.

» *hominibus altior: Charitate plena, omni laude dignissima, & ab omnibus ve-*
» *neranda: Angelorum beatissima & semper laudanda: Imperatrix refulgen-*
» *tissima, nobilis, inclyta, verequè splendidissima: quam tuus Filius, in omni-*
» *bus quæcunquè postulaverit, largissimâ dignatione admittit, eamquè ut Ma-*
» *trem, reverenter veneratur, omnibus creaturis excellentiorem: qui nihil*
» *unquàm expostulanti negare consuevit: sed repentè sanctissimæ voluntati*
» *ejus consentit, omnia concedens hujus tandèm pauperum Advocatæ meritis.*
» *Igitur nobilissimæ Virginis Mariæ, præclara merita venerantes, oremus Lu-*
» *minis quoquè Patrem, ut Lumen veritatis nobis infundat, sordes criminum*
» *detergat, gratiam & maximam, omni tempore te requirentibus, veraciter*
» *impendat, tentationes auferat, virtutem vincendi exorantibus nobis con-*
» *cedat, amorem tranquillum nobis induat, castitatem, obedientiam, humili-*
» *tatem, temperantiam, benignitatem, abstinentiam, cæterasquè virtutes*
» *omnium lachrymis devotæ exercitationis, nobis misericorditer largiatur: h.*
e. **Brenger dis briefs / gibt sich groser const us: Ich halde aber nit**
daroon / versucht jn woll / und getruwet nit balde.

Tertius Modus, DOROTHIEL.

p. 32. » Sequentia te, hujus Modi rationem docebunt: *Dorothiel Cus-*
» *feor Madylon Busar Pamersy Chiar Janothym Beony Camersy Ulimer*
» *Peathan Adial Cadumir Renear Thubra Cohagier Maslon Lodierno Fabe-*
» *rusyn:* h. e. **Vier vaciren / vier darnach gelden.**

p. 33. » *Dorothiel Onear Chameron Ulyfeor Madusyn Peony Oriel Nayr Dru-*
» *se Movayr Pamerson Etro Dumeson Davoracabo Casmiel Hayrno Fabe-*
» *runthon,* h. e. **Na vieren nim vier durch hin.**

p. 19. » *Per quatuor namquè vacantes incipiens, & per totidem significativos*
» *ex ordine procedens, significativis ociosisquè terminatur: ità videlicèt, ut*
» *dùm verbum mysticum terminatur ociosis, sequens inchoëtur à significa-*
» *vis. Si autem finiatur in significantibus, istud incipiatur à quatuor ociosis.*
» *Cùm verò pauciores literæ quàm quatuor, circà finem (totius secreti) re-*
» *manserint, totidem ociosis poterit concludi, & in eodem significantium nu-*
» *mero, dimitti.*

Exemplum DOROTHIELIS Primum.

p. 33. » *Significo Gratiæ Vestræ, Princeps Illustrissime, Conradum Hummel, hu-*
» *neficiatum super Altare Sancti Evangelistæ Johannis, defunctum esse, nos-*
» *præteritâ. Nè autem Gratia Vestra, vel uni ex imperitis vel indignis, quo-*
» *rum reor grandem numerum affuturum, (ut fieri solet) Altare dictum ex-*
» *pectantium, utiliori viro reservandum, ex indeliberato concedat, oro: hac*
» *longè existam indignus, quàm ut præces meæ, in Nobilissimi Maximique*
» *Principis conspectu, ejusmodi aliquod beneficium reportare, videantur*
digna-

dignæ, quatenùs Gratia Vestra, præsentium exhibitori, repulsis indigniori- "
bus, Atare præfatum, concedere dignetur: Quem cognovi optimis benefi- "
cijs dignum: quippe quem morum pulchritudine adornatum, scientiâ atquè "
literis omnifariàm eruditum, modestum, continentem, temperatum, amo- "
requè Religionis, Gratiæ Vestræ, noverim esse placiturum. Eritquè benefi- "
cijs exhibitis non ingratus, sed perpetuò memor: h. e. **Ich biden/ üwer gna-** "
de wolle minm Bruder Jacob/ das Altar geben.

Aliud Ejusdem.

Cùm scire utilia sit honestißimi ingenij, nil turpiùs hominibus continge- " *p. 19.*
re Ignorantiâ dicimus. Vanitas Mundi bonis egregiisquè semper adversatur "
ingeniis: quoniam intellectum nobilem sordibus ingurgitat, mentem obnubi- "
lat, memoriam dissipat, sensus turbat, disciplinam effœminat: prosternit "
corpus, debilitat animum, religionis pietatisquè arcem subvertit, fabulas "
ex homine facit: tempus omne rebus vanis consumit, carnis solatia quærit, "
omnemquè nitorem Katholicæ institutionis, perdendo transgreditur: Deum "
non reveretur, contemnit homines, beneficiorum oblivisciturr, malis con- "
scientiæ perturbatur, æterna respicit gaudia, gloriamquè veneratur huma- "
nam, vitijs pascitur, & sordibus, turpitudine omnifariâ commaculatur: de "
futuris nil recogitat, bonis æternis nudatus, sola temporalia cupidè amat. "
Noli insistere transitorijs: exalta habilitatem rationis in te: intimum literis "
sic orna nobiliter tuum ingenium & moribus institutionem tuam declara: "
monens ut quod possessione exteriori monstras, humilis imitans, corde vera- "
citèr exhibeas. Quoniam nemo gratiosum existimat bonum, de corde fal- "
so prolatum, esse, nec dici philosophicum. h. e. **Hint umb eins/ ist der Pastor** "
von Kirchberg gestorben / mit eyl so mit dem hingeben.

Quartus Modus CABARIEL.

Hujus Modi modus, in sequentibus demonstratur: *Cabariel O-* " *p. 38.*
near Chameron Fruani Parnaton Fosiel Bryosi Nagreal Fabelronthyn Adiel "
Thortay Nofruan Pean Afesiel Chusy, h. e. **Na fünffen gelden fünffe.** "

Cabariel Aßar Paremon Chiltaon Amedyn Sayr Pemadon Chulty Mo- " *p. 39.*
vair Savepor Peatha Mal, Frimaston Dayr Pean Cothurmo Fabelrusyn "
Elsoty Chelmodyn, h. e. Facito sicut supradictum est. "

Narrationem nimirùm à quinquè vacantibus inchoando, ac per totidem " *p. 21.*
significantes alternatìm procedens, conjungendo. "

Exemplum CABARIELIS.

Commodaveram tibi Codicem meum, de gestis Longobardorum & Vo- " *p. 39.*
lumen Bedæ de Temporibus, quæ oro remittas. Decet enim sapientem & "

» *maximè Christianum, fidem ubiquè servare promissam. Beneficiorum ob-*
» *livisci, divinis & nostris institutis humanis, maximum crimen perhibetur.*
» *Nè incurras tàm execrabilem reatum. Misi mea volumina, ut restituas.*
» *Libros verò Græcos, tibi gratis donavi: Quorum intuitu, te meritò & re-*
» *gratificantem nobis & fideliorem exhiberes.* h.e. **Gleub desem Boden nit**
er lügt gerne.

Idem aliter occultatum.

p.22. » *Commodaveram tibi Codicem meum, de gestis Longobardorum, &*
» *Volumen Bedæ de Temporibus, quæ oro remittas. Decet enim sapientem*
» *esse muro in his, quæ promisit, fortiorem. Beneficiorum oblivisci, duplex*
» *est negotiorum iniquitas: Indignitatis videlicet & Ingratitudinis. Næ in-*
» *gratum te esse rearis, qui fidem non servasti promissam. Levitatis vitio*
» *gravissimè te Græcæus noster arguit, qui mutuum, totiens expostula-*
» *tus, restituere nobis, juxtà fidem promissam, temerè*
» *contemsisti.* h.e. **Gleub ꝛc.**

CAPUT VII.

De Comparatione Dictionum singulariter qualificatâ, ex ejus Anomaliâ quadam, seù de Modis BARMIELE, ASIRIELE, MALGARATE, USIELE, RAYSIELE & SYMIELE.

Ruit Simplex Comparationis genus: Sequitur nùnc altera species, quæ à simplicitate priori, per Alterationem *quandam recedit,* sup. Cap. 2. hîc. *Suprà* Cap. 6. *diximus Modos illos plurium Consignificantium & Ociosarum constare æquali & simplici naturâ. Quod fallit in his Modis, quotiès verbum secretæ intentionis finitur: Tum enim regulæ exceptio obnascitur, ut porrò in singulis ordine videbimus. Si enim in Modo* Aselielis, *qui post vacantem duas significativas dictiones, paritèr junctas habet, vox secreta, in dictione priori terminetur, jam ociosa adjicitur; Et ità fit, ut quandoquè duæ ociosæ interjiciantur, una, quæ expleat consignificantem, altera quæ præcedat verbum sequens, quod est contrà regulam Classis quintæ. Sed audiamus de hoc, ipsum* Trithemium.

Primus Modus, BARMIEL.

Hîc Anomalia accidit, quandò contrà prædictam regulam, post absolutionem verbi secreti, in priore dictione significativâ contingentem, una tantùm litera significativa remanet.

Modi autem hujus rationem, sequentia declarant: *Barmiel Buras Melo Charnotiel Malapos Veno Masphian Albryon Chasmia Pelvo Morophon Apluer Charmia Noty Mesron Alraco Caspiel Alnio Chorben Ovear Ascrea Cralnoty Carephon Elcsor Bumely Nesitoan Armi Tu Faron,* h.e. Vacante unâ, binæ valent arcano, vacante constat. « p.17.

Barmiel Any Casleon Arcoby Bulesan Eris Casray Molaër Pessaro Duys Anale Goërno Mesrue Grealo Cusere Drelnor Parle Cusurety Basriel Aslyr Maraphe Neaslo Carnos Erneo Demerosenotis Any Carpodyn, h.e. Nach einledigen/ gelden zwey: finale non. « p.18.

Primâ namquè vacante, per duas significantes procedit, quodlibet vacante alterno concludens. Æqualium enim duæ significativæ dictiones, unâ vacante, clauduntur. Inæqualium verò ultima significativa solitaria, inter duas stabit vacantes. « p.13.

Exem-

Exemplum BARMIELIS.

p.18. » *Justè vivendo fœlicitatem consequemur. Soli namquè exaltandi hu-*
» *miles, soli temerarij condemnandi. Si fœlicitatem requiris, æternam justi-*
» *ciam tene, & altissimam gloriam consequeris. Ferventissimus zelator ve-*
» *ritatis esto, & non amaveris mendacium, corrumpens honestatem, anim-*
» *què temperantiam dissolvens: fuge vanitatem mundi, quoniam brevissim-*
» *est. Amator esto justiciæ, & neminem supplantes injustè. Cole virtute-*
» *vitia fuge, justiciæ libertatem tuere, omnem insolentiam cave, semper hu-*
» *milis esto. Salvatorem animarum nostrarum dilige: qui diligit eum, n-*
» *quaquàm morietur infœliciter. Contemne gloriam repentè transitoriam.*
» *Ama beatitudinem sanctorum, æternaliter non corrumpendam: fuge soli-*
» *citè insidias hostis nostri antiqui, quem vincet, nunquàm intermitten-*
» *devotionis humilitas. Esto vigilans, ut carnis ardore non vincaris, viri-*
» *liter justiciæ semitas defende, rectitudinisquè zelum, intrepidâ perseveran-*
» *tiâ tenendum memineris. Gloriam inanem semper fuge, tanquàm venen-*
» *num. Paradysi Dei amœnitatem contemplare, semper manentem. Gau-*
» *dia sæculi citò transeunt: Hodiè lætus, cras omnibus spoliatus emoritur. Fu-*
» *ge zelum vitiosum amaritudinis: fuge superbiæ tumorem: quoniàm utrius-*
» *què reatum, perpetuis malis esse obnoxium, non ignoras. Omnis superbu-*
» *odibilis Deo: moriens sinè intermissione cruciandus, nunquàm gaudio con-*
» *solabitur. Quid deniquè exspectabunt Superbi, nisi lamentum? Ergò v-*
» *vobis elati, æterno supplicio digni, tenebrisquè & horroribus reservati sem-*
» *piternis. O vanitas vanitatum mundi, exterminatrix luminis animarum*
» *deceptrix exulum, inferni referatrix pernicioßißima.* h.e. **Vf nest Frytag zu nacht umb eins / wil ich an dem graben syn / und wan is zyt ist / das Schlos zu stürmen / so sing den Westerwelder.**

Idem aliorum verborum velo obductum.

p.13. » *Justè viventes, fœlicitatem consequentur: Et nulla exaltabit Virtus*
» *cardinalis, humilitatem præter: Sola temeritas condemnabit. Si fœlicita-*
» *tis requiris amorem, justiciam tene, & altissimam gloriam consequeris. Sem-*
» *per zelator veritatis esto: Et noli amare mendacium: Corrumpit honestat-*
» *tem pudicam, temperantiam dissolvit. Fuge vanitatem Mundi, quoniam*
» *brevissima est. Amator esto Jesu Xhristi, nostri Salvatoris clementissimi.*
» *Cole virtutes, vitia fuge, innocentiam libenter cave, & in corde sanctam*
» *humilitatem custodi. Salvatorem animarum nostrarum dilige: cujus de-*
» *lectio est vita manens perpetua. Contemne gaudia repentè transitura.*
» *ama beatitudinis futuræ æternitatem, nobis promissam. Cave semper in-*

sidias hostis noxij pessimiquè, cujus veneni nocumentum, facilè devincit humilitas. Esto vigilans, ut sævitia Arguti non perimat: quoniam ipse semper vigilat, cujus zelus impijssimus, vehementer timendus cavendusquè. Cordialiter Deum ama, ipse semper manet. Amor sæculi citò consumitur: Honor, laus, cæteraquè omnia, subitò terminantur. Malus zelus, via damnationis. Homo superbiâ tumidus, mortalium vermium remorsum patietur: miser & infœlix nunquàm liberabitur. Homo superbus omnium pessimus, ardebit sinè intermissione, & nunquàm gloriam fœlicitatis æternæ conspiciet: cum Dæmonibus extrà projicietur, nunquàm liberandus. Ergò væ vobis superbis, æterno supplicio damnandis, tenebræ & horror replebit vos. O vanitas vanitatum, quam æterna lamenta sequuntur: Despicienda es, quoniam rationem obnubilas. h.e. **Vf nechst Frytag/ etc.**

Secundus Modus Asiriel.

Anomalia hîc accidit, contrà regulam Modi Gedielis, *ubi duæ vacantes tantùm præcedunt & interjiciuntur. Fit autem ratione finiti verbi secreti: ut si in consignificante priore finiatur, tres; si in posteriore, quatuor interjiciantur.*

Rationem verò hujus Modi, ex his quære: *Asiriel Aphorsy Lamodyn To Carmephyn Drubal Asutroy Sody Baruchon Usefer Palormy Thulnear Asmeron Chorne Madusyn Colevij Busarethon Duys Marpheli Thubra Nasaron Venear Fabelronthi*, h. e. Post duas duæ, & una concluditur unâ. p. 22.

Asiriel Onear Camor Zaveviel Gamersothyn Janoz Alnay Bulumer Palorson Irgiel Lamedon Ludiel Caparosyn Navi Asparlon Nadiel Bulevor Janos Pes Ontas Chamon Ehyr Mearsu Nosy Thamerosyn. h.e. **Nazwein jeder gelden / und eins na eins.** p. 24.

A duabus namquè vacantibus incipit, & quodlibet verbum secretum aquisyllabum, per duas significativas duasquè vacantes: per unam verò inæqualium syllabarum significantem, alteramquè otiosam finit. p. 15.

Exemplum Asirielis.

Jesu Xhriste, lumen indeficiens, omnium sanctorum æterna beatitudo. Creator Universitatis & Rector miserere nobis. Nos infirmi, gementes & flentes, misericordiam tuam rogamus: Largire nobis virtutem vincendi tentationes Diaboli, ut evictis præsentibus malis, requiem consequamur. O Salvator dulcissime Jesu, remitte peccata, exorantibus te. Tuæ enim sumus, clementissime Pater, creaturæ humiles: respice nos miseros, inutilesquè famulos, quoniam tibi famulari, totis desiderijs optamus. Fac nos habere amoris tui fervorem benignum & jugiter in nobis ardentem. Da nobis ve-

p. 33. & 16.

ras

„ *ras virtutum operationes, observantiam justiciæ, rectitudinisquè inse-*
„ *bilem amorem: fac nos veraciter esse humiles, mundaliumquè rerum fru-*
„ *nuos contemptores: quatenùs tuo amore semper ardentes, nihil diligam-*
„ *terrenum, nihil æstimemus nobis temporale jocundum. O Præceptor b-*
„ *militatis Jesu Xhriste, doce nos tuam imitari doctrinam. Sumus probè*
„ *lòr vitijs multis involuti, paucis bonis intenti. Salva nos Jesu Xhriste,*
„ *pereamus. O summa veritas, vivifica nos, refugium animarum refrig-*
„ *rantissimum: esto nobis turris fortitudinis. Tu enim vivificator noster*
„ *tu salus es animarum, mentisquè renovator dulcissimus. Tu ineffabile gau-*
„ *dium Angelorum, animorumquè fidelium requies saluberrima. Tu bea-*
„ *tudo Sanctorum te amantium: Tu inextinguibile lumen civium superu-*
„ *rum: Tu mortuorum vivificator, fragilitatem nostram respice. Jesu Xhri-*
„ *ste dulcissime, adjuva nos fragiles servos tuos, quatenùs per viam verita-*
„ *sinè offensione incedentes, requiem consequamur æternam. O pijssime D-*
„ *mine Jesu, mitiga labores exilij nostri: Et cùm finis istius vitæ, cæperit a-*
„ *propinquare, nobis misericorditer subvenire tùnc digneris: quoniam Pa-*
„ *faciem virtutis tuæ, magnificè rutilantem cernent: fugientquè pro-*
„ *omnium malorum provocatores Diaboli, mortis æternæ Principes, sævissi-*
„ *nostri persecutores. Rogamus per virtutem nobilissimæ Mortis tuæ, dulc-*
„ *sime Jesu, non despicias nos inutiles servos, in die exitus nostri, quos re-*
„ *mere voluisti sanguine tuo. Lava excessus nostros, quatenùs intrare ga-*
„ *dia patriæ cœlestis, expectantibus nos Angelis, mereamur:* h. e. **Lieber**
truwer/die Schrifft haben wir verstanden: hint umb IX wart unser
stil/uf das wir die siant fürcommen und niderleigen.

Tertius Modus MALGARAS.

Eadem est ratio Anomaliæ, contrà regulam Maserielis: *nisi quòd*
„ *interdùm quatuor, si videlicet secreti verbi finis terminatur in consig-*
cantium primâ: Interdùm quinque, si in secundâ: Interdùm sex, si in ultim-
consignificante incidat, interponantur: quod hîc & in sequentibus tri-
„ *Modis peculiare est:*

p.29. „ Observa sequentia: *Malgaras Ador Chameso Bylvemy Mareso B-*
„ *dyr Cadumir Aviel Casmiote Dy Pleoryn Viordi Eare Viorba Chamer-*
„ *Vesy Thuriel Ulnavy Bevesy-Mevo Chasmironty Naor Ernyso Choyno Ba-*
„ *mo Calevodnyr Barso Tiubra Sol,* h. e. **Dry umb druc**: duo duobus:
num uno concluditur.

p.30. „ *Malgaras Apro Chameron Asoty Mesari Throës Zameda Sogreal T-*
„ *redon Adre Capboron Onatyr Tyrno Beosy Chameron Phorsy Mellon*
„ *drumarsy Dumaso Diuser Casmiel Elthurny Peson Alprovs Fabelro-*
„ *Stiurno Pan Almo Nador:* h. e. Post tres **gelden** tres, post duas duæ,
una post unam.

Ac si diceret: *Modus hic à tribus vacantibus incipit, & per totidem* " *p.18.*
significativas alternatim discurrens, singula verba mystica, antè periodum "
concludit. Æquisyllabum, h. e. trium & trium, per totidem ociosas conclu- "
dit: Redundantes verò, si duæ, per duas, & si una, per unam similiter vacan- "
tem, terminat: Sequentem autem mysticam dictionem, semper tribus va- "
cantibus inchoat. "

Exemplum MALGARATIS.

Salve ut plurimùm dilectissime & singularissime amice: Præsentium " *p.30.*
Lator ex Ruremundâ oriundus, valdè in amicos nostros beneficus & glorio- " *& 18.*
sus, (Quem ut humanitèr excipias, rogo) tibi necessitatem suam exponet. "
Qui cùm mihi veteri olim necessitudine semper fuerit conjunctus, prò viri- "
bus meis, dulcissimum judicarem, relevare beneficijsquè cumulare illum. "
Et utinàm possem consolationem calamitatibus ejus impendere. Sed cùm "
sim gravibus (ut luce tibi clariùs constat) damnis exhaustus, non possum "
meo, uti & ipsius satisfacere zelo, ut quidem optarem. Tu autem qui es ne- "
cessarijs temporalibus abundans, amico te lætum exhibeas, humanumquè: "
quemadmodum consuevisti te exhibere necessitatum amicorum patronum. "
Rogo itaquè mutua illi, sub termino certo, ducentos florenos: quia constitu- "
tus est, maximâ in necessitate, sicuti te docebit. Confido quòd omnia resti- "
tuet alacri integritate, ubi monitus abs te fuerit. Quod si feceris, gratias "
agam nunquàm intermorituras, tibiquè in gravioribus astabo. Age, ut a- "
morem sincerum in nos tuum, effectu comprobemus. Quod illi feceris, "
mihi volo scias factum, nec minùs ipsum gratissimum tibi obligaveris. Fir- "
miter crede, termino elapso, restituet integerrimè omnia. Consuevit enim "
promissa inviolabiliter servare, tectaquè: præberequè se constantem. Cæ- "
terùm cùm novos gaudeas audire rumores, scribam tibi miranda: Enutrivi "
catellum, qui vocatur Eris, rusticorum inimicum, tantâ eruditione, doctri- "
nâ, omniumquè rerum memoriâ vigentem, ut bestiam exuisse nonnullis, ho- "
minemquè induisse videatur: Græca Latinaquè intelligit verba: novit de- "
lictorum suorum veniam petere: Quicquid jussero facit, mequè annuente "
gestibus, secreta hominum pandit. Tantâ eum morum disciplinâ imbutum "
cerneres, ut multis doctiorem hominibus, æstimares. Jussus fenestram "
aperit, naturamquè ingenio transcendens, probibitus cibaria reponit. Onus "
sibi impositum bajulat, exhiberi zelosum defensorem mei se, amat: Ludit "
egregiè, mirandaquè facit, prorsùs nescientibus incredibilia. h.e. **Deser be-** "
gert von dir CC gulden zu entlehen: Ist min raut/ gang sin müsig/ er ist
gar verdorben/ und mag dich nit bezahlen.

Quartus Modus USIEL.

Accidit Anomalia itidem, si terminetur in Consignificantium primâ, cundâ aut tertiâ. Sed hîc contrario processu. Nam si verbi secreti fini occupat tres consignificantes, tùnc totidem vacant, cum quatuor sequen bus ociosis: si duas, tùnc duæ cum quatuor: si unam tùnc una cum q tuor.

p.35. „ Lex verò hujus Modi, ex sequentibus percipitur: *Usiel Parnos*
„ *Chameron Brioſi Sthrubal Brionear Caron Sotronthy Egypia Odiel Che*
„ *ſy Mear Chaduſy Notiel Ornych Turbelſy Paneras Thortay Pean Adres*
„ *Boma Arnotiel Chelmodyn Druſar Loy Sodiviel Carſon Eltraë Myre No*
„ *Mesraim Venear Dublearſy Mavear Meluſyron Charty Uloan Ulneas*
„ *belmeruſyn*, h. e. Antè bis binas totidem, antè tres totidem, antè d duæ & antè unam vacat una.

p.37. „ *Usiel Aſoyr Paremon Cruato Maduſyn Savepy Mavayr Realdo C*
„ *meron Ilco Paneras Thurmo Pean Elſoty Fabelruſyn Iltras Charſon*
„ *maſto Chelmodyn*, h.e. ſicut ſuprà dictum eſt, ità fiat.

p.20. „ *Nam Modus hic à quatuor vacantibus ſemper incipitur, & per t*
„ *dem ſignificativas alternatìm procedens, in ocioſis ultimis ſignificanti*
„ *paribus, terminatur. Omnia enim occultando capiunt, à quatuor ocy*
„ *initium: & quot literas ſignificativas, ſuprà quatuor reſtantes inveni*
„ *tot vacuas ad finem noveris apponendas.*

Exemplum USIELIS.

p.36. „ *Mitto tibi Orationem, quam edidi in nuptiis cujusdam mei amici. D*
& 20. „ *omnium Creator, humaniquè generis Redemptor, omniumquè Salvator*
„ *ſpecies ipſa periret, etiam Nuptiarum uſum conſecravit. Legimus en*
„ *quòd primo homini, Evam junxerit mulierem, dixeritquè:* CRESC
„ & MULTIPLICAMINI, *legem indicens conſervandæ humanitatis. P*
„ *Deus incarnatus, dignatus eſt nuptias ſanctificare miraculo. De De*
„ *merentur, ſervantes caſtitatem. Hominibus autem plùs conferunt*
„ *pudicum conjugium, zelo prolis aſſumunt. Vos ergò qui Conjugium*
„ *neſtum aſſumitis, noſtri Salvatoris laudaverim exemplo. Ille namquè*
„ *raculis, ego verò Verbis, inſtitutum ritè Nuptiarum neceſſarium Sacra*
„ *tum collaudabo.*

„ *Sim licèt non nuptus, jure Nuptias ta-*
„ *men laudabo. Enimverò ſi tollatur*
„ *Conjugium, deficeret & rueret totum*
„ *Genus Humanum. Uſu enim Nuptia-*
„ *rum, illud extat, ruinoſum, debile &*
„ *corruptibile quamvis: Quod ſinè*
„ *Nuptijs interiret. Sed agite vos, ut*

Homines vos quotquot eſtis ig
Nuptijs multum non ſinè cau
meritò debetis. Etenim religio
Genus Humanum conſervat. N
nim uſus Nuptiarum extitiſſet, r
ſet demùm & perijſſet Genus om
noſtrum, nullo opitulante. Sed

fœcunditas vestrarum Nuptiarum decorata sit moribus, conversatione nequè sanctâ & nemini scandalum ponente. Inprimis autem Deum amate continuè, operibus misericordiæ cum justiciâ incumbentes: impietatem fugite, rectitudinem colite, bonos amate, laudes Deo semper dicite, pauperibus cum Eleemosynis subvenite.

agite, vos fœcundas ut Nuptias decoretis: Sint venerandæ moribus rectis, exemplis notabilibus, concordiâ pacis. Inprimis verò Deum colite; contumeliam odite; multum pecuniarum Eleemosynis pauperibusquè semper impendite; justiciam servate; beneficentiam amate; laudes Deo semper dicite; de vestro Eleemosynam date:

Mandatis porrò Dei obedite; Veritatem nolite deserere; Dei Ministros honorate; Ecclesiis decimas solvite; peregrinos hospitate; innocentes liberate; famelicos pascite; majoribus vestris obedite; proximos vestros honestè diligite, injuriam nulli penitùs irrogantes; Xhristianam Religionem devotissimè colite; Vanos, noxios, superstitiososquè mores Gentilium abhorrete, Doctrinas Evangelicas servate, & vivite secundùm præcepta Dei; Carnis voluptates fugite, vosquè honestos & bonos exhibete; puritatem mentis, solicitè custodientes, nolite maculare. Mementote obsecro, quid in Sancto Evangelio, Xhristus Dominus noster clamaverit: Beati mundi corde: qui mundiciam animæ in lutoso corpore, propter Deum custodiunt.

Mundicia autem cordis, continuis humilissimisquè orationibus non destituatur: Quoniam oratio mentẽ purificat, æstuantes refrigerat, temptaciones Diaboli procùl fugat. Hinc Sanctus Apostolus Paulus docet vos, sedulis & devotis orationibus insistere, ut noxias tentationes possitis superare.

Puritas hæc cordis honorifica, humili oratione nutriri debet: Quia mens orationibus purificatur, & remedium tentationum affert oratio validissimè. Ideoquè vobis Sanctus Apostolus dicit, ut semper esse intenti sanctis orationibus debeatis, nè tentatione aliquâ deficiatis.

Conjungimus vos matrimonio, quatenùs Genus vestrum, legis decreto propagatum, conservetis: non ut effluere noxiis voluptatibus debeatis. Voluptates enim carnis interficiunt animam, corrumpuntquè humanæ substantiæ, nobilissimam dignitatem. Itaquè horum memores, scitote vos viatores esse, reversuros ad patriam, ad quam estis revocati. Brevissima est vita præsens, jocunditasquè seculi velocissimè terminatur. Sic ergò in matrimonio vivite, ut à Regno Dei non tandem vos excludi contingat. h.e. Ein groſen heimlichen Schacz/ han wir in der erden funden/ com balde/ und hilf in uns usheben: Sein ſex mail hondert duſent gulden. Ach were is ware.

Quintus Modus RAYSIEL.

Eadem ratio & processus Anomaliæ, nisi quòd hîc quinque ordinariè vacent. Ex sequentibus verò percipe hujus Modi legem: Rayſiel A- p.41.

p.41. „ *fruano Chameron Fosiel Onear Vemabi Parnothon Fruano Caspiel Fo*
„ *Bedarym Bulifeor Pean Curmaby Layr Vaymeor Pesarim Adorcus O*
„ *Vemabi Peatha Darsum Laspheno Devior Camedonton Phorsy Lasbe*
„ *To Charmon Druson Olnays Venovimo Lulefon Peorso Fabelrontos Thu*
„ *Calephoy Vem Nabelron Bural Thorasyn Charnoty Capelron*: h. e. **Fünf umb fünffe: vier umb vier: drů umb drů**: duo post duo: unum post num vacant.

p.43. „ *Raysiel Myltran Fruano Fiar Chasmy Clymarso Pean Sayr Pa*
„ *Chultusa Medon Vepursandly Tusan Axeir Afflon*: h.e. Ità facias, sicut s prà dixi.

p.22. „ *Aquinque quippè Vacantibus incipiendo, & verbum mysticum, per*
„ *tidem significativas, si tot ejusdem Literæ fuerint, concludendo. Cum ve*
„ *pauciores, quàm quinque Literæ mysterij fuerint; vel si aliquæ post quinq*
„ *remanserint, tot Vacuis concludendæ sunt, quot Significantes numero, u*
„ *mediatè præcesserunt. Semper deniquè verbum mysticum, quotcunquè sign*
„ *ficantes habuerit, à quinque Vacantibus, nihilominùs inchoatur.*

Exemplum RAYSIELIS.

p.42. „ *Maximum Nobilitatis ornamentum, Justiciam Philosophiamquè: De*
„ *decus Impietatem & Ignorantiam, definit Vetustas. Quidenim pulchriu*
„ *quam Literis Virtutibusquè ornare Nobile Genus quod militat. Hoc Pl*
„ *nium, cæterosquè militantes complures nobilissimos viros reperimus &*
„ *noctibus actitavisse & diebus, ut armis Barbaros expugnarent, rectitudine*
„ *gentem suam & Literis erudirent. Horum exemplo Bunavv doctissime, Li*
„ *teras humanitatis, Artesquè bonas evolvere non cessas, Armis & Literis*
„ *decoratus. Et veteres olim Principes sapientissimi, consueverunt, opes non*
„ *thesauris suis includere, sed potiùs usui Literario conferre: honestissimus*
„ *ad felicitatem tendentibus suffragium arbitrantes, Sapientiæ studium, quo*
„ *æternæ retributionis beatitudo acquiratur. Enimverò Scientia Scriptura-*
„ *rum, Principes omnibus venerabiles facit, maximequè timendos. Ignorantia*
„ *scripturaru, vivi hominis sepultura dicta, ignominiam calamitatemquè bor-*
„ *rendam, Principibus Nobilibusquè afferre consuevit. Homo illiteratus est A-*
„ *sinus Bipes, vivusquè sepeliendus, imò sepultus. Maximè Nobiles, uti &*
„ *Remp. Gubernantes, esse sapientes atquè notabiles scientiâ Literarum opor-*
„ *tet: Quarum ignorantia, Tyrannidem inducit. Amor quoquè Literarum,*
„ *gesta Principum inclyta Nobiliumquè perpetuitati commendat. Cernimus*
„ *enim veteres Philosophos, Principatus memoriam obtinuisse: nominisquè*
„ *piternam. Plùs enim Literæ quàm Arma glorioso, excellentes, sapientes-*
„ *què Tyrannos antiquos & Principes reddiderunt, quorum memoriam, lau-*
„ *dumquè titulos, immortalitate danârunt. Adde quod Xbristianis studium*
„ *Literarum, summum imò honestissimum evolandi ad cœlum, præstat adju-*
mentum:

mentum: A Scripturis enim contemplari incipimus, divinarum illustratio- "
num coruscantem honorabilemquè majestatem, nobis alioquin inaccessibi- "
lem. Ità Henrice miles doctissime, Literis faveas, ut rectitudine decora- "
tus, semper vivas. h.e. Die von Nürenberg/ haben Contschafftet/ uf dich "
usgesant/ in Mönich gestalt/ Sihe dich für.

Idem aliorum verborum velo obductum.

Maximum decus Nobilium est Philosophia: dedecus Ignorantia, effi- " p.22.
ciens omnium malorum causa. Quid enim pulchriùs, quam Literis Virtu- "
tibusquè operam navare eos, qui militant. Hoc Plinius, hoc & cæteri nobi- "
lissimi Viri, reperiuntur egisse: non solùm Armis, sed Eruditione quoquè "
Barbaros expugnantes, referentes gestorum suorum memoriam, posteritati "
commendarunt. Quorum tu provocatus exemplo, Literas humanitatis, "
Artesquè bonas evolvere non cessas, Armis strenuus & studio. Sic veteres "
omnes Principes, sapientissimè consuevêre, opes non thesauris servandas "
includere, sed in usum Literarum conferre: honestissimum ad fœlicitatem "
tendentibus iter existimantes, beneficium Literarum, quo efficitur Respubli- "
ca ipsa immortalis. Enimverò Scientia Scripturarum, ex infirmis, viros "
fortissimos complures evexit. Ignorantia autem hominis vivi sepultura "
dicitur: ignominiosam calamitatem hominibus adfert, bestiisquè similes fa- "
cit. Vera Nobilitas, animum eruditione & virtutibus, splendidum facere, "
consuevit. Infinitus est fructus Literarum, qui gloriam & sanctitatem a- "
nimis nostris comparat in cœlis, sequè immortalem terrigenis ostendit. Adde "
quòd amor Scripturæ, carnis incendia, noxia spiritui, extinguit. Sola Scien- "
tia, veteribus illis Philosophis, memoriam optimam, nominisquè immorta- "
litatem contulit, apud omnem posteritatem, cunctis semper hominibus ve- "
nerandam. Majores quoquè studium Philosophiæ reddidit glorioso & splen- "
didos, tranquillitatis amatores, justos, mansuetos, passionum animi victo- "
res, luxus turpitudinisquè fortissimos contemptores. Facilis his ad Deum "
conscensus, sancta incitamenta, honestatis exemplar, omniumquè virtutum "
norma, splendescit in contemplatione cœlestium dulcitèr elevatis. Divina- "
rum illustrationum consequuntur honorem, Deo chari, hominibus reveren- "
di. Hæc imitare, Literis etiam incumbe, fœlicitatem vitæ, rectis deniquè ope- "
rationibus confirma. h.e. Die von Nürenberg/ &c. "

Sextus Modus SYMIEL.

Anomalia hîc accidit itidem dupliciter: Primò contrà regulam Padie-
lis, quòd finito verbo, non una, sed duæ ociosæ sequantur: Secundò, quòd hîc
non curetur numerus dictionum ociosarum, sed tot interjiciantur, quot ad
verbi Secreti completionem requiruntur.

Hujus autem occultandi Modi ratio, ex ſequentibus ſe manifeſta-

p.44. „ *Symiel Myrno Chameronij Theor Paſron Adiveal Faneroſthi Sovear Co-*
„ *medon Charnotiel Peaſor Soſitran Fabelruſy Thirno Pameroſy Trelno Cha-*
„ *belron Thymo Churmabon Aſiel Peaſor Carmes Nabeyros Toys Camalthon-*
ty. h. e. Inter duas Vacantes, ſtat intentio ſecreti.

p.45. „ *Symiel Marlos Chameron Pyrcobi Pean Fruary Fabelronty Gaër Sy-*
„ *Siargoti Melaſsor Hialbra Penor Oleſy Ajulbrany Ordu Casmeron Omy-*
„ *Vemabon,* h. e. **Als ich für geſagt hab/ alſo doe.**

p.23. „ *Ac inter duas vacantes, quodlibet verbum myſticum, ſuis ſignificatio-*
„ *conclude. Nam hic Modus ſemper à Vacante ſumit exordium, & per ordi-*
„ *nem ſignificativum ritè procedens, per unam vacantem, verbum in fine con-*
„ *cludit occultandum.*

Exemplum SYMIELIS.

p.45. „ *Literis incumbens, conſerva humilitatem cordis. Mores boni juvenes*
„ *decorant, efficiuntquè nobilibus clariores. Scientia Literarum adornat*
„ *juvenem ſanctitatem amantem. Sinè moribus, juſticiæ carebit honore*
„ *Scientia. Adoleſcens vanitatibus viciisquè immerſus, Sapientiam eximiè*
„ *non diligit: Illam verè virtutibus inquirendam eſſe memineris. Moribus*
„ *decoratur inſtitutio erudiendorum juvenum: Quoniam ſanctis Artibus*
„ *confertur honor cœleſtis, infructuoſaquè ſcientia, tormentis æternis cruciat-*
„ *bitur. Virtutibus ac Literis, ſcientia proficit: utrumquè deficit viciis mactu-*
„ *latum. Sperne voluptates, ut experimento intelligas, ſapientiæ tutam ve-*
„ *ritatem.* h.e. **Ich biden/ lais mich wiſen/ wie die Sach ſte/ als du weiſt.**

Idem ferè ſecretum, aliter tectum.

p.24. „ *Literis incumbas, cum humili ſubmiſsione: Eſto benignus, ignorantiam*
„ *diligentiſsimè cave. Nàm doctrina inſtituto celebris, honeſtate ſublimis:*
„ *Eruditio moribus illuſtris, cunctis honoribus præferenda: parùm valet vi-*
„ *ciis immerſa ſcientia: Sedula Eruditio nobilem facit. Imò Literæ adornant,*
„ *ſcientiam ſectantes & amantes: Semper vita virtutibus inſignita, exemplis*
„ *clara, eruditione decora, innocentiæ æſtimatio perhibetur: Quoniàm ſanctis*
„ *actionibus conſervandus honor cœleſtis: Infructuoſa ſcientia, tormentis erit*
„ *obnoxia: Sed virtutibus vivificus, in elevatis ſcientiis literisquè, domat vi-*
„ *tia fortiter: ſpernitquè voluptates: virtutum exercitamentis inſiſtit, ſem-*
„ *perquè tutus inhæret.* h. e. **Ich bid dich/ mich wiſſen laſſe/ wie die Sach ſte/ wie du weiſt.**

CAPUT

CAPUT VIII.

De Comparatione Dictionum singulariter vestitâ, per accessum Linearum seù de Modis CARNESIELE, CASPIELE, AMENADIELE & DEMORIELE.

TErtia Species Comparationis Dictionum, oritur ratione cujusdã singularis vestitus, qui contingit triplici respectu, vel per Linearum planè ociosarum accessum; *vel per* Inversionis velamẽ, *vel per* Dissemination is seu Projectionis ornatum. *De priori hîc, de posterioribus in sequentibus Capitibus. Primus subdivisus Modus oritur,* ex Linearum planè ociosarum accessu, *quæ & ad initium & finem solent addi, ut fucus fiat illi, qui aliàs facilè posset artificium subodorari. Modorum autem, qui* Linearum accessione *gaudent, quatuor Genera tradit* Author: *Primum, ubi una Linea, nomine* Carnesielis: *Secundum, ubi duæ, sub titulo* Caspielis: *Tertium, ubi tres, præsidio* Amenadielis: *Quartum, ubi quatuor, authore* Demoriele, *accedunt: De quibus nùnc ordine.*

Primus Modus CARNESIEL.

Hoc Modo sic utere: *Carnesiel Aphroys Chemeryn Mear Aposyn Layr Pean Noëma Naor Ovear Masere Cralty Calevo Thorteam Chameron Janoar Pelyn Layr Baduson Jesy Melros Jonatiel Delassar Rodivial Meron Savean Fabelron Clumarsy Preos Throën Benarys Savean Demosynon Laërnoty Chamedonton:* h. e. Prima Linea vacat tota, in alijs inter duas vacuas, tres valent. « p. 53.

Carnesiel Aproysy Chameron To Pemalroyn Phroys Cadur Mearmol Benadron Vioniel Saviron Armij Pean Arnotiel Fabelronthusyn Throë Chabelron Savenear Medaloijs Veas Olmenadab Cralty Sayr, h. e. Post primam lineam, antè tres una vacat. « p. 54.

Exemplum CARNESIELIS.

Latorem præsentium ad te mitto, Vigili amantissime, hominem profectò cunctis adornatum virtutibus, omnibus eruditissimum, in Scripturis æstimatum, tantaquè venustate morum redimitum, quòd vix illi similem aliquandò his oculis vidisse memini. Optimum Mathematicum, Philosophum acutissimum, literatissimis viris comparandum, sapientiâ & studiô omnes Teutonicos exercitatissimos, transcendentem. Undè dignus est nobis meritò visus, laudibus literatorum virorum, omniumquè bonorum excipiendus: quippè nobilis & literatissimus, qui omnibus queat utilis esse, in tradendis varijs doctrinis rerum mirandarum: h.e. Cave istum, quia homo malus est, & de nullo benè loquitur. « p. 53.

Secundus Modus CASPIEL.

Hic Modus ità se habet: *Caspiel Aloyr Chameron Noëres Padyr Diviel Prolsyn Vear Maduson Cralnoty Fruon Phorsy Larsonthon Thiano Pe-* « p. 56.

„ *marſon Theor Caveos Adeveos Friato Brioſi Panyel Drubon Madiel Say*
„ *Fabelruſyn Gonear Pean Noty Nabusran*, h. e. Lineæ duæ vacant: Poſt
inter duo bis duo ſignant.

p. 57. „ *Caspiel Asbyr Chameronty Churto Freveon Dayr Fabelron Ca burmy*
„ *Mereſyn Elſo Peano Tailtran Caspio Fuar Medon Clibarſy Caberoſyn Ulby*
„ *Pean Vearches Pemaſy Natolbyr Meldars Noë Cardenopen Men For De-*
„ *viel Adro*, h. e. Sicùt dictum eſt, ità facias, ut vacent lineæ duæ.

Exemplum CASPIELIS.

Conſpicite, Mortales, brevitatem & miſeriam

p. 57. „ *præſentis vitæ & agite pœnitentiam ſalutarem dùm tempus habetis. Væ*
„ *vobis dementiſſimi amatores ſæcularis gloriæ, Deum Omnipotentem æter-*
„ *namquè lætitiam, temerè deſpicientes. Quarè non amatis ſuperna illa con-*
„ *vivia, quæ ſunt humiliter Deum inquirentibus, repromiſſa? Vos enim hu-*
„ *militatem abjicitis, breviſſima gaudia Mundi quæritis, æternæ beatitudinis*
„ *excellentiam non amatis: contentioſo zelo vivitis: honeſtatem actionibus*
„ *nequam maculatis: laudesquè Dei Excelſi neſcitis: Die noctuquè ſæcular-*
„ *bus actionibus, lucrisquè temporalibus inſiſtitis: ſemper venandis novitati-*
„ *bus extenſi, memoriam acuitis: Lectiones audire negligitis: tempus gratiæ*
„ *vobis indultum, æternæquè beatitudinis expectationem non curatis. Ecce*
„ *Judex, cunctis horribilis criminoſis, appropinquat: Ecce omnipotens Ma-*
„ *jeſtas diſtricta accelerat: Ecce judicium noviſſimum ſtatuitur: Ecce lamen-*
„ *ti. Militem ornat bona fides. Quodnàm gravius crimen, ac commodatum*
„ *alicui denegare promiſſum? Nec decet Xhriſtianum, nolle ſervare con-*
„ *dictum. Jubet autem Xhriſtianæ legis conſtitutio, ſervare promiſſum, red-*
„ *dere mutuum: Et quod tibi deſideras fieri, etiam alijs viciſsim facere be-*
„ *benter oportet. Ego Libros expoſtulo meos, quos tibi ſupplicanti accommo-*
„ *daveram. Longiores excuſationes, quas ad Kalendas Græcas promittis, de-*
„ *mittito. Mentem meam brevibus tenes. Nomen tuum, honeſtumquè genus*
„ *Bünavvenſium conſidera, mihiquè mea Volumina remitte.* h. e. Deſs
ſwirt dich ſil fragen: Hüt dich für eme: Er iſt fol boſheit/ und will dich erfaren.

Octavus Modus OSMODAEL.

p.114. „ Hoc Modo ità utaris. *Oſmodaël Aneor Erſoty Neas Hays Layr Ca-*
„ *phrain Thelreas Mear Penarſy.* h.e. Nona Litera eſt hîc prima.

p.115. „ *Menaſon Aproſſy Elmavo Thulneas Aslierto Mavear Veneas Cra-*
noty Permaſon. h. e. Poſt unam vacantem valet una.

p.36. „ *Modus hic, Literas dictionum ſignificantium primas, in octavam*
M3. „ *transfert proximè ſequentem.*

Exem-

Exemplum OSMODAELIS.

Exijt rumor de Lympurgensi Abbate, quod dimiserit fratrem Joannem « p.115.
Feilsdorffensem, virum fidelem & temporalium rerum maximè peritum: « & 37.
novosquè introduxerit Monachos Pantimoranos ipsosquè sibi deputaverit officiales. Miror vehementer fratrum consilia. Veruntamen cùm recordor consuetudinem Lympurgensium, nescio quid dicam. Temporalium siquidem rerum sunt nescij: ideoquè dimiserunt virum, eis admodùm fidelem: quoniam facta eorum redarguebat. Qui debuissent gratias dicere Salvatori nostro Jesu Xhristo, prò fidelitate tanti fratris, qui recuperare eorum necessitates potuisset. Miseri quare repellitis bonum necessariumquè Administratorem. Quid dicam? Non laudo recessum tàm utilis fratris, temporaliumquè peritissimi rerum, qui Lympurgensibus subvenisset quàm citissimè. Doleo vehementer, ità desipuisse Lympurgenses Monachos, qui virum dimiserunt optimum, & Monachos nihil penitùs valentes in rebus temporalibus, Oeconomos constituerunt. Machari Abba, non sic virum decebat. Primò laudasti, nùnc repulisti tibi virum multùm necessarium, nullique postponendum. Fateor si Xhristus eum mihi dedisset: illi, ut Xhristianum decet, maximas gratias nùnc agerem: curaremquè nè unquàm hinc discederet cum zelo. Verùm maluisti virum fidelem, pravorum fatuo consilio fatigatum dimittere: nè videretur, rebus tuis desertis, spes esse recuperationis. h.e. **Ich wulde/das du mich liest wissen/wie die heimlich Sachste/mit dem gelde und andern/so du weist.**

Nonus Modus QUABRIEL.

Hunc Modũ sic habeto: *Quabriel Odiel Amear Cayn Alco Mean Chyr* « p.117.
Pareos Payr Peray Thubro Menasry. h.e. Decima prò primâ accipitur. «

Mesraym Paslotiel Vear Renean Cralty Thio Phroys Ma Mear Ha- « p.118.
morsy: h.e. Alternatim vacat prima.

Modus hic namquè alternis dictionibus utitur: & Literam quamlibet « p.38.
in nonam transfert sequentem. Multipliciter verò hic Modus, sicut & cæteri omnes variatur. Sed cùm alicui volueris, prò admiratione dare legendum quippiam, istius rei artem nescienti, cave nè capias singulas significativas, sed alternas, quia tutius est Alfabetum.

Exemplum QUABRIELIS.

Religiose Venerandequè Pater, scio quòd omnia amicis libenter concedis « p.117.
optata: propterea deprecor humiliter, quatenùs intuitu Katholicæ pietatis, « & 38.
diutiùs apud nos detentos, summâ cum Karitate, duos zelosos Fratres, non «
ægre feras. Oportuit namquè eos, me obsecrante manere. Glorioſum nobis «
gaudium erat, gaudentibus non ociosè sed devotissimè exultavimus, in de- «
voto gaudio spirituali, gratias Deo omnipotenti, bono zelo referentes. Lætitia nostra devotissima erat: gaudium quoquè nostrum moribus omnisa- «

» riàm ſanctiſſimis decoratum. Fratres religioſi atquè Katholici, noſtram lætitiam pulchrè ornarunt, ſanctiſſimo zelo diſciplinæ. Exultavimus enim ſinè diſſolutione, mentem ſemper religioſiſſimè conſervantes. Erant nobis omnibus ſtrenuè devoti, atquè orationi ſimillimi. Amor divinus zelusquè animarum, quarum pietate ornati, nobis ſpecimen materiamquè exhibuerunt diſputandi: fervente & vehementer accendente ſanctiſſimâ devotione mentis, in religione pietatis. Quid tali obſecrò conventu religioſius? Ubi Katholica converſatio viget, ubi nihil dicitur ocioſum, nihil zelatur iniquum? Xhriſtus Jeſus Salvator omnium, faciat nos gaudere in gloriâ ſupernâ: Atquè amor Dei & fervor quoquè, omnes veritatis zelatores recreat. Glorioſi virtutum zelatores, veritati nihil præponunt. Gaviſi ſumus gaudio ſancto, orantes & deprecantes, ut mente Fratres tranquillâ ſuſcipias, omnemquè amaritudinis zelum deponas: h.e. **Lieber Gardian / deſe uwer zwen Brüder / haben ſich ſere ongeiſtlich gehalden / mit worten und wercken.**

Decimus Modus ORIEL.

p.119. » Hic Modus ità ſecretum tractat: *Oriel Burnadiel Irasmy Crismeam Pormy Erſoti Amear Meduſen:* h.e. Undecima eſt jam prima.

p.120. » *Camyn Aparſy Aslotiel Omear Reneas Vean Triamy Cralti Penaſon.* h.e. Prima vacat alternatim.

p.39. » *Alternis ſiquidem dictionibus, hic Modus quoquè utitur. Litera autem cujuslibet dictionis ſignificativæ prima, in decimam ſequentem transfertur.*

Exemplum ORIELIS.

p.119. & 39. » *Cùm ſis artium humanitatis ſtudioſiſſimus, gaudebis ut opinor vehementer, te inveniſſe novum ſtudiorum ſocium. Iſte qui tibi has literas exhibet, vir multæ ſcientiæ eſt, ſummus Philoſophus, ſubtiliſſimus Arithmeticus, eloquentiſſimus Rhetor, Mathematicus profundiſſimus, omnifariequè excellenter doctus. Ornatiſſimè loquitur, Tullianâ nitens facundiâ. Niſi maximè tibi eſſem amicus, tantum virum penitùs retinuiſſem: quandoquidem eo familiariter uſus, Philoſophum doctiſſimum expertus ſum. Tibi maximè faveo, tantum gratanter ſuſcipias Philoſophum, quem tibi, ſingulari amicitiâ inductus mitto: tequè benevolum illi familiaremquè exhibendo, Philoſophum ſummum experieris. Nam vidi quædam artium ſecreta literis ornatiſſimè mandata, quibus patravit miranda. Reſpondere cùm per propoſitas graviſſimas quæſtiones ex tempore, homo doctiſſimus poteſt, tum proponendo utitur zelo diſputandi promptiſſimo. Hunc rogo quatenùs liberaliter humaniterquè excipias, omnium artium bonarum humanarumquè defenſorem graviſſimum. Enimverò poterit te erudire in multis: quoniam Philoſophus eſt, ornatiſſimè doctus: egregius quoquè Hiſtoriologus, peritiſſimusquè: Rhetor etiam promptus & Geometer acutiſſimus. O utinàm ta-*

les

les essent nostri, quicunquè studentes, qui tumido pectore, necessarium contemnunt studium. Iste verò Studiosus Philosophiæ & alias scientias atquè artes profundè quoquè amat, continuè tractat & acutissimè penetrat. Hunc ergò Henrice Bunavve, liberali vultu tracta, fidelis Xhristianum confirma. h.e. Hüt dich für brenger dis briefs: Er ist ein böser knabe/ getrue eme gar nüt/ er bedrüget dich: Ich kennen jn wayl.

Undecimus Modus BARIEL.

Hunc Modum sic accipe: *Bariel Mylan Theory Madrusón Alfayr Dreschim Taparoys Mear Moas Layr Penasón.* h. e. Jam duodecima Litera fit prima. *p. 121.*

Chameruśyn Maslotiel Vear Reneas Liernoty Trismi Penasón, h.e. Alternatim valent. *p. 122.*

Ab unâ namquè vacante, hic Modus incipiens, per alternas dictiones progreditur: Literæ significantes autem, in undecimam sequentem transferuntur. *p. 40.*

Exemplum BARIELIS.

De Genitrice perpetuæ Virginis Mariæ, tibi Orationem mitto, sicut nupèr postulasti. Quæ vivis benigna Mater, almæ Mariæ Virginis parens fulgentissima. Tu summæ unitati quoquè es gratissima: tu omnium invocantium te, auxiliatrix fidelissima: tu quærentium te, nobile refugium. Quotidiè namquè beneficum salvas, pauperum advocata mitissima: consolatrix gementium: pulcherrima virtutum Apotheca, ornatissimaquè. Ave tristium refocillatrix. Gaude ANNA *celeberrima, spes zelantium. Tu zelantem judicem quoquè totius Xhristianitatis mitigas: compunctos corde adjuvas: Auferas animas nostras quæsumus, tuâ bonitate sanctificâ: Benedicta tu Virginis Mater honestissima, quæ peperit sanè integerrima, Virgoquè genuit Salvatorem Omnipotentem: manens tamen virgo, fuit semper quoquè purissima. Nuncius Gabriel quam plenâ gratiâ salutavit, humanitatis matrem. Ave mater veræ indulgentiæ fons inexhauribilis, pietate fulgens: maximâ magnitudine beneficiorum cunctis reverendissima: tuis intercede prò famulis: nos tuis orna virtutibus, ut beatitudinem consequamur, post hujus vitæ terminum, benignitate Salvatoris quoquè omnium atquè singulorum: qui sanguine vivificavit miseros, benignitate suâ intercedente, sanctos beatosquè piè suscipiat mortuos.* h. e. Si haben mir geschreben/ das ich solle kommen nit/ du schrebest mir dan fürhin dine meynung. *p. 122. & 41.*

Duodecimus Modus BERATHIEL.

Hic Modus Secretum ità involvit: *Berathiel Odiel Irsóti Rodu Dreor Ravezo Melros Ethiel Aty Nodyel Hayres Penasón:* h. e. Der drüzehende ist der erst hie. *p. 124.*

Fame-

p.125. „ *Fameruſyn Melyſno Alny Vemobi Dreary Drymes Charſony:* h. e. **Ein umb die ander.**

p.41. „ *Modus hic prò Literâ primâ cujuslibet dictionis myſterij ſecreti, duo-*
„ *decimam ſequentem poſt eam accipit.*

Exemplum BERATHIELIS.

p.124. „ *Omnis qui de rebus temporalibus gloriatur, virtuoſus nequaquàm*
& 42. „ *reſtat appellandus. Et qui amat res tranſitorias, non poteſt eſſe amator*
„ *juſticiæ: quoniam Katholica integritas, deteſtatur hominem cupiditatibus*
„ *inhiantem. Sancta enim Religio fidei Xhriſtianæ, mundi amorem inter-*
„ *dicit hominibus ſuis. Quoniam qui diligit mundana gaudia, fœlicitatem*
„ *ſupernam amittit. Katholicus non Katholicè vivens, Xhriſtum negaſſe*
„ *arguitur. Et qui amat res temporales, bonus eſſe Katholicus non dicitur.*
„ *Qui creatorem amat, gaudia inquirit rerum ſpiritualium. Xhriſti ama-*
„ *tor, cunctas mundi voluptates contemnit: nec curat gloriam, divitiasquè*
„ *inſtabiles. Amator mundi, ſanctas odit virtutes, de futuris gaudijs nihil*
„ *curat. Heù quid agitis Xhriſtiani, vanis rebus intenti? Cogitatis quæ*
„ *non ſunt honeſta: agitisquè religioni contraria. Nolite miſeri obſecrò,*
„ *nolite hujus mundi perituras mox vanitates diligere. Curate potiùs Xhri-*
„ *ſtum amare, quatenùs vos recipiat ad cœleſtia gaudia.* h. e. **Der alde Apt von Feilsdorff / wil dem von Reinhartzborn / die naſe abſchniden.**

Aliud Exemplum, in quo nullæ vacuæ, ſignificantibus admiſcentur.

p.68.& „ *Quisquè retinere humilitatis regulam optat: Katholicâ pietate, vita*
69. „ *rectitudinem gubernet. Oportet religioſum veritatis normam amplecti*
„ *jugiter. Omnis Xhriſtianus, qui Xhriſti gloriam veraciter requirit, Xhriſti*
„ *bonitatem amat, Xhriſtianisquè pollet virtutibus:* h. e. **Deſe Bücher / behalt bi dir heimlich.**

Decimus tertius Modus SABRATHAN.

p.126. „ Hujus Modi ratio hæc eſt: *Sabrathan Odiel Melros Rhupis Othian*
„ *Elroz Adiel Melthiel Mear Naſutiel Laſian Irſoti Breſtion Dreor Cha-*
„ *merſon.* h. e. **Der vierzehenſte iſt der erſt in dem** Alfabeto.

p.127. „ *Chameros Burnean Aslotiel Vear Reneas Cralty Tryomi Penaſon.*
h. e. Una vacat alternatìm.

p.43.& „ *Modus hic prò ſignificativâ dictione primâ, capit decimam tertiam,*
66. „ *poſt eam ſequentem. Poteſt autem, ſicut & cæteri omnes Modi, in alios*
„ *multos variari, non ſolùm per alternas, binas, ternasvè, ſed etiam in alijs*
„ *tàm diverſis diſpoſitionibus, ut ex quolibet Modo, penè infiniti poſſint*
„ *fieri.*

Exem-

Exemplum SABRATHANIS.

Omnipotens Deus, Creator excelsus omnium, qui per Xbristum nos « *p.127.*
Xbristianos redemit: zelumquè sui dedit amoris Katholicis per lumen fi- « *& 43.*
dei credentibus, remissionem peccatorum insinuans. Dedit autem libe- «
ralissimè, suum dilectum filium, lumen gratiosum, liberare nos omnes cre- «
dentes, de potestate Regis tartarei luctuosi, destruerequè carcerem tene- «
brosum, Zabulumquè crudelissimum. Quid nos Xbristiani, passionibus «
Xbristi, reddere æquivalens poterimus; Homines infirmi, sinè operibus «
justiciæ, profitentes Katholicam fidem? Orantes itaquè devotissimè, te Re- «
demptorem nostrum summis laudibus collaudamus, dicentes: Laus tibi lu- «
men æternum, omnium Salvator benignissime, qui redemisti nos sanguine «
tuo: Fragilitatem nostram, zelo amoris tui confirma: Salva nos dulcissime «
Jesu, cordibusquè nostris, zelum Fidei Katholicæ infunde. Sanctus est ze- «
lus tuus: compunctionem operatur in cordibus, quærentium te Xbriste, Sal- «
vator benignissime. O lumen æternum, Jesu dulcissime, illumina tenebras «
servorum tuorum, bonitate solitâ. Jesu Salvator æterne, salva animas «
nostras: æterna nobis conferas gaudia. Xbriste audi servos tuos humiles, «
& omnibus indulge peccata exorantibus. Salvator salva nos miseros li- «
cèt indignissimos. Concede nobis zelum bonum, humiliter post:ulantibus. «
h.e. **Noch hint umb nún/wan du mich höreſt an dem walde piſen mit eim ſchlüſſel/ ſo kom herabe zu mir.**

Aliud Exemplum, per omnes significativas ordinem dirigens, vacantemquè nullam admittens.

Religionis zelotes, Salvator Jesu omnium mitissime, invocantes « *p.66.*
suscipe, debiles libera servos humilesquè. Indulge orantibus crimina; Suppli- « *& 67.*
ces beatifica: Seda disturbia: Salutem zelantibus Dominum, veramquè «
humilitatem expetimus, zelumquè justiciæ. Lux æterna beatorum, quæ- «
rentibus adesse digneris, zelumquè Katholicæ libertatis largire supplicanti- «
bus: Zabuliquè insidias, Zizania quoquè Xbristianitatis lætitiam turban- «
tia, largitor luminis sanctæ, distermina. Zonam innocentiæ, vinculumquè «
sanctum Xbristianæ justiciæ, supplicantibus Xbristianis subcinge: redime «
zelumquæsumus Xbriste, tu liberator hominum: h.e. **Die Sarſen verſamelen ein grois volck nit weiß ich uf wen is gehe/ ſehe dich für.** «

Decimus quartus Modus TARTYS.

Hic Modus in ſequentibus latet: *Tartys Chrybes Faziel Irſoty Haël-* « *p.125.*
not Dreor Advear Asy Mearo Veny Satu Pemerſon. h.e. **Hie iſt der funfzehent der erſt.** «

Chabor Maslotiel Tuſevo Reneas Porean Trismevy Penarſon: h.e. « *p.130.*
Alternatim ut ſuprà.

Modus

p.44. » *Modus hic prò primâ cujuslibet dictionis significativâ, utitur litera*
» *sequente decimâ quartâ.*

Exemplum TARTYS.

p.129. » *Johannes Trithemius, Sanctimonialibus in monte almi Ruperti, Katho-*
& 44. » *cam fidem, lucidâ virginitate exornantibus, æternam fœlicita-*
» *tem, continuo Religionis sanctissimo zelo promereri,*
» *æterni Regis misericordiâ.*

» *Providentèr mittimus vobis, multo expostulatum tempore, Virum agm*
» *in temporalibus experientiæ, Ioannem de Kaunenst adt oriundum, Monast-*
» *rij Veilsdorffensis reverendum & zelosum multo tempore Abbatẽ eandem*
» *Abbatiam liberè dimittentem. Accessi propter eum, sicut vobis promiseram,*
» *Monasterium Lympurgense, in quò Xhristo serviebat precibus continuis*
» *& sanctarum lectionibus Scripturarum occupatus, cum Monachis ejusdem*
» *Monasterij: & petij ut ad vestrum cœnobium descenderet, temporalium-*
» *què rerum susciperet curam, Procuratorquè fieret & Cellarius. Abbas*
» *Lympurgensis instabilitate solitâ animo mutatus, dimittere eum tandem*
» *consentit. Oravi cum maximâ instantiâ, vixquè obtinere ab eo consen-*
» *sum potui: Xhristo inspirante tandem consensit licèt timidè: Ideò quòd Mo-*
» *nialibus servire timeat, quæ levissimè mutantur. Timet non immeritò.*
» *Nam sicut nos instruxit experientia, aliquotiens Moniales, Oeconomis suis*
» *reddiderunt prò benefactis, non laudabilem mercedem. Fœmineus ani-*
» *mus repentè mutatur zelo amaritudinis. Xhristo autem tribuente, con-*
» *fido, illum vobis esse utilem. Xhristianus est: Monachus est: Salvatorem*
» *nostrum timet: boniquè est intellectus. Muliebrem ergò mutabilitatem*
» *coërcentes, admoneo, quatenùs esse constantes memineritis, suscipientes*
» *eum, cum sancto honore, atquè sincerâ Karitate, omnem levitatem animi*
» *muliebris deponentes: maximè cùm adjuvare vos & recuperare statum*
» *rerum temporalium, vestro in Monasterio collapsum, possit, auxiliante*
» *Xhristo Redemptore nostro, Zelatorequè castitatis.* h.e. **Er ist noch nuwe/ versuchent jn für gantz wail/ e dan jr jme zu fil getruet: Er drinckt ogern guden win/ und ist winderlich.**

Aliud Exemplum, dictionibus significativis per omnia constans.

p.65.& 66. » *Salvator animarum, æterna virtus altissimi Patris, exaudi luctus*
» *miserorum, mitiga tribulationes innocentium, succurre tentationibus, &*
» *gestate laborantium, desolationi fragilium. Jesu extende manum defen-*
» *sionis, quatenùs esse mereamur emundati Zelatores tuæ justiciæ. Benignis-*
» *sime fili Dei, delictorum tenebras expelle. Dulce animarum lumen, omni*

tempo-

tempore zelum temerarium extrude. Glorificator zelantium tuam justi- "
ciam, subveni te expectantibus. Sævitiam persequentis Zabulæ, potenter "
quæsumus tempora, sanctissimumquè amoris radium zelosè exorantibus "
præsta. O mitissime Jesu, amator rectitudinem zelantium, lachrymas tuo- "
rum examina. h.e. **Din fiant werdent morn umb nún herkommen/mit zehen pferden: Da habe dich na zu richten.**

Decimus quintus Modus SERQUANICH.

Modi hujus ratio hæc est. *Serquanich Osiel Theory Dreochi Amerso-* " *p.132.*
ti Omear Pornis Layr Mear Penarson. h. e. Sedecima Litera est prima. "
Chameruśin Maslotiel Vean Reneas Cralty Thyrmo Venear Penar- " *p. 133.*
son. h.e. Alternatim vacat una.
Modus hic sequente decima quinta Literâ pro primâ utitur. " *p.45.*

Exemplum SERQUANICHI.

De Ecclesiasticis Scriptoribus grandem feci Katalogum, quem Fra- " *p.132.*
ternitati tuæ, nupèr videndum exhibui: nimisquè repentè concludens, fa- " *& 45.*
teor me nonnullos præterijsse famosissimos viros: non quòd nomini eorum "
beneficium inviderem Katalogi, quemadmodum manuum pensator tumi- "
dus criminatur, verbis stultissimis Katalogum vituperans: qui me existi- "
mavit, suos homines non memorasse, solâ ex invidiâ, quod est falsissimum. "
Porro conceptionem Sanctissimæ Genitricis Dei, ego scripsi & affirmavi "
venustissimam semper florentemquè sinè nævo originali fuisse, quod tumi- "
dus pensator, tumidè reprehendere volens, dixit: Fulgentissimam Virgi- "
nem, reatu originalis noxæ (contrà Katholicam observantiam, vanissimâ "
temeritate) fuisse maculatam. Temerarium est, beatissimam Virginem "
velle deturpare. Colonienses autem nobilissimi Doctores, volentes insa- "
ni Fraterculi opinionem veritati contrariam extirpare, citatum, vanas "
suas fabulas eum revocare compulerunt, Virginem beatissimam asserentes: "
confirmantes quoquè Statuto, debere credi mundissimam, nulloquè tempo- "
re (quamvis brevissimo) originali fœditati subjacuisse. Tibi hæc, quoniam "
veritatem amas, scribere volui, quatenùs beatissimæ Virginis exprobrato- "
res devites. h.e. **Morn umb nún/wirt der Amptman kommen/und den Buren die Kúe nemen: Behalt din daheim.**

Aliud Exemplum per Significantes singulas procedens.

Temporalium bonorum lætitiâ, blandis lubricisquè malis, Xhristia- " *p. 63.*
nis quietem lætitiæ mortalis, varijs bellis fatigat Caro: Vanitas sæculi cri- " *& 64.*
minosis est. Qui futuri regni beatitudinem temerè vilipendunt, dati ne- "
quitijs, boni nullius, bestijs ferociores, tramitem vitæ Katholicæ lucidum, "
miseri non requirunt. Velociter fugiunt bona, falsa tamen universa: Et "

„ *Xhristiani velociter devoti, tranquillitatem vitæ tenebunt: quia nun-*
„ *quàm sustinebunt alternationes. Verus Katholicus, fugit verè leticiam*
„ *mundi, nihiliquè facit: temerè lucra non sectatur, amat munditiam vir-*
„ *tutum, bonitate fulget, transitoriaquè bona vilipendit, futuri luminis me-*
mor: h.e. Dis ist fast ein keck Man/ bi de luiu in der stuben: In dem sel-
de dauch er nest/ und sucht ein dienst.

Decimus sextus Modus JEFISCHA.

p.134. „ Modô hoc ità utimur: *Jefischa Osiel Mear Pathir Lays Mean Theor*
„ *Dreochis Fazan Moab Lofeas Ersoti Breo Pornys Tayr Penarson.* h.e.
Septima decima est prima Litera Alfabeti.

p.136. „ *Chameruzyn Aphroys Aslotiel Mean Reneas Vear Tryamo Cralti Pe-*
„ *nason.* h.e. Prima vacat alternatim.

p.46. „ *Nam Modus hic à vacante incipit, cui significativa adjungitur, & sic*
„ *per alternas proceditur: Et decima sexta Litera prò primâ usurpatur.*

Exemplum JEFISCHÆ.

p.135. & 47. „ *Mihi Venerando in Xhristo Patri, Lympurgensium Oeconomo,*
„ *Religioso Domino Johanni Veilsdorffensi, nuncupato Joannes,*
„ *ovilis Spanheimensis humilis Abbas, gaudia Cœlorum.*
„ *Moniales Sancti Ruperti, te gubernatorem suum, nimiâ aviditate concu-*
„ *piscunt, tequè humili rogant benevolentiâ, quatenus rerum tempora lium*
„ *gubernationem ipsius Monasterij suscipias. Servire devotis Xhristi Virgi-*
„ *nibus, laudabile est atquè meritorium. Bonum habes rerum spiritualium*
„ *ejusdem Cœnobij, nominatissimumquè Visitatorem, te maximo honore*
„ *complectentem: gravem moribus, ornatum virtutibus, consilio cautum,*
„ *omnibus dilectum, conversatione Monasticæ Religionis benè famatum, &*
„ *cunctis honoribus notabilem (quæ vita meritò Xhristo est gratissima) Mo-*
„ *nasterij Sancti Joannis, optimum Abbatem. Literis tàm Xhristianorum*
„ *quàm Gentilium, omniquè sapientiâ, inter eruditos omnes celeberrimum,*
„ *cujus sapientiam æstimare nemo potest. Gregem sibi commissum, optimè*
„ *novit pascere: Zelosus virginum Xhristi custos est: quarum Claustrum*
„ *servat firmissimè. Non timeas sub eo, tam honestis servire Monialibus,*
„ *qui novit Sponsas Xhristi, secundùm legem Monasticam, optimâ discretio-*
„ *ne gubernare: Qui virtute & zelo fidei Xhristianæ, tibi libenter in neces-*
„ *sitate subveniet. Hunc virum tam virtuosum, Bingnensis Pastorem,*
„ *Cœnobij hujus familiarem amicissimumquè Gubernatorem tam religiosa-*
„ *rum Virginum, libenter assumas. Laborem tuum Xhristus, immortalita-*
„ *tis gloriâ remunerabit. Monialium sponsus, tutor & benignissimus remu-*
„ *nerator, concedat tibi zelo bono, zelari meliora.* h.e. Der Apt von Sant
Johans-Burg/ hält convivia mit den Buren/ blibt nit sel im Closter/
und fert och im Narren Schiff.

Aliud

Aliud Exemplum nullam vacantem admittens.

Glorioſum clementem noſtrum Generatorem, Conditorem, Factorem- què Univerſitatis, Xhriſtianam memoriam Xhriſti geſtorum faciens, humilitatis genubus, cuncto tempore benedicit. Quare obmuteſcimus? Aſpiciamus Xhriſtum, bajulantem humeris lignum, Majeſtatem redimentem famulos. Xhriſtus ligno confixus, moritur nobis. Xhriſte crucifixe, glorificator optime, omnium credentium exaudi voces. Xhriſte lumen fulgidum, Xhriſte conſolator Xhriſtianos libera. h. e. **Nit nim deſen Mönich zu gehorſam: Er iſt ein wilder Meyer.** p. 62. & 63.

Decimus Septimus Modus ABASDARHON.

Hujus Modi rationem ex ſequentibus percipe: *Abasdarhon Morca Laſias Tharvean Buël Dreſchyn Tayr Moab Erſoty Layr Pornys Theory Mean Aſar Penaſon:* h. e. Octava decima litera Alfabeti eſt prima. p. 137.

Chameron Maslotiel Taſevi Renean Pornas Thylmevy Penaſon, h. e. Alternatim ut ſuprà. p. 139.

Modus hic primam cujuslibet ſignificativæ dictionis, in decimam ſeptimam poſt illam ſequentem mutat. Non credo autem (ſcribit Trithem. p. 60.) *aliquem hujus Artis inſcium, occultata per hos Modos poſſe aliquando invenire, cum etiam Artem ſcienti, & non benè uſitato, ſit difficile omnia penetrare.* p. 47. & 60.

Exemplum ABASDORHONIS.

Fides Katholica, neminem à damnatione ſalvat, niſi ardore divini amoris fulciatur. Credere & zelum amoris divini non habere, nihil omninò conducit redemptioni animæ. Plures namquè inveniuntur nùnc homines, fide gloriantes Katholicâ, ſed pauci habent fidei Xhriſtianæ opera: ſinè quibus Fides moritur. Credunt multi, ſed mandata Dei pauciſſimi obſervant. Heu zelus credentium debilis, quem habere fortiorem, homines etiam increduli poſſunt, honeſtate naturali. Pœnis cruciabuntur inferni Gentiles, hominesquè qui non credunt Salvatorem Mundi Hominem factum, Omnipotentisquè Filium. Excruciabuntur autem ſupplicijs gravioribus, omnes qui credunt, in mundum veniſſe Dei Filium, Hominemquè factum, zelo Redemptionis Humanæ, ſed Xhriſtianam Fidem, ſanctis operibus minimè exornant, peccatisquè ſemper involuti, Mundi honores, æternæ Beatitudini præferunt: Zelantes impias actiones, Fideiquè puritatem pravis moribus contrà obedientiam maculantes. Amatores autem Dei, qui habent rectum Xhriſtianæ fidei zelum, Deo nihil præferunt, omnibus viribus Xhriſtum imitantur, peccata fugiunt, divitias Mundi honoresquè contemnunt. Nùnc ergò intendite Sermonibus hiſce, qui de Fide gloriamini: Amate Deum & habebitis mercedem beatitudinis, juſticiam zelantes. Si amaveritis vani- p. 138. & 48.

» *tatem sæculi, contrà honorem Dei, bravium recipietis zelantium iniquita-*
» *tem, horrores Inferni*, h.e. Pfaff Heintz von Mandal/ hait ein Non von
Sant Kathrinen darvon gefürt: Findest du jn/ so nim jn gefangen.

Aliud Exemplum in quo mysterium per significativas singulas procedit.

p.61.62. » *Gravibus insistentes mentis, humiliter postulamus, grammata tua ser-*
» *va. Zelotes Trinitas honestum nobis dona. Bonus zelus malum persequitur,*
» *non operatur. Petimus humiliter Xhriste piissime Pastor, succurre morbis*
» *omnibus. Gravibus delictis, heù sumus gravati. Veniam miseris præsta,*
» *optime Redemptor.* h. e. Morn umb sebn/ si gerüst/ und wart min am
Crütz.

Decimus octavus Modus ZAAZENACH.

p.140. » Ratio hujus Modi, in mox sequentibus latet: *Zaazenach Evos*
» *Fari Neabdiel Lasmy Chyrmean Ersoty Layr Pornys Iheor Mean Penar-*
son. h.e. Nona decima litera, jam est prima.

p.141. » *Chameruſy Ferion Nodiel Asevomy Rean Badian Laso Sear Veoby*
» *Hastoripeson:* h.e. Eins umb das ander/ als vor.

p.49. » *Mysterij in hoc Modo literæ significativæ, in decimas octavas, post eas*
» *sequentes, transmutantur.*

Exemplum ZAAZENACHI.

p.140. » *Memor esto promissionis tuæ, quam Xhristo, suscipiens Katholicam fi-*
& 49. » *dem, voto solemni obtulisti. Æterna lætitia, quibus nam est promissa? Pa-*
» *nitentibusnè an Sordidis? Sinè dubio promittitur, temporales voluptates*
» *& gaudia præsentis vitæ, intuitu æternæ quietis futuræ, contemnentibus,*
» *æternumquè amantibus Deum. Orationibus sacrisquè lectionibus Scriptu-*
» *rarum, noverunt insistere, Katholicis moribus Xhristum amantes. Deum*
» *namquè amantibus, paratur Infernus minimè. Averſi Deo, nihil aliud*
» *quàm vanitatē quærunt, contemnentes æternæ Majestatis gaudium. Hi zelo*
» *amaritudinis elati, non Christo sed Diabolo serviunt. Amatoribus Dei, re-*
» *vimus præmia optima esse promissa: sed amatoribus Mundi, Xhristianisque*
» *reprobis, Deus præparavit amarissimas pœnas Inferni. Quid obsecrò facit*
» *Katholicum hominem, veritatem annuere? Tu qui gloriaris sinè zelo, te-*
» *què affirmas Xhristianum, non ostendis zelum tuum & fidem Xhristianam*
» *moribus dignis, sed humilitate abjectâ Katholicæ Traditionis, credis sinè a-*
» *more. Non te arbitreris justum & fidelem. Enimverò qui Fidem habet, sed*
» *habere divinum amorem negligit, infidelis est: De Fide quoquè frustrà præ-*
» *sumit. Divini zelator amoris est, qui Xhristianam fidem, devotis ac bonis*
» *operibus, quotidiè exornare non desinit: exercitans se humiliter, in artibus*
» *pietatis.* h. e. Jacob Spitz hait nu gesprochen: Er wäl dich erstechen/ so
bald er dich möge ankummen: Hüt dich für jme.

Aliud

Aliud Exemplum literas secreti singulis præmittens dictionibus.

Zelatorem animarum nostrarum laudaturi, divino amore nos jugi- " p. 59.
ter accedamus, nolentes quascunquè Kalumnias, inutilesquè vanitates, " & 60.
æternas jucunditates cupientes. Ecce omnia, præter Deum & Justiciam "
prætereunt. Quarè hanc vitam amamus, exitioquè immergi optamus? "
Quarè abducimus nos? Oremus Xhristum, devotionis amorisquè æter- "
num Zelatorem, assiduâ instantiâ. Gravibus quotidiè commaculamur "
impellimurquè tentationibus. Xhriste dulcissime, zelum amoris nobis lar- "
gire, dulcedinisquè tuæ, nè noceat animabus iniquitas. h. e. **Der Pherner von Bing / ist hint umb eins verscheiden: lug nach der Pharren.** "

Decimus nonus Modus MENDRION.

Rationem hujus Modi, sequentia te docent: *Mendrion Suriaco* " p. 142.
Breotnir Ersoy Nevo Omear Nyco Lays Ersota Theory Pornys Azam, "
Mean Lasyas Astopenason: h. e. Vicesima litera Alfabeti, nùnc est "
prima.

Chameruszn Merion Nodiel Burmy Raveto Badria Savepo Elay Reas " p. 144.
Penason. h. e. **Ein umb die ander** ut suprà.

Hujus Modi literæ primæ dictionum significativarum in decimas no- " p. 50.
nas sequentes, ex ordine transferuntur. "

Exemplum MENDRIONIS, in quo, quæ desunt literæ significantes, nudæ saltèm à G.S. restituuntur.

Omnium rerum Conditor, reformator & factor, creavit primum ho- " p. 143.
minem Adam, cui uxorem conjunxit pulcherrimam, nomine Evam, " & 50.
omnium viventium Matrem. Katholicam Ecclesiam præfigurans, conjun- "
gendam Pastoribus, moribus rectitudinis pulchrè refulgentem, paritu- "
ramquè bonorum filios operum homines: qui regna cœlorum sinè fine man- "
sura, humilitate percipiunt. Redemit nos Xhristus per benignitatem "
suam, humilians se propter nos. R.I.k.a.f.o. Oportet itaquè benignissimum "
nos amare Deum, qui nobis fidem dedit Katholicam, quam amantes vera- "
citèr, fœlicitatem Angelicam jure obtinebunt. V.x.r.r.b.p.b.k.r.k.a.k.f.i.q. "
p.f.z.e.a.l.z.e.u.k.c.r.o.a.f.o.u.h.p. p.f.b.o.a.f.k.c.u.p.q.d.r.a.b. Omnes er- "
go Conditorem nostrum omnipotentem, verâ religione conversantes, Ka- "
tholicequè viventes, quotidiè honoremus. Domine Jesu, benignissime Sal- "
vator, qui nos omnes misericorditer redemisti, de barathro mortis, fragi- "
litatem & infirmitatem nostram, benignè attendens, Katholicæ nos fidei "
conforma: quatenùs post transitoriam vitam, requiem æternæ consolatio- "

„ *nis & fœlicitatis, perpetuò habere mereamur.* h. e. Wis das Hans Schwert fil übels von dir redt/ in dim abwesen/ und numpt sich doch an für dir / als sy er din fast guder frünt: Getrue jme nit zu fil.

Aliud Exemplum, in quô singularum Dictionum Literæ primæ, secreto inserviunt.

p.57. „ *Xharissimum, optimum, benignissimumquè Katholicorum defensorem*
& 58. „ *benedicentes, oportunè adoremus. Fideliter per Xhristum omnis faciat be-*
„ *nam charitatem, perseverantis fidei ponat quietem beatitudinis. Fides Ka-*
„ *tholica Xhristum laudet per bona opera: gaudeat Katholicus victor. Xhri-*
„ *stus bonis Katholicisquè factis, quotidiè devotissimè benedicat. Quoniam*
„ *ornatus Religionis baltheo, fœlicitatem infinitæ beatitudinis tenebit, remu-*
„ *nerationem capiens fulgentissimi honoris.* h.e. Brenger dis briefs/ ist ein bôser Knabe: nit getrue jme zu fil.

Vigesimus Modus, NARCONIEL.

Hic Modus, quomodo Secretum tegat, sequentia demonstra-
p.145. „ bunt. *Narconiel Apies Pornia Navelo Meas Triome Ilneas Azyfan Lasias*
„ *My Brestion Ersoty Penason.* h.e. Penultima jam est prima in Alfabeto.
p.146. „ *Medaro Caslotiel Va Reneas Thasny Thirmo Thesa Penason.* h.e. Alternatim ut anteà.
p.51. „ *Litera in hoc Modo prima dictionis significantis, transponitur in vi-*
„ *cesimam proximè sequentem.*

Exemplum NARCONIELIS.

p.146. „ *O benignissime Jesu, gratias agimus pietati tuæ sanctissimæ, qui san-*
& 51. „ *guine tuo Genus humanum, Patri cœlesti reconciliasti: pendens elevatus*
„ *in Cruce miserabiliter, quassato corpore, animo tristi, facie consputâ, por-*
„ *tansquè nostra crimina, per zelum ineffabilis charitatis, nostros livores*
„ *sanasti. Floridam assumpti corporis juventutem propter nos vulneribus*
„ *durissimis subdidisti, ut hominem vivificares mortuum, nimiâ charitate*
„ *devictus: Katholicamquè restituens communionem, mori laboriosissimè*
„ *voluisti. Gratias igitur quas possumus, Redemptori nostro, Katholici agi-*
„ *mus, gementes & lachrymantes, memoriam Passionis (more Xhristiano)*
„ *Salvatoris Generis nostri rememorantes. O benignissime Jesu, salva me be-*
„ *nitate tuâ solitâ, mihiquè cuncta indulge quæso peccata. Rege me, cum eâ-*
„ *quâ soles, lenitate, me gaudio lætificans. Redemptor mi, sana me. Sanctifi-*
„ *ca me Xhriste, verum lumen cordium. Benedico te Conditor Mundi poten-*
„ *tissime, Rex Xhriste Salvator, lumen inextinguibile: quæso purifica ani-*

mam meam, fautor omnium. Illumina me Xhriſte amator excelſe fidelium: Gloriâ te quærentium, me reſpice: Da beatitudinis ſempiterna gaudia: Da amoris tui ferventiſſima incendia. Vita Jeſu, Sanctorum omnium, Salvator Mundi, Clementiſſime Jeſu, per dolorem benedictæ acerbiſſimæque Paſſionis tuæ, concede mihi lumen intellectus amorisquè tui, humili puraquè conſcientiâ, radios lucis præguſtare. Miſerere mei bone Jeſu, clementiæ fons, pietatis abyſſus, gratiarum plenitudo, lumen ſupernorum Civium; mihiquè ſanctæ charitatis ſuaviſſimum dulciſſimumquè guſtum infunde. Eripe me examinator omnium cordium, & da mihi cum puritate leticiam, ut exultem in laudibus tuis, glorificans te: quoniam dolore vulnerum tuorum ſanaſti me. Quid retribuam clementiæ tuæ, Redemptor meus, vivificator meus? Compatior tibi lachrymans, & fœliciſſimæ Paſſioni, ſanctisquè vulneribus corporis tui benedicens, ô benigniſſime Jeſu, gratias immortales ago, indulgentiam facinorum poſtulans, h. e. Dir wirt geſchreben her zu koemen. Iſt min rait du dueſt es nit: Wan der anſchlag iſt/ dich zu verdrencken/ oder in ewig gefengnis zu ſetzen: Hued dich.

Aliud Ejuſdem.

Creator generis humani, aſpice Deus famulos tuos, zelo rectitudinis guberna, quatenùs benè converſantes, bravium conſequamur, gaudium cœleſtium. Adjuva nos fragiles miſerosquè homines: ſanctisquè moribus exorna Katholicæ pietatis. Sancto quæſumus mentes noſtras lumine illuſtra, quatenùs tuam recolamus Paſſionem, ſedulò cum lachrymis, operibusquè bonis. Jeſu Xhriſte Salvator, libera nos virtute effuſi ſanguinis tui. Katholicæ unitatis gubernator, ſalva populum tuum gravitèr afflictum, quem dudùm beatiſſimo effuſo ſanguine, in cruce moriens redemiſti. Aſpice, quàm graviſſimè cunctus affligitur populus, ſub erudeliſſimo Turco. Libera nos miſeros per gratiam, quâ redemiſti nos. h. e. Ich bid dich/ kom von ſtund an zu mir/ is duet ſere noit. p. 57.

Viceſimus primus Modus PAMYEL.

Hunc Modum ſic ſequentia demonſtrant. *Pamiel Lyraz Laſian Mavelo Breothis Thirmoan Erſoty Layr Pornis Theory Moar Azas Penaſon.* h.e. Jam ultima Litera Alfabeti eſt prima. p. 148.

Chasmeron Apornys Veto Mean Ilno Vean Aploys Cralta Ilſo Penaſon. h.e. Prima vacat ut in alijs. p. 149.

Modus autem hic primas literas cujuslibet ſignificativæ dictionis, in vigeſimam primam proximè ſequentem, quæ eſt ultima noſtri Alfabeti, per ordinem transfert. p. 52.

Deniquè loco inferiorum Alphabetorum tabulæ, ſi placet, ſuperiore Alfabeto, in omnibus hiſce Modis, ad velandum Secretum, uti poſſumus.

Exemplum PAMIELIS.

p.148. & 53. „ *Ululate Mortales, qui nùnc ridetis, benignitatem noſtri glorioſi Re-*
„ *demptoris, graviſſimis peccatis horrendisquè ſceleribus, multipliciter in-*
„ *gratiſſimè ſpreviſtis. Ecce Turcus, Chriſtianorum lethalis inimicus, ab Un-*
„ *gariâ movebit exercitum, trucidabitquè homines, more beſtiarum. Tran-*
„ *ſibit Danubium truculentus & zelo impietatis, quaſi igne ſuccenſus. Pre-*
„ *ptereà lugete miſerrimi, horrenda cæde morituri. Ubi zelus veſter miſe-*
„ *rimi Xhriſtiani: Conſtantia & devotio ubi? Longè abhinc receſſit Xhriſtia-*
„ *na benignitas, veſtrorumquè gravitas. Fidem Katholicam deſeruiſtis: ze-*
„ *lus & fervor amoris divini procùl abijt. Propterea hoſtibus trademini*
„ *crudeliſſimis, qui devorabunt vos quaſi locuſtas. Auditu percepimus,*
„ *quàm crudeliter Turcus Ungariam, Bohemiam Poloniamquè invaſerit:*
„ *Civitates deſtruxerit validiſſimas: mulieres virginesquè conſecratas Dei*
„ *zelo ſanctitatis tenentes caſtitatem, turpiſſimè ſtuprârit: horribiliterque*
„ *mactarit Katholicos quoscunquè homines, inſtarquè beſtiarum, crudeliter*
„ *graſsârit ubiquè. Crudelitas ejus, homines & beſtias ſuperat. Germa-*
„ *niam totam, repentè ſuo turbabit exercitu bellicoſiſſimo, niſi generalis*
„ *Principum defenſio, ſinè morâ reſiſtat. Gementes igitur, humilitatem aſ-*
„ *ſumite: mores emendate, cum lachrymis Deum orate: quatenùs vobis con-*
„ *cedat remiſsionem delictorum, & liberet nos ab inimicis, qui ſanguinem*
„ *noſtrum ſitiunt, maximo deſyderio.* h. e. **Noch hint umb nún/ wart mit**
an dem ſchlage/ bi der brücken/ da wil ich dich ſuchen/ hinder dem Brot.

Aliud Exemplum, ſingulis ſignificativis conſtans.

p.55.56. „ *Tempus tranſit, zelemur quietis ſynceritatem, levemus humiliter*
„ *mentes, lugendo noſtra quotidiè malefacta. Tempus lugendi adeſt, mun-*
„ *demus tenebras, motuum linquemus hoc ſæculum, fugientes deſidiæ*
„ *torporem, teneamusquè zelum Katholicæ ſanctitatis.*

h.e. **Wart min morn umb nún/ mit gewalt.**

CAPUT

CAPUT XIII.

De Conquisitione Dictionum, ubi prima Syllaba consignificat.

HOc & sequens Caput, quæ tractant non de Literarum *per se, sed* Syllabarum & Dictionum *obscuratione, hùc propriè non pertinent:* (vide cap. 3. lib. 2.) *sed spectant ad* lib. 7. c. 2. & 5. *ubi de ijs ex professo agitur. Hic tamen maluimus ductum & filum* Trithemij *sequi, nè Steganographiam ipsius, aliquâ parte mutilare videremur. Id quod monendum hic duximus. Cæterùm* Trithemius *Modum hujus Cap. nomine* JASGUARIM *insignivit. Ejus ratio, quæ diù in sequentibus latuit, jam ductore* Pyrichiele Directo, *ex ijs sic detegitur.*

Jasguarim Apornys Vesale Moës Jabiel Throë Tadrys Asiel Cathylos " *p. 150.*
Ibubla Nailso Thirmiel Vear Turiel Cralty Solmys Aslotiel Naëmes Ren- "
har Vear Thyrmo Cralnoty Saon Dremion Laviel Odres Notiel Pornys, "
Pornis Mear Moab Sayr Aslotiel Lo Raytu Lian Asevo Bian Eory Churio "
Bays Astropenason. h. e. Primæ tres & ultimæ tres lineæ vacant: Dein- "
dè prima Syllaba cujuslibet Dictionis, vacat alternatim, solvente "
primâ alterius verbi.

Chamerusyn Othriel Arnotiel Solays Elty Naëles Proy Vear Sato Cral- " *p. 151.*
noty Penason: h. e. Tres lineæ vacant antè & post. "

Exemplum JASGUARIMI.

Hæc est Prophetia Nicolai Basselij Irbusiensis San- "
cti Episcopi, quam vidit in Spiritu, & dixit: Hæc di- "
cit Dominus Pastoribus Ecclesiarum: Citò peribitis, "
quoniam calamitas maxima, vestrum Dominium latum dissipabit, totam- "
què Europam respergit. Væ Ismaëlitis, qui Tabernaculi fœdera rumpunt: "
quoniam livore & temeritate pascua rapiunt. Ecce rumpetur dominium "
quod habetis, nisi pœnitentiam ampliorem acceleretis: trademini quoquè "
dilacerandi. Heu tota Ecclesia respersa est pessimis moribus. Simulatio "
invasit Ministros ejus: fugite, nolite respicere, aliàs desolabimini, eritis- "
què tractus canibus; totam terram respergent sanguine: Quærite pœni- "
tentiam habitatores terræ: Beniamin adolescentulus turbationes expe- "
rietur. "

Væ habitatoribus Genesarethi, quæ est Europa, quoni- "
am propter multitudinem peccatorum suorum peribunt, "
sub manibus Bulgarorum. Explicit Prophet: Nicol. Ep. Irb. "

h. e. Cave latores istarum literarum, quoniam traditores pessimi, fures detractoresquè habentur.

CAPUT

CAPUT XIV.

De Conquisitione Dictionum, ubi retentæ Dictiones significant.

NOn tantùm uni Literæ aut Syllabæ, sed & integris Dictionibus significantibus, *interijciuntur otiosæ Dictiones. Ubi eodem planè modo proceditur, quô hactenùs vidimus. Accommodatio saltem tenenda. Indè quomodò progrediendum* Author, *Modo Recto & Inversô docet*, Dardarielis & Sarandielis *nomine*. Vide infrà in lib. 9. c. 5. Modum nostrum sextum.

Primus Modus DARDARIEL.

Hic Modus, uti sequentia, (quorum lectionem Pyrichiel di-
p. 153. » rectus jam dirigit) innuunt, sic peragitur. *Dardariel Pirno Nadevyn*
» *Pornis Melto Nachyr Pheon Pliros Evali Estafri Thirmavo Oniel Mavid*
» *Vear Raby Cralnoty Vemy Throë Orbasiel Asar Ravean Purgiel Near Ja-*
» *no Masiel Arlay Nasevi Myrsos Modias Merchul Noty Penason.* h. e. In principio & fine vacant tres rugæ, in alijs secundum & penultimum verbum observa: Nam sensum dant.

Exemplum DARDARIELIS.

p. 154. » *Dominus noster Jesus Xhristus, mitissimus animarum nostrarum*
» *Salvator, promisit nobis fœlicitatem æternæ consolationis, si*
» *mandata ejus, puro semper corde observemus. Tu ergò charissime*
» *frater, custodi mandata Dei & Sanctæ Regulæ diligenter, quia*
» *nisi omnia usquè ad mortem inviolata servaveris, quæ Omnipotens*
» *Deus tibi mandavit, morte peribis æternâ. Idcircò tradidi tibi*
» *formam & legem, religiosæ & sanctæ conversationis. Cave igitur*
» *diligenter, nè cor tuum per amoris desyderium, alicui creaturæ*
» *mortali dederis possidendum: Quia nemo venit ad illa suprema*
» *gaudia, nisi qui Mundum præ Deo contemnit. Iterum ego per has meas*
» *te literas hortor, ut amicum charissimum: Monitiones meas quas*
» *feceram observes tibi. Me enim fœlicem existimo cùm scripsero*
» *aliquid isto sacro tempore, maximè ad ædificandum, de modo benè*
» *vivendi, quo te semper melior efficiaris. Idcircò nùnc iterum*
» *tibi scribo in bonũ tuũ: Quia non minus periculũ tuũ quam meũ timeo. Sed*
» *oro semper vigila, in timore Dei proficiens quotidiè, & vivens*
» *innocenter nulli nocens, in sanctoquè proposito omninò perseverans.*
» *Non confidas tempori, non fortunæ, non ætati: Quia nihil sunt nisi fumus.*
» *Revera ego te diligo, syncerè in Xhristo Jesu orans, ut ipsemet tibi*

quoquè

quoquè sim dilectus, disponat. Et qui absens sum tibi corpore, præsens semper in spiritu existam. Undè cum tui memoriam jugiter habeam in orationibus meis, nè tu mei obliviscaris, te vehementer oro. Vale. 12. Calend. Maij: Anno M.D.

h. e. Custodi diligenter, omnia quæ tibi tradidi: Et cave, nè alicui dederis illa: nisi has literas meas observes, cum isto modo, quô nunc scribo: (Timeo semper) Et nulli omninò confidas, nisi ego ipsemet sim præsens.

Secundus Modus SARANDIEL.

Hic Modus, uti sequentia, secundùm Pyrichielem Directum docent, mysterium sic involvit. *Sarandiel Marso Porne Joniel Schendiel Jano Nati Chilpres Josachar Meon Pristi Dyon Volayr Penason.* h. e. A fine incipe modo præcedentis capituli. p.156.

Exemplum SARANDIELIS.

O miser Homo & verè miserabilis, cur non attendis omnium temporalium instabilitatem? Et cur te moriturum brevi non cogitas? Memento quid primus homo promeruit: quòd mandatum violârit. Utinàm sicut optavit Balaam, moriatur anima nostra, justorum morte, ut contemnentes voluptates præsentes & vanos Mundi honores, simus immaculati, custodientes nos ab omni peccato. Sed non curamus, quousquè tandem horrenda vincula mortis incidimus, cruciandi in perpetuum. Fœlicem illum existimo, qui ista præcogitat. Igitur ô Homo projice mundum, sicut fecit Dei Filius: Et cogita, quanta ex ejus amore mala, nos sequantur. Multa enim pericula nobis ingerit, & quoniam suis est damnabilis amatoribus, meritò contemnitur. Verè est dignus æternâ morte, amator Mundi. Quid tibi prodest iste Mundus, miserabilis homo? Qui dùm amatur fugit: dùm præsens est transit: dùm exaltat dejicit: dùm blanditur decipit: dùm floret crescit: dùm amatores suos emittit, ad perpetuas miserias transmittit: Anno M.D. 12. Cal. Maij. p.156.

h. e. Præsens homo iste, morte est damnabilis: quoniam multa mala fecit. Projice illum in vincula, quousquè nos simus præsentes, ut moriatur sicùt promeruit.

CAPUT

CAPUT XV.

Duodecim Trithemianos Modos, Gordio nodo impeditos exhibet.

LAtere nolumus, adhùc quosdam Modos, ad numerum Signorum Zodiaci, à Trithemio *confectos, in Manuscriptis reperiri, quos typis nunquàm exscripti. Fidem facimus* Manuscripto nostro, *quod ad Codicem quendam pervetustum* Joannis de Woësbroëch Magni Telonij Brigensis Magistri, Anno 1520 *exaratum habemus. Adfectabamus autem* Authoris *authographum, quod dicitur*, Philippo Electori Palatino *obtulit, videre & cum nostro conferre. Verùm jampridèm* Franciscum Junium, Heidelbergensis Bibliothecæ quondàm præfectum, *malo sanè æstro percitum*, Steganographiæ illud authographum, *Vulcano sacrum feciſſe, accepimus, quod cum* Bovillo *& alijs imperitis, magicâ impuritate infectam eam esse, deliraſſet. Ideò ergò cum subsidij nihil ad nostrum Exemplar, pertingere potuerit, dabimus nihilominùs illos Modos, utcunquè ibi exscriptos, in gratiam præsertim eorum, qui nihil Steganographicorum ænigmatum, ignorare volunt. Nos enim adhùc ampliamus, judiciariâ istâ Notâ, N.L. Reperiuntur autem illi, in* Primo Libro post Cap. 31. Steganog. Trithemij, *vel Modum* Bydielem, *absolutis Modis minùs Principalibus. Quos deindè* Libro Secundo, *Transpositorij Modi excipiunt. Nos citrà istius ordinis* Trithemiani *præjudicium, colophonis loco, istos Modos hùc transferre voluimus.*

Ex his ergò Primus, (*vel* cap. 32. Steganogr.) *se ostendit, nomine* MALCHIDAEL, *primum utpotè Zodiaci obliqui locum obtinens, cujus scitu & sequentium undecim Modorum Claves, in Conjurationibus, cujus libet Modi Exemplis præmiſſis, reconditæ hucusquè habentur. Credimus autem, ab ignaro aliquo Artis, inſpeciem esse hùc repositas: Indicio sunt quædam Conjurationes, quæ à præcedentibus Modis, uti & sequentibus mutuatæ, hùc sunt translatæ. Sed nihil definimus. Sequitur ergò hujus Modi prætensa Clavis:*

„ *Malchidaël guera lamerdo prois ili astrofel guaros lodor Hamilchar*
„ *si Planen Merasil holu Dermol Solamun aforas mesos omeran fabelmeru*
„ *syn Perodes bari charat moson astropendason*, h.e.

Exemplum MALCHIDAELIS.

„ *Johannes Trithemius Abbas Spanheymensis, Jacobo Kymolano Carmelitarum Ordinis, amico suo. Cùm antè paucos dies Coloniam navigio*
„ *venissem, audivi te istìc in tui Ordinis esse conventu, de quo subdubitantem*

me

me, certiorem hodiè reddidit Jacobus noſter de Maſeck, Medicinæ Doctor, « à nobis ad prandium invitatus. Mox epulis de mensâ remotis, calamum « poſtulavi & chartam, tibiquè literas ſcripſi, quas mitto, non valens differre « ulteriùs tui deſiderium. Volumus itaquè & precamur obnixiùs, ut « craſtino mane ad nos venias, nobiſcum pranſurus, totumquè diem conceſſurus « diſputationibus noſtris. Aderit nemo, qui nos impediat. Solus ſum « enim, cum familiaribus meis, & unico Marchionis Brandenburgenſis, ne- « ceſſario Mathematico, homine ſanè perquàm humano. Nihil te moretur, « quin venias. Hoſpitium hujus famuli mei relatione agnoſces. Vale, ex « ipſa domo manſionis noſtræ, in Coloniâ, hodie nonâ die menſis Julij, Anno « Chriſtianorum, 1505. h. e. «

Carmen, Cap. 32. claudens: *Malchidaël Proys Dilamon Veroni Di-* « *trum Abral Made bados cadipil paſon loref maſarat damon omos dromit* « *maſtris varo drus aſtropenaſan madebit raſſut larot fabelmeri.* h. e. «

Secundus Modus ASMODEL, ſivè 33. Caput Lib. 1. Steganog. Trith.

Carmen præmiſſum Exemplo: *Aſmodel therdial chramel thorays* « *fabelmeruſan dilo perochi meroën drupan aqualo corydon acalech omelay* « *cuſan etipha ozian azachim bueſar.* h. e. «

Exemplum ASMODELIS.

Mors timenda cunctis, qui in lege Domini non ſapienter ambulantes, « *terrena cœleſtibus, & caduca prætulerunt æternis. O miſeri nos, ò infœli-* « *ces, quid neceſſariò faciemus morituri, qui propterea maximè mortem ex-* « *paveſcimus communem, quia malorum nobis conſcij, timemus Judicis ſen-* « *tentiam, quem offendimus. Omnibus enim vitam in terrâ ducentibus, ne-* « *ceſſe eſt mori. Sed nùnc ô tu, vel ſerò tandem cogitantes, nos propè jam* « *morituros, vitam emendemus, ità mortem timentes, ut priusquàm ve-* « *niat, peccatis moriamur. Non enim timebimus mortem carnis, ſi morti-* « *ficati vitijs, in amore Dei vixerimus, per ſanctæ operæ pietatis. Quisnam* « *mortem metuat temporalem, cui prò juſticiæ merito, vita æterna promitti-* « *tur? Mortis tamen noſtræ ad finem urgentis vitam, nunquàm debemus* « *oblivi ſci: Quoniam qui ſe quotidiè recordatur ex neceſſitate moriturum,* « *facilè contemnit præſentia, & in futurorum ſpeculationem aſſurgit. Va-* « *na ſunt omnia quæ in Mundo cernimus, & nihil eorum, nobiſcum morituri* « *poſſumus auferre: nec aliter exibimus mundum iſtum, quàm intravimus,* « *nudi, pauperes, egeni, nihil omninò poſſidentes, præter id ſolùm quod in car-* « *ne geſſimus, ſivè bonum ſit, ſivè malum: dicente ad Johannem* χριϛόφιλον *Dei* « *nuncio: Scribe, Beati Mortui, qui in Domino moriuntur, quoniàm opera* « *eorum ſequuntur illos. Anno M. D. 3. Cal. Maij.* h. e. «

Tertius Modus AMBRIEL, sivè 34. Caput.

" Carmen: *Ambriel dabrai Abranes buveſon madel ramelech tuvo-*
" *la vemala maſerat naſe ſaday azaran aki menas meſon comari oſtura-*
" *piſaras aſtrapenoſon*, h.e.

Exemplum AMBRIELIS.

" *Mundus amatores ſuos demergere in profundum inferni conſueui-*
" *non portare: Et nemo unquàm mundo credidit, non deceptus. Contemner-*
" *dus ergò nobis eſt Mundus, ô Famuli Chriſti, & nihil penitùs diligendum,*
" *non divitiæ, non honores, non gaudia, non voluptates, non colloquia homi-*
" *num, non ſalutationes, non munuſcula, non laudes, non carnis ſolatia, non*
" *aliquis in veſtitu ornatus. Veſtræ ſint divitiæ,* DEI AMOR, *& puræ conſcien-*
" *tiæ teſtimonium, quibus acquirendis conſervandisquè omni ſtudio vobis*
" *ſemper eſt invigilandum. Nec decet vos, Dei Filio, ô Fratres, mancipati &*
" *addicti, in aliquo curam habere de mundo, rebusquè caducis, ſed hoc ſolùm*
" *providere omni tempore debetis, ut ei complacere poſſitis, cui vosmetipſos*
" *obtuliſtis in holocauſtum. Honores autem ſunt, jejunium, abſtinentia, &*
" *compunctionis lachrymæ, hominumquè ſæcularium & extraneorum omnium*
" *declinare conſpectus, deteſtari colloquia, ſalutationes mulierum ſpernere,*
" *munuſcula & epiſtolas familiares contemnere, & nihil mundanum peni-*
" *tùs amare. Gaudia & voluptates Monachorum ſunt, Lectionibus divina-*
" *rum Scripturarum inſiſtere, ſanctis ſe meditationibus occupare, oration-*
" *bus ſemper intendere, macerare carnem, mentem ſacris ornare virtuti-*
" *bus, & nullum tempus infructuoſum expendere. Ornatus autem Fratrum*
" *clauſtralium, humilitas eſt & puritas cordis, ſinè quibus nemo, Deo pla-*
" *cuit unquàm. Chriſtus enim Jeſus, Omnipotentis Dei Filius, juſtificator*
" *fidelium animarum, ſponſa veſtra eſt, cui vos mente & corpore fidelitèr*
" *ſervituros, in puritate perpetuò mancipaſtis, veſtrum in vobis ornatum*
" *requirit, non carnis ſed cordis: non corporis ſed mentis: non veſtium ſed*
" *virtutum, non interioris pulchritudinis, ſed internæ puritatis. Huic vos,*
" *ô Fratres ornate, non Mundo: huic placere ſatagite non hominibus. Valè-*
" *te. 12. Cal. Maij, M.D.* h.e.

Quartus Modus MURIEL, sivè 35. Caput.

" *Muriel onear Camerſyn Cohodor Maſſeri lyrne balnaon greal lamedon*
" *odiel pedarnoy nador janoz aui chany rin pleda ornny iri velidramon*: h.e.

Exemplum MURIELIS.

" *Vana eſt, chariſſimi Fratres, omnis ſcientia hujus Mundi, ſi conver-*
" *ſa non fuerit ad cultum Dei. Sacra autem Scriptura, quam meritò nuncu-*

pamus

pamus divinam, omnem hujus Mundi scientiam & doctrinam, procùl ex- "
cedit: quoniàm vera sinè ambiguitate prædicat, mentem Lectoris placidi, "
à terrenis ad cœlestia vocat, eamquè pro Dei amore humilem reddit in "
prosperis, & fortem atquè constantem in adversis. Hic est sacri fluminis "
impetus, qui civitatem Dei lætificat, planus simùl atquè profundus, in quo "
& Agnus simplex & parvus ambulet, & Elephas maximus natet. Mi- "
rabilis iste fluvius est, in quo simplex ac sinè literaturâ Christianus, pedi- "
bus, ut ita dixerim siccis, ad salutem securus transire poterit: & magnus "
subtiliterquè Literatus, & natare potest, sobriè sapiendo, & si nimium "
scrutatus fuerit, submergi. Habet enim in publico, undè parvulos nutriet "
& servat: in occulto, undè mentes sublimium, in admirationem ducat. "
Nam in uno eodemquè sermone, dùm narrat Historiam, multiplex pan- "
dit mysterium: Et in superficie quidem, Simplices dulciter refovet, & in "
secretis mysterijs sublimiter exercitat Sapientes. In apertis quidem po- "
tus est, quoniàm nullâ fractione indiget: In obscurioribus verò cibus est, "
quoniàm sinè expositione fractionis, non potest deglutiri. Propterea Di- "
vus Ambrosius præcipit, dicens: Cœlestium Scripturarum eloquia diù te- "
rere ac polire debemus: toto animo ac corde versantes, ut succus ille spiri- "
tualis cibi, in omnes se venas animæ diffundat. Divus & fœcundissimus "
est ager divinarum Scripturarum: omnes in se habet delitias, omnemquè "
suavitatem producit: Et sicùt Manna, secundùm voluntatem uniuscu- "
jusquè sapiebat in ore; ita sermo divinus, omnem tibi saporem, quem vo- "
lueris, præstabit in corde. Nihil enim ô Fratres vobis melius, nihil suavius, "
nihil jucundius esse potest, quàm si omni tempore, sacris vos, cum desiderio "
cordis, occupaveritis scripturis, mundosquè custodieritis, ab hoc sæculo "
nequam. Propterea sint Scripturæ divinæ, semper in manibus vestris, "
& jugi meditatione, in corde volvantur, nec sufficere vobis putetis, man- "
data Dei memoria tenere, & operibus obliviſci, sed ideò illa sæpiùs legitote, "
ut faciatis quod didicistis. Joh. Trith. Abb. Spanh. 12. Cal. Maij. h. e. "

Carmen adjunctum: *Muriel Xurtiel Chameruſyn Saty Pemalros* "
Dayr Janothi Catbutmo Parmoy Jotran Lamedon Frascu Penoy Itthon "
Fabelmeruſyn. h.e. "

Quintus Modus, VERCHIEL,

sivè 36 Caput.

Carmen: *Verchiel Tartys Chrybes Faziel Irsoti Haëlnot Dreor Ad-* "
vear Asy Mearo Veny Satu Astopemerson: h.e. "

Exemplum VERCHIELIS.

Mandata Dei scrutari, nisi quieta mens non potest. Ut ergò religiosum "
exerceatur studium, abjicienda sunt jurgia malignorum: "

Scrutari legem possunt utcunquè queti "
Si Mundi à strepitu, libera corda vacent. "

» *Ut mens ergo, pijs ſtudijs intenta, juvetur*
» *Prælia divinus carnea vincat amor.*
» *Nam Templum Domini, per ſacra ſilentia creſcit*
» *Et tacitè ſtruitur non ruitura Domus.*

» *Mundatis igitur animis, Fratres dilecti, & corde in Dei amore compun-*
» *atquè in verâ contritione humiliato, ad ſtudia Scripturarum procedite,*
» *quia non illuminabit vos Dominus, niſi ab omni priùs fecerit iniquitate*
» *purgatos. Namquè Scriptura dicit: Perverſæ cogitationes, ſeparant à*
» *Deo. Probata autem virtus, corripit inſipientes: Quoniam in malevo-*
» *lam animam, non introibit ſapientia, nec habitabit in corpore, ſubdito pec-*
» *catis: quia Spiritus Sancti diſciplinæ effugiet fictum, & auferet ſe à cogi-*
» *tationibus, quæ ſunt ſinè intellectu. Ideoquè orandum vobis eſt cum Sancto*
» *David crebriùs ad Dominum: Cor mundum crea in nobis Deus, & Spiri-*
» *tum rectum innova in viſceribus noſtris. Joh. Trith. ſcripſi, 4. Cal. Maj.*
h.e.

» *Verchiel Marlos chameron Pyrcobi pean fruary fabelronti gaël le*
» *ſiargoti melaſſor hialbra penor oleſi ajulbrani ordu caſmeron omer vema-*
» *bon pendar*, h.e.

Sextus Modus HAMALIEL, ſivè 37. Caput.

» Carmen: *Hamaliel Oziaſali ſymache axioma cumado ſtanoplos a-*
» *menra comerſi alphaos bilmel proys de la charpres iſi bo plesdos fabes aſſo*
» *plear unadlent adelmi:* h.e.

Exemplum HAMALIELIS.

» *Fratres chariſſimi, ſi ſciretis, quàm gratæ ſint Deo puræ mentis ora-*
» *tiones, & quantam animæ conferant utilitatem, nullum tranſire tempus,*
» *ſinè precibus ſineretis. Oratio enim noſtra, ſi pura fuerit, & ardens in*
» *fervore ſpiritus, nuncius eſt fideliſſimus ad Deum, prò nobis Deo loquitur,*
» *& omnia, quæ ſaluti noſtræ ſunt neceſſaria obtinet, dùm precatur. Quo-*
» *circà vos admoneo, & in verâ charitate exhortor, ut ſinè intermiſſione*
» *oretis, nec à Sancti Spiritus fervore unquàm ceſſetis. Non ſit vobis ullum*
» *tempus vacuum, vel in torpore mentis ocioſum. In timore Domini ſemper*
» *quæſo vigiles & ſolliciti eſtote, quatenùs tentationes imminentes, fortiter*
» *poſſitis vincere ac ſuperare. Mox ut cogitationes ſordidæ mentē pulſare cœ-*
» *perint, ad ſtudium orationis recurrite, & minimè vobis poterunt prævale-*
» *re. Oratio namquè, grandis munitio eſt animæ, in cujus præſentiâ, deficiunt*
» *omnes machinationes partis adverſæ. Per orationes enim puriſſimas, omnia*
» *nobis à Deo tribuuntur utilia, & cuncta procùl effugantur adverſa. Mens*
» *orationibus puris, in amore Dei valentèr accenditur, & quicquid occurrit*
levio-

tevioris maculæ, orando purgatur. Orationibus ſanctis & continuis Mundus vincitur; animæ peſtes, devotis precibus ſanantur: Lachrymis & fletu ſuperatur Diabolus: Et cui mille cohortes ad pugnandum non ſufficiunt, unius orationè pauperis infirmatur. Si cogitatio turpis, animo veſtro per Dæmones immiſſa fuerit, impreſſò mòx fronti ſigno, dicitote: Salva nos Jeſu Chriſte, Mediator Dei & Hominum, & cunctam à nobis, hoſtis antiqui depelle nequitiam, per tuam innocentiſſimam Paſſionem. Quid hac orationè breviùs, quidvè potentiùs eſſe poteſt? Nam ſtatim, ut contrà Dæmonum vel præſentiam vel ſuggeſtionem, cum fervore mentis prolata fuerit, omnis iniquitatis machinatio recedit. Orationis enim puræ, virtus eſt maxima; quoniàm & cœlum penetrat, & ſuâ conſtantiâ debellat æreas poteſtates. Oratio mentem illuminat, affectum purificat, veniam delictorum impetrat, Spiritum in Dei amore, contrà omnes adverſarios, confortat. Omnia enim, devota poteſt oratio, ſi rectitudine fidei & puritate fidei decoretur. Oratio Dæmones fugat, virtutem malignantium enervat, langueſcentem in tepiditate animam ſanat, ac debilem & infirmum, in Dei amore Spiritum confirmat. Oratio pura Deo facit proximum, & eum quem acceperat ſervum, Dei facit eſſe amicum. Orationè & lachrymis Rex Ezechias quindecim annos vitæ longioris obtinuit, & Prophetæ ſententiam precibus mutavit. Orationibus viri ſancti claruerunt, miraculisquè, & ſupplicantes ad Dominum, mortuos revocarunt ad vitam. Orationis etiam puritati ſubjecta ſunt omnia. Et nihil eſt in nobis tàm difficile, quod oratio devota & fervida nequeat impetrare. Tùnc autem orantes fiduciam impetrandi, quod poſtulamus à Domino, accipimus cum precibus noſtris: vitæ brevitas nulla contradicit: Johan: Trithem. ſcripſit, Anno Dominicæ Incarnationis, Iduum Martij, M.D.h.e.

Carmen: *Hamaliel Aperoys melim mevomavial caſmoy cralty buſaco aëly lumor theor beſamis aneal cabelonyr thyamo veſonthi.* h.e.

Septimus Modus Zuriel ſivè 38. Caput.

Carmen: *Zuriel adorchameſo bulverini mareſo bodyr veſi thuriel beveſy mevo chasmironthy naor erniſo chony barmo calenodyn bars thubra ſol.* h. e.

Exemplum Zurielis.

Joh. Trith. Abbas S. Jac. Herbipol: Rogerio Sicambro, ſynceram in Domino charitatem.

Pergamus velim Rogeri, ſolâ Chriſti Jeſu dilectione conſtantes Amici, ut divinarum Scripturarum lectionibus, jugiter purificatis cordibus, cum ſobrietate dediti, per ſacri continuationem ſtudij, ad incommutabilis boni cogni-

„ *cognitionem pertingamus: ipsumquè fide cognitum incompræhensibilem*
„ *Deum, totâ mentis intentione semper amemus, prò ejus dilectione, cuncta*
„ *hujus Mundi contemnentes prospera, & nulla formidantes adversa.*
„ *Dominus enim Jesus, Sapientia Dei Patris, est nostra Philosophia, & ve-*
„ *ræ Claustralium amicitiæ glutinum, sinè quo nullum debebis habere ami-*
„ *cum. Hunc, quantò per studium sacræ Scripturæ, & spiritualis exer-*
„ *citium compunctionis, ampliori affectu cognoveris, tantò ferventiùs ama-*
„ *bis: quoniam sicuti nemo bonum diligit incognitum, ità quisquis summum*
„ *illud incommutabile bonum, per fidem formatæ credulitatis, studio sancti*
„ *fervoris agnoverit, nihil præter ipsum solum amabit. Gratias tibi ago*
„ *Sycamber, quod mei memor, Deo Patri sacrificans, oras prò nobis. Amor*
„ *Christi, qui te nobis fecit amicum, semper in corde tuo ardeat, cum dulce-*
„ *dine spirituali. Vale sanus & incolumis, Nestoreos in annos; Ex Herbi-*
„ *poli, 18 die Mensis Novembris, 1500.* h.e.

„ Carmen: *Chameruſyn merion nodiel burmy raveto badria ſavepo*
„ *elay reas penaſon.* h.e.

Octavus Modus BARCHIEL, ſivè 39. Caput.

„ Carmen: *Barchiel Aphroys chemeryn mear apoſyn layr pean nõ-*
„ *ma ovear maſere cralty calevo thortheam chameron janoar pelyn layr bu-*
„ *duſan jeſy melros jonatiel delaſſar rodivial meron chumarſi fabelron.*
h.e.

Exemplum BARCHIELIS.

„ *Unguentum ſuave & optimum eſt amor Dei, quô animæ peſtes citò*
„ *ſanantur omnes: Intellectus quoquè illuſtratur mirificè, in omnium cogni-*
„ *tionem: Et affectus ab omni pulverulentiâ mundanæ adhæſionis purga-*
„ *tur. Quicunquè enim Dominum Jeſum, ex toto corde ſuo diligit, locum in*
„ *ſe vitijs & peccatis minimè relinquit; nec intrare animum Diabolus per-*
„ *mittitur, qui divino totus occupatur amore: Quia Diabolus animam vir-*
„ *tutibus vacuam deſyderat, & mentem divino nudam amore, inhabitat.*
„ *Ubicunquè verò cor hominis, amore divino repletum invenerit, ſub magnâ*
„ *confuſione recedit. Ut enim viſibilia vaſa, aliquo repleta liquore materia-*
„ *li, ſupervenientium augmenta non capiunt: Sic mens, divinâ charitate re-*
„ *pleta, nullum vitijs & concupiſcentijs aditum penitùs concedit. Fœlix il-*
„ *la conſcientia, in cujus ſecretario, præter amorem Chriſti, qui eſt ſapien-*
„ *tia, caſtitas, patientia, puritas atquè juſticia, nullus amor verſatur alius,*
„ *ubi cor Deum amat, nec ad hominis recordationem aliquandò ſuſpirat: nec*
„ *videre quicquam in mundo tranſitorium optat. Anno Domini 1500. 13. Kal.*
„ *Maij.* h. e.

Bar-

Barchiel Oſayr penarizo chulty meradym phraël melchuſy dayr pean catburmo fabelron erſoty chameruſan iltram pedaly fuar melroſni crymarſy phroyſon, h.e.

Nonus Modus, ADVACHIEL, ſivè 40. Caput.

Carmen: *Advachiel oſayr chameroſy chulty meſano dayr fabelroſi catburmo peon erſoty meos jatoa cabon frilaſto melruſy*. h.e. ſicut dictum eſt, ità fiat.

Exemplum ADVACHIELIS.

Joh. Trith. Johanni Euripano Carmelitano Conventus Damenſis.

Mandavit nobis Sereniſſimus Princeps noſter Marchio Brandenburgenſis, tibi ſcriberemus, ut quantocyùs ad nos Coloniam revertaris & afferas tecum ea, quæ Prior tuus, Majeſtati ſuæ promiſit. Nos Opus noſtrum, de laudibus Sanctorum abſolvimus, quod te, ut reſcribatur, expectat. Moras igitur omnes reſcinde, nè Principis animum offendas. Heſterno veſpere Capellanus noſter Theodoricus à partibus Trans-Rhenanis ad nos reverſus eſt: Et Steganographiam noſtram, quam tantoperè videre deſyderas, attulit. Vale ex Urſulo, 15 die Menſ. Xbris, Anno Chriſti, 1505. h.e.

Carmen: *Advachiel Thresby chamerontis hayr plaſſu nadiel marſo neany peano ſayr fabelron chaturmo melros erſoty caduberoſin anſon*. h.e. Heb hynden.

Decimus Modus HANAEL, vel 41. Caput.

Carmen: *Hanaël myrno chameroſy purmy Aſiriel Aphorſy Lamodin to Carmephin drubas aſutroy ſody baruchon uſefer palormy thulnear aſmeron chorne maduſyn colevy buſarethon duys marpheli thubra naſaron venear fabelronti:* h.e. in pri poſt duas due & una concluditur una.

Exemplum HANAELIS.

Johann. Trith. Georgio Sibuto, S.

Modeſtum te in omnibus exhibeas, & eris ſinè invidiâ glorioſus. Eſt autem Modeſtia virtus, moderatrix animi paſſionum, gratum & ſpectabilem cunctis hominem reddens intuentibus: ut ſermones proferat, librâ juſticiæ examinatos: ſitquè gravitas in ſenſu, & pondus in verbis, modusquè. Non decet, viros Literarum ſtudio deditos, contentionibus in-

„ *ſervire, & rebus utilioribus neglectis, prò inutili ſermone, committere bel-*
„ *lum, quo & mentes præceptorum, à rectitudinis evelluntur ſtatu, & audi-*
„ *torum corda, nè ad ſapientiam pertingant arcanam, nube vanitatis obnu-*
„ *bilata ſunt. Ejus viri doctrinam, libenter omnes admirantur, collau-*
„ *dant, lætiquè ſuſcipiunt: In cujus oratione, modeſtia refulget ſimùl & gra-*
„ *vitas, ubi nulla contentio æmulationis pravæ, nullus faſtus cernitur ſu-*
„ *perbiæ, ſed cum dulcedine vocis, mentis & oris exhibetur tranquillitas, &*
„ *amica ſapientiæ coruſcat humilitas. Nullus enim ſapiens, ſuperbus & ar-*
„ *rogans eſſe poteſt. Qui autem elatus & ſuperbus exiſtit, ſapiens non eſt.*
„ *Maxima nobis humilitatis cauſa, mortalitatis noſtræ conditio eſt: Super-*
„ *biæ verò nullam planè cauſam habemus. Vale. Id. Apr. quarto.* h.e.

Undecimus Modus GAMBIEL, ſivè 42. Cap.

„ Carmen: *Gambiel otiel aproyſſy rachimas thulnear layr mevear thee-*
„ *cralnotiel amerſoti movear phroys lierto mear urneas elty fabelmeruſſa.*
h. e.

Exemplum GAMBIELIS.

„ *Primò quidem & antè omnia, Fratres chariſſimi, ſummè à nobis dili-*
„ *gendus eſt Deus, non aliam ob cauſam, niſi propter ſeipſum, qui ſummum*
„ *& unicum eſt bonum: In quo ſolo, quies & ſalus eſt animæ: Sinè quo non*
„ *eſt ſalus, non requies, non beatitudo, non fœlicitas, nequè in cœlo eſt, ne-*
„ *què in terrâ. Deus enim, cùm ſit omnium rerum cauſa, factor atquè prin-*
„ *cipium, ipſe ſolus eſt animæ beatitudinis objectum: ad cujus ſempiternam*
„ *fruitionem, ſolâ charitate pertingitur, ſolaquè mentis puritate, ad ejus a-*
„ *morem pervenitur. Cum itaquè Deus unicum & ſummum ſit animæ bo-*
„ *num, propter ſeipſum à nobis, ô Fratres, eſt totis viribus diligendus. Extrà*
„ *Deum nihil eſt bonum, nihil quod animam lætificare poſſit in æternum. So-*
„ *lus enim Deus, eſt beatitudinis animæ centrum. Job. Trith. ædidi, Cal. Apr.*
„ *M.D.* h.e.

„ Carmen: *Gambiel moſco urſoty tharvean dayr lays emel thebrean*
„ *raſoly bamerſon:* h.e.

Duodecimus Modus BARCHIEL, ſivè 43. Caput.

„ Carmen: *Barchiel Lamedon, moſco urſoty dayr tharvean lays emel*
„ *thebrean raſoty bamerſon.* h.e. Octava Litera iſt die erſt.

Exem-

Exemplum BARCHIELIS.

Occupandum est bonis studijs ingenium & veræ sapientiæ desiderium, altiùs inserendum, ut cum senectus advenerit, mens cœlestibus informata doctrinis, ad quaslibet fortunæ facies, armata consistat. Neque fratrem te, nos imitari pigescat, oramus, qui annorum vitæ transactæ, ut nosti, tempus, omni studio scripturarum usquè ad invidiam vanarum impendimus. Quod nisi fecissemus, ubi nùnc fortunâ sæviente in nos frater putas, nisi ubiquè jaceremus? Nam etsi parùm evasimus docti, consistere tamen in nobis, Deo juvante, didicimus, variosque & fallaces, fortunæ contemnere vultus, & intelligere, quis sit ignorantiæ finis. Quæ nostra sunt, nemo tollet à nobis: quippe qui nostra nobiscum portare didicimus: omnis parvi jacturam terreni facientes. Neque hujus vitæ nobis defutura timemus necessaria: promissum Dei in Sancto Evangelio certissimum habentes, quoniam ipsi cura est, de nobis. Et quærentibus inprimis cœlestia, nec victus penuria continget, nec amictus. Undè fratrem te hortamur, bonorum imitare studia, non ad vanitatem & quæstum, sed mentis ad cultum, quo lumen veritatis agnoscas, agnitum diligas, dilectum sinè fine possideas. h.e.

Carmen: *Barchiel Merion nodiel burmi raveto badria savepo elar reas penason.* h.e. Ein umb die ander/ ut suprà.



CAPUT

Caput Decimum Sextum sivè Mantissa.

PRomisimus Enodationem Steganographiæ, *quod etiam ut speramus (veluti Lector adhibens collationem nostri Laboris, cum ipsâ* Trithemianâ Steganographiâ, *facilè deprehendet) præstitimus: Ejus scilicet, quæ jam typis excusa habetur, & Libris duobus compræhenditur. Nam quod* Tertium Librum *attinet, is planè imperfectus est, nec hùc propriè videtur pertinere: cùm non agat de Scriptione, sed de tali significatione, quæ sinè verbis, sinè literis & sinè nuncio fit: de quâ agit* Synthematologia. *In cujus rei gratiam, est ut videas* Authoris *Præfationem, tùm* Apologeticam Trithemij defensionem, *quæ exijt* Ingolstadij Anno 1616, *sub nomine* Sigismundi Abbatis de Seon: *tùm quæ scripsit* Janus Jacobus Boissardus Vesuntinus, in lib. de Magiâ, cap. 5. p. 49. *Ejusdem etiam argumenti videtur esse, liber de* Septem Secundeis, Polygraphiæ (*cujus mòx in seq.* libro *descriptio sequitur*) *adjunctus. Quid autem in* Libris Steganographiæ quinque posterioribus, *traditurus fuisset* Author, *non liquet, cùm eorum nè vestigia quidem, probdolòr appareant. Iste verò* Tertius Liber, *de quo modò loquebamur, etsi suo loco sequi debebat: quià tamen ex tenebris illum eruere, mirâ ejus perplexitate deterriti, nondùm nobis permisimus: nequè nos fugit, plurimos, qui ab hisce nostris, seorsìm editos Steganographicos* Trithemij *Libros non habent, nec eos sibi comparaturi sunt, Librum illum tertium desideraturos, vel eò saltem, si ipsi possint, periculo sui cujusquè acuminis facto, in noticiam horum Modorum penetrare. Indè placuit, nè & hac parte* Trithemius *mutilus prodire videretur, eum Coronidis loco attexere, atquè ità & hîc Tertium cum duobus præcedentibus Libris conjungere: Qui ad Editionem* Francofurtensem, Anno 1606, *descriptus* pag. 160. *sic incipit:*

p. 160. » Præfatio.) *Postquàm auxiliante Domino nostro Jesu Christo Salvatore fidelium animarum, primos Artis nostræ Libros duos complevimus, in quibus Steganographiam nostram utcunquè descripsimus: oportet nos hunc tertium librum illis conjungere & mirabilibus adinventis mirabilora copulare. Inveni in quodam libro cujusdam antiqui Philosophi, qui dictus est Menastor, esse possibile, ut quadam arte, mentis nostræ conceptum amico notum faciamus, quantumlibet absenti, in 24 horis, sinè verbis, sinè libris & sinè nuncio, perfectissimè, latissimè & secretissimè. Cum autem desiderio sciendi vehementissimè ducerer: cœpi velle experire dictionum veritatem: & post multos labores tandem inveni ipsam scientiam experientiâ probatam.*

p. 161. » *Maximum est hujusmodi Artis Secretum, & tantis obscuritatibus involutum, ut nulli facilè sit pervium. Menastor enim nimis obscurè & paucis*

paucis verbis mysterium involvit: tantisquè viribus, ut secretum maneat, usus est, ut post eum adhuc nullus reperiri potuerit, qui ausus sit ejus sermonem aliquo documento facere clariorem. Ego autem metuens, tàm mirabile opus propter nimiam obscuritatem vilipendi ab imperitis, aut tandem igni cremari: cum in eo multis probationibus jamdiù sim expertus: ità illud literis commendare apertioribus volui, ut & viris eruditis ac in Magicis studiosissimis, cum Dei auxilio, possit aliquatenùs fieri pervium: & tamen imperitis Rapophagis omni tempore maneat occultatum, & nullatenùs eorum obtuso intellectui cognitum.

Dixit autem Menastor: Septem sunt Planetæ, quibus septem præsunt Angeli: Et illis sunt 21 Spiritus subjecti, per quos nunciantur arcana. *Horum Nomina per Tabulam exponamus.*

Mansiones Spirituum cum Planetis

p.162.

v.r. M.L. n' c.

♄ Oriffiel.	Sadaël	1	—	675	663	651	
	Poniel	2	—	700	688	676	
	Morisiel	3	—	725	713	701	
♃ Zachariel.	Floriel	1	—	575	563	551	
	Ariel	2	—	600	588	576	
	Raphaël	3	—	625	613	601	
♂ Samaël.	Amaël	1	—	475	463	451	
	Asmaël	2	—	500	488	476	
	Nebiel	3	—	525	513	501	
☉ Michaël.	Laniel	1	—	375	363	351	
	Pasaël	2	—	400	388	376	
	Vanriel	3	—	425	413	401	
♀ Anaël.	Zabdiel	1	—	275	263	251	
	Sacmiel	2	—	300	288	276	
	Adoniel	3	—	325	313	301	
☿ Raphaël.	Carmiel	1	—	175	163	151	
	Nabeyel	2	—	200	188	176	
	Pathiel	3	—	225	213	201	
☽ Gabriel.	Remasiel	1	—	75	63	51	
	Tespiel	2	—	100	88	76	
	Theoriel	3	—	125	113	101	

S	Aniel	4	V Venasor	631	20	642	639	
H	Saturnus		Schamaro	627	20	638	646	
O	Kralvotos		Thubrays	626	20	650	634	
O	Ymarona.		Tzatzraym	628	20	639		

Isti

p.163. „ Isti sunt septem Angeli Planetarum secundùm traditionem antiquo-
„ rum sapientum, quorum quilibet ducit Mundum, annis trecentis quinqua-
„ ginta quatuor: mensibus bis binis in ordine suo. Orisiel est Angelus Satur-
„ ni, qui à principio creationis gubernavit Mundum annis 354. mensibus 4.
„ Posteà Venus, deinde Juppiter, post illum Mercurius, ac deindè Mars,
„ posteà Luna, postremò Sol. Quilibet annis 354. mensibus 4. suum Ange-
„ lum in tabulâ sibi communi scriptum dominium Mundi habuisse describ-
„ tur. Itaquè tempore Diluvij ferunt Sapientes Samaëlem Angelum Mar-
„ tis serviviſſe Imperio regiminis: Gabrielem autem Angelum Lunæ tempo-
„ re confusionis linguarum: Michaëlem Angelum Solis, tempore exitus Isra-
„ lis de Ægypto. Et quidem si quis assertioni præfatæ adhibet fidem, per
„ semet ab origine Mundi facilè mutationes temporum, & gubernationem
„ Angelorum usquè ad suam ætatem præscripto ordine poterit supputare.
„ Nos autem ea, quæ nostro conducunt proposito, prosequentes, septem Ange-
„ lis Planetarum prædictis 21 subjectos alios Spiritus, hoc est, unicuique
„ tres, non ambigimus secundùm hujusmodi Artis nostræ institutionem: per
„ quos intentionis nostræ operamur effectum. Ordinem Planetarum con-
„ suetum observabimus, a supremo omnium Saturno incipientes usquè ad
„ Lunam: primo cujuslibet principalis Angeli operationem conscribentes, ac
„ deindè subservientium: Et capitula per ordinem conjungentes.

p.164. „ Cap. Primum. De ORIFIELE, primo & supremo Angelo Sa-
„ turni, & de operationibus, quæ fiunt per eum.) Saturnus Planeta-
„ rum omnium altior & supremus, motu naturâ tardus, frigidus, quia re-
„ motus, difficilis, gravis, à puncto sui principij 650 annis, usquè ad punctum
„ primæ stationis, in quolibet Signo mensibus commorans 30, naturali pri-
„ prio motu movetur 626. Ejus primus & supremus Angelus vocatur, secun-
„ dùm opinionem antiquorum, Orisiel, qui habet sub se alios tres principa-
„ les Spiritus, videlicet Sadaël, Poniel & Morisiel, de quibus suo dicemus &
„ loco & ordine. Per hunc autem Orisielem magnum Saturni Angelum, fiunt
„ multæ & diversæ operationes in Steganographiâ. Per ipsum possumus men-
„ tis nostræ arcanum notum facere amico, artem scienti, ubicunquè fuerit:
„ per literas, si placet: vel etiàm sinè literis, & alia multa mirabilia facere,
„ quæ nemo intelligit alius, qui in hâc nostrâ scientiâ imperitus fuerit. Ita-
„ què volens per hunc Angelum in Steganographiâ quippiam operari, maxi-
„ mè in die Saturni, & in his rebus, negocijs & causis, quæ pertinent ad Sa-
„ turnum: inprimis necesse est, ut motus ejus noveris varios & diversos. Et
„ varios primum, purum, proprium, mixtum, rectum, retrogradum & con-
„ fusum. Et in his omnibus non solùm generales regulas ab Astronomis
„ traditas (quia licèt maximè conducant huic scientiæ nostræ, tamen non
„ penitùs sufficiunt) sed etiam particulares sciat necesse est.

p.165. „ Pro fundamento igitur præsuppositis tabulis & regulis de motibus Pla-
„ netarum, quos omninò scire operantem in hâc Arte necessarium est, specia-
les

les regulas & tabellas punctualium motuum per singula capitula hujus operis adjecimus: Sinè quarum observatione, nemo in hâc Arte poterit operari. Et nota quod dies cujuslibet Planetæ, in quatuor partes æquales dividitur, quarum primam i.e. horas inæquales tres, Angelus ipsius Planetæ Principalis obtinet: Et reliquas tres partes, ejus substituti per ordinem consequuntur. Exempli gratiâ: In die Saturni Oriffiel, primus angelus, ejus tres horas ab ortu Solis inæquales, quæ dicuntur horæ Planetarum, possidet: Secundas tres, primus Angelus ejus Sadaël: Tertias tenet Pomiel Secundus: Et quartas tres horas Morisiel Angelus Orifielis tertius. Sub primis tribus horis diei tàm Saturni quàm cæterarum stellarum in rebus Saturno appropriatis operandum est per Orifielem: sub secundis per Sadaëlem: sub tertijs per Pomielem: & sub ultimis tribus per Morisielem. Et omnes operationes secundum motum Saturni aut prosperum effectum accipiunt aut debilem. Sed jam tabulam punctualem ponamus.

Tabula punctualis.

p. 166. & 167.

	αλφα						
♄	638	672	632	688	701	642	685
644	633	657	696	684	725	639	17
650	635	655	689	βιλϛ	719	633	693
629	642	667	684	719	713	643	696
650	632	658	691	725	708	S. B.	692
645	640	673	692	704	710	657	690
635	637	675	699	725	717	665	691
646	643	660	692	720	707	674	692
636	638	651	698	710	715	21	698
632	634	675	688	721	712	672	693
646	βιϛ	669	684	711	718	667	696
639	669	663	697	707	713	671	968
634	675	658	682	721	709	18	720
641	654	660	680	714	γω	654	707
642	675	667	692	709	641	656	710
649	670	657	683	716	642	671	17
642	660	665	698	717	649	666	722
648	675	662	700	724	646	670	721
638	661	668	685	717	635	671	710
634	651	663	676	723	24	23	10
647	671	659	700	713	644	II I.	712
632	664	χαμμα	694	709	646	681	713
630	659	694	688	722	633	700	710
642	666	700	683	707	635	685	708
633	667	679	685	705	632	683	721
648	674	700	692	717	631	19	714

"	650	667	695	682	708	646	682	725
"	655	673	685	690	723	635	689	715
"	626	663	696	687	725	12	684	721
"	650	659	686	693	710	643	696	714
"	644							

p.168. " *Medio motu Saturni in ſecundum diem, gradum & horam ex tabu-*
" *communibus cognito, diligenter inprimis obſervandum ſcias, utrùm ſit di-*
" *rectus an retrogradus; purus, proprius, mixtus aut confuſus. Hoc autem*
" *ex tabulis communibus non invenies: Idcircò præſcriptam tabulam or-*
" *navimus, in quâ punctum principij, motus ejus & finis poteris invenire*
" *qualibet hora, diviſis gradibus ſimul intercurrentibus in particulis minu-*
" *torum. Ita videlicet ad quodlibet minutum, in duas tres vel quatuor par-*
" *tes horarias, ſecundùm proportionem motus puri aut confuſi, hoc eſt, di-*
" *rum Planetarum conjunctione & ſeparatione obſervatâ dividatur: hoc*
" *poſsibile eſt enim, vel per ſtellas vel per ſpiritus ſtellarum te poſſe ad ef-*
" *fectum hujus Artis pervenire, niſi motu punctuali cognito & diligenter*
" *mè obſervato, tuas operationes ad qualitates Planetarum proprias nec-*
" *ris præcisè ordinare. Nam in diverſis gradibus, ſignis, diebus, horis, mi-*
" *nutis, ſecundis, tertijs & quartis planetarum effectus, quo ad hanc ſcien-*
" *tiam, diverſimodè variantur. In quolibet enim gradu 25 mutationes di-*
" *verſas obſervavimus & invenimus: undè & quemlibet gradum in totidem*
" *partes dividere principales neceſſarium nobis videbatur. Iſta autem di-*
" *viſio non habet locum per omnes gradus, ſed in illis duntaxàt, in quibus*
" *Stellæ nobis ad hanc Artem conducentes oriuntur, cum quibus fit opera-*
" *ad ſignificandum abſentibus omne, quod volumus, miniſterio Spirituum*
" *ſinè literis, ſicut dicemus. Itaquè prima Tabula diviſionis graduum mo-*
" *tus Saturni, quam præmiſimus, primæ quartæ diei vel noctis deſervit pe-*
" *petuò in his, quæ pertinent ad operationem Saturni & Principum ejus.*
" *Secunda verò ad ſecundas tres horas: tertia ad tertias: Et quarta ad quar-*
" *tas. Deindè ſubjecimus punctualem ordinem motus ipſius Saturni in*
" *aſcendente, quandò videlicet fuerit in uno ex primis quatuor ſignis, qui*
" *ſunt Aries, Taurus, Gemini & Cancer. De reliquis octo ſignis etiam Ta-*
" *bulam ordinabimus conſequentem.*

p.169. " # Tabula prima.

	3.		6.	9.	12.	15.	18.	21.
"	♌ 3	♎	♑ 6	♒	♈	♋	♎	♑
"	639	693	16	700	647	716	700	634
"	642	696	639	689	650	722	692	ℳR.
"	633	685	638	697	634	721	691	663

23	25	642	696	☉ 24	714	21	673	"
641	679	633	691	642	24	681	668	"
650	682	13	21	648	724	696	18	"
642	22	644	682	643	710	692	674	"
634	690	648	684	6	721	684	671	"
24	692	643	24		714	24	668	"
647	685	23	679		719		675	"
632	25	0	682		721		666	"
					21		658	"

Tabula.

4.		7.	11.	13.	16.	19.	22.	
♍	♏	♑	♐	♉	♌	♒	♏	" p. 170.
673	706	668	710	672	640	707	697	"
663	725	675	717	667	642	714	692	"
665	714	674	723	660	633	722	684	"
665	24	671	718	20	23	12	24	"
671	717	21	708	668	647	709	700	"
659	709	671	721	675	642	721	691	"
633	19	667	714	674	635	718	691	"
23	722	664	24	24		72	696	"
664	707	24	715				684	"
663	721	669	717	14.	17.	20.	23.	"
673	708	660	708	♊	♍	♎	☌ R	"
668	18	663	18	694	675	639	724	"
18		659	722	696	666	632	717	"
668		671	717	699	659	634	17	"
667	♋	664	710	696	19	633	722	"
664	718	5.	20	689	672	23	717	"
658	725	♎	0	19	657	632	710	"
		634		679		636		"
		646	8.	682	♎	635		"
		635	♒		681	646		"
		646	693					"

Motus Planetarum purus. " p. 171.

♄							
649	549	333	♄	650	626		"
635	538	23	S	675	651		"
646	534	347	P	700	676		"
639	546	342	M	725	701		"
644	535	348	♃	550	526		"
646	25	343	F	575	551		"
635	♂	♀	A	600	576		"
12	427	245	R	625	601		"
647	450	232	♂	450	426		"
642	441	235	A	475	451		"
634	444	25	A	500	476		"
24	24	246	N	525	501		"

"	649	432	240	☉	350	326
"	635	439	246	L	375	351
"	642	447	18	P	400	376
"	646	17	246	V	425	401
"	645	446	235	♀	250	226
"	645	442	☿	Z	275	251
"	634	439	131	S	300	276
"	24	20	142	A	325	301
"	♃	0	135	☿	150	126
"	542	☉	133	C	175	151
"	534	347	23	N	200	176
"	533	342	147	P	225	201
"	23	346	142	☽	50	26
"	546	349	148	R	75	51
"	542	19	143	T	100	70
"	539	343	23	T	125	101
"	19	332	150	*Grad. 26. punctualia 725.*		
		346	139			

p.172. " De vario motu Planetarum, & interpretatione Tabularum.

" *Quamvis in præsenti Capitulo specialis nobis tractatus habeamus de*
" *motibus Saturni & spiritibus ejus, ac de operationibus in Steganographia*
" *per ipsos: nè tamen semel oportunè dicta, cogamur in quolibet capitulo-*
" *rum repetere: monendus Lector studiosus fuerat, ut eorum quæ in hoc ipso*
" *capitulo dicimus, etiam in sequentibus studeat esse memor. Sunt autem*
" *singulorum Planetarum varij motus, & in diversos alios omnes subtilissimè*
" *partiuntur. Motus purus & propriùs multiplex est, & varijs subtilis-*
" *simis divisionibus variatur. Directus, retrogradus, mixtus & confusus,*
" *tot fermè punctis variantur, quot à principio sui motus, in circulo divel-*
" *luntur. Quid dicam de conjunctione ipsorum Planetarum ad invicem?*
" *Nam sicut Ptolomæus in suo Centiloquio ait, centum viginti conjunctio-*
" *nes in ipsis Planetis, videlicet binariæ 21. ternariæ 35. quaternariæ 35.*
" *quinariæ 21. senariæ 7 & septenaria una. Et de his suo loco dice-*
" *mus. De cæteris autem motibus, quamvis dare certum terminum*
" *non possumus propter infinitam diversitatem, quibus quotidiè punctis*
" *crescentibus aut minuentibus variantur ignorantes: ad plenum tamen,*
" *quantùm nos observare potuimus, invenimus divisiones plùs quam*
" *300000. In quibus omnes hujus artis operationes, quo ad effectum, sæpe*
" *variantur. Et nisi quis valdè expertus in omnibus his fuerit, sciatque*
" *motus ipsorum Planetarum medios perfectè, ac deindè minutissimas di-*
" *visiones punctuales, quæ ex quartis, tertijs, secundis, minutis & gradi-*
" *bus inæqualibus subtilissimè divisis proveniunt: facilè in veros errores*
" *incidet, & grave periculum vix evadet. Ad perfectam itaque*

hujus

bujus scientiæ institutionem tres tabulas ordinavimus: In quarum prima motum Saturni, secundùm quatuor partes tàm diei quàm noctis, proprium videlicèt & purum, ad punctualem radicem reduximus, & ad verum ascendentis cujuslibet signi punctum ordinavimus. Incipientes à primo gradu Arietis puncto 61, ♈ II & ♎ totum Zodiacum in secundâ Tabulâ complexi sumus. Deindè in eadem secundâ tabulâ, motum Saturni in quolibet duodecim Signorum, ad omnes quartas diei & noctis ità digessimus ad minutias, ut qualibet hora nobis gradu ascendentis, in quo fuerit Saturnus ipse, cognito, clarè patescere possit radix ipsius punctualis. Semel autem terminata, calculatio alicujus, quod nostra ætas nescio si unquàm pertingere possit, Tabula denuò à capite sui principij incipienda est. In tertiâ tabulâ septenariam conjunctionem Saturni cum cæteris Planetis quæ unica est, ad proportionem puncti reduximus; per quam omnes Conjunctiones 120. facilè ad punctum reducuntur. In eadem tabula purus motus Planetarum omnium per punctualem principij cujuslibet divisionem, progressionem & elongationem à puncto, in quolibet motu cognoscitur, si medius motus antea perfectè habeatur. Nam sinè cognitione medij motus impossibile est aliquem ad practicam hujus scientiæ posse accedere. Rursùs etiamsi medium motum & verum similiter perfectissimè intelligas, nihil tibi ad hujus scientiæ cognitionem proderit, nisi præscriptas tres tabulas ad omnes punctos divisionum in motibus Planetarum à gradibus inæqualibus æqualiter sumptos per minutias singulas ad integrum intelligas. Sed jam ad operationem procedamus.

Cognitis autem omnibus, intellectisquè perfectè bis, quæ diximus, & auxiliante Deo, dicturi sumus: cum volueris in hâc profundissimâ speculatione operari: inprimis oportet te scire ortum, exaltationem & occasum omnium stellarum octavæ Sphæræ, per quas fit operatio: & quantùm qualibet distet ab aliâ. Sunt autem stellæ, per quas operamur ad nunciandum secretum quodcunquè absenti sinè verbis, sinè scriptis & sinè homine nuncio, septingentæ numero, quarum nomina, loca, ortus, occasus, elevationes, distantias, accessus & regressus in libro speciali descripsimus, quos nimis studiosum esset hîc denuò inserendo repetere. Itaquè observatâ stellâ in omnibus sicut oportet, & cognito puncto ascendentis, in quo Saturnus eadem horâ fuerit, si per ipsum fit operatio: diligentissimè considera qualitatem motus ipsius, utrum sit directus an retrogradus, purus an mixtus propriùs an cum aliis impedimentis aspectuum malorum conjunctus discretus an confusus. Deindè punctum principij motus in eodem signo tàm ipsius Saturni, quàm cæterorum Planetarum ei conjunctorum ex tabulis communibus, & his quas præmisimus, subtilissimè & propriè calculatum scribe in chartâ mundâ: & quantùm sit progressus, quantùm elevatus, quantumvè depressus, diligenter observa. Hoc idem facies in cæteris Planetis, Saturno vel illi, per quem fit operatio, conjunctis. Simili modo diligentis-

„ gentissimè observa, quo aspectu se mutuò Planetæ aspiciant, an △□☌
„ vel ✶. Quia in ipsis latet hujus operationis maxima vis. Item ante omnia
„ observes, in quâ quartâ sit Saturnus non solùm quò ad diem aut noctem,
„ sed etiam quò ad signum in quo est, & quò ad Annos à principio Mundi,
„ quando fuit in domo suâ primò creatus: quia omnia ista sunt necessaria.
„ Et nota, quandò Orisiel Angelus Saturni regit Mundum in suo ordine quod
„ regimen ducet annis 354, mensibus quatuor. Tùnc omnis operatio hujus
„ profundissimæ scientiæ, quæ pertinet ad opera Saturni, & quæ sit per eum,
„ facilis est, & sinè magno labore perspicuum consequetur effectum. Et si-
„ mile de cæteris Planetis est observandum. Quicunquè ergò, cognitis prin-
„ cipijs hujus Artis, sinè difficultate voluerit operari per eam; per illum Pla-
„ netam operetur, cujus Angelus principalis isto tempore orbem gubernat,
„ facili calculatione invenitur. Igitur, calculatis diligentissimè omnibus,
„ processurus ad operationem, observa, quis Angelus Saturni præsit illi quar-
„ tæ diei aut noctis: & nomen ejus scribe cum nomine stellæ, per quam vis o-
„ perari, quam te videre necesse est. Omni autem tempore stellas tibi ne-
„ cessarias videre poteris, arte quam tradidimus, sivè in die, sivè in nocte.
„ Deindè scribe in eadem chartulâ, cætera, quæ scis secretissima, cum ex-
„ causto ad hoc, nostro more præparato, sicuti scis. Posteà pone schedu-
„ lam ipsam, quam scripsisti, antè te super mensam: Et scribe in aliam
„ chartam mentis tuæ conceptum, quod vis scire absentem: Et involve hæc
p.175. „ duas schedulas ad invicem, & pone in loco eminentiori antè te super men-
„ sam aut pulpitum. Et dic conjurationem ad Spiritum, per quem operan-
„ ris, sibi appropriatam. Aut si malueris sinè scriptis omnino nunciare
„ Secretum per Spiritum, vel sinè Spiritu; in tuo arbitrio sit positum. Ejus-
„ dem namquè operationis est, cum Spiritu vel sinè Spiritu, secretum nun-
„ ciare amico, paucis alteratis, sicut suo loco dicemus. Jam differentias
„ operationum Saturni & Angelorum ejus, secundùm quatuor quartas prin-
„ cipales cum Conjurationibus unicuiquè per ordinem appropriatis compo-
„ nemus: quibus utendum est, cùm per Spiritum nunciatur arcanum.

„ De primo Angelo Saturni, qui est principalis, & vocatur Ori-
„ siel, qui primam quartam Saturni observat. Primus & principalis
„ angelus Saturni, sicut in præcedentibus diximus, vocatur Orisiel, qui cum
„ cæteris Angelis Planetarum in ordine suo orbem regit annis 354 mensibus
„ quatuor. Hic habet primam partem tàm in die, quàm in nocte: Et per
„ eum fit operatio ab ortu Solis in die, & ab occasu Solis in nocte, usquè ad
„ tertiam horam inclusivè in omnibus, quæ ad Saturnum pertinent, & in
„ ejus die ac nocte, sicut diximus. Cùm itaquè in primâ quartâ Saturni, si
„ liquid volueris nuntiare absenti sinè verbis & sinè literis: tùm Spiritus
„ Saturni non alius, quàm Orisiel, tibi vocandus est: quia per eum potero
„ omnia nunciare perfectissimè. Inprimis considera, in quo signo sit ipse
„ Saturnus, & in quo gradu: Et an sit directus vel retrogradus, & quanto

Plane-

Planetis sit conjunctus. De primo ponamus Exemplum: Ecce Saturnus jam est in 25. grad. Tauri, die 28. mensis Aprilis, anni præsentis, qui est Domini 1500. Nùnc itaquè ducamus 25 per 25 & fiunt 600, hos dividamus per quatuor quartas æquales: & manebunt cuilibet quartæ 150, compleamus omnes gradus Saturni in signo Tauri & erunt 30. Ducamus autem 3 per 25 in toto & fiunt 750. Rejiciamus quatuor gradus superfluos à medio tertiæ, quartæ, & remanebunt 650. Accipiamus nùnc punctum motus Saturni ex tabulâ ad præsentem diem & horam: & scire poterimus, quis sit ortus, elevatio & occasus Angeli Orifielis cum Saturno in primâ quartâ: quibus cognitis, facilis erit operatio nostra. p. 176.

Tabula.

Hora 1.	hor. 2.	hor. 3.	grad.	punct	hor. 1.	hor. 2.	hor. 3.	♂
640	635	22	25.	634	632	632	632	650
642	646	647	3.	646	23	640	640	640
634	25	646	2.	648	640	☿ 24	633	646
646	640	632	1.	632	650	647	632	639
635	646	634	4.	639	644	638	632	650
646	642	12	1.	647	639	639	640	626
			5.					

His diligentissimè consideratis, Orieselem Angelum Saturni constat esse separatum à Saturno 25 gradibus & 15 minutis: & est ad Orientem, a primo puncto motus Saturni 625 gradationibus distans, à fine motus 25 minutis. His cognitis, fac imaginem ex cerâ, vel pinge in chartam novam, figuram Orifielis, in modum viri barbati & nudi, stantis super taurum varij coloris, habentis in dextrâ librum, & in sinistrâ calamum: quem dùm facis, dic: Fiat hæc imago magni Orifielis plena, perfecta & apta, nunciare mentis meæ secretum N. filio N. amico meo securè, fideliter & integrè, Amen. Scribe in fronte nomen tuum cum encausto, ex oleo rosarum temperato, & in pectore nomen amici tui absentis dicens: Hæc est imago N. filij N. cui per Angelum Saturni Orifielem nunciatur mentis meæ conceptum, Amen. In fronte imaginis scribe Merion, *& in pectore,* Troësda. *Deinde conjunge ambas imagines simùl, dicens: In nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti, Amen. Audi Orifiel princeps Stellæ Saturni, & per virtutem Omnipotentis Dei adjuro te, ausculta: præcipio & mando tibi, per virtutem istius imaginis tuæ, ut nuncies N. filio N. hanc intentionem meam (explicetur intentio) quantocyùs securè, secretè & fideliter, nihil obmittens eorum, quæ eum volo scire, & quæ tibi commendavi. In nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti, Amen. Deindè involve ipsas imagines sic conjunctas simùl panno mundo, loto cum aquâ albisine, & pone eas in vas mobile, quod appellant sapientes* p. 177. Ein Red.

„ Indiæ, pharnat abronda: *Et cooperi illud ſuperius diligenter cum corio*
„ *raſo, ac pone in introitu alicujus habitationis clauſæ, ubicunquè volueris,*
„ *ad ſpacium 24 horarum: Et ſinè omni hæſitatione tuum deſiderium intrà*
„ *illas 24 horas perfectè adimpletur: ſcietquè amicus tuus abſens intentio-*
„ *nem in omni formâ perfectiſſimè, ſicut eam ſuper imaginem dixiſti (quan-*
„ *tumcunquè prolixa fuerit) & quicquid illum ex te ſcire volueris, ſciet in*
„ *illis 24 horis perfectè & ſecretiſſimè: ità quod nunquàm in æternum ali-*
„ *quis homo poterit hoc percipere aut ſcire, ſinè voluntate tuâ, aut amici*
„ *tui. Et eſt magnum ſecretum, quod nullus Sapientum, antè nos literis*
p.178. „ *commendare auſus fuit. Amicus autem ille tuus ſi quid te ſcire voluerit*
„ *ex ſuis negocijs: cum eodem Spiritu te poteſt facere certiorem intrà idem*
„ *ſpacium 24 horarum: modò ſit in hâc arte benè perfectus. Tu autem 24*
„ *horis elapſis, leva imagines de loco, in quo poſitæ ſunt: & repone eas, quia*
„ *omni tempore Orifielis per eas operari potes, non ſolùm ad illum amicum*
„ *tuum, ſed ad quoscunquè alios, mutato duntaxàt nomine ipſius amici in il-*
„ *lius nomen, quem volueris aliquid ſcire. Et nota quòd non oportet ipſas*
„ *imagines depingi pulchras aut curioſas: ſed quantumcunquè ſimplices fue-*
„ *rint, nihil refert: modò habeant aliquam ſimilitudinem proportionatam,*
„ *ità ut imagines hominum eſſe cognoſcantur. Qui autem eas pulchrè de-*
„ *pingere voluerit & poterit; nihil impediet nec prodeſt.*

„ De Secundo Angelo Saturni, qui eſt primus ſub Orifiele & vo-
„ catur Sadaël, præſidens ſecundæ quartæ Saturni. *Secundus Angelus*
„ *Saturni vocatur Sadaël, qui eſt primus ſub Orifiele in ordine conſtitutus,*
„ *& habet ſecundam partem poſt ſuum principem, tàm in die, quàm in*
„ *nocte, in operibus & temporibus Saturni: hoc eſt, quartam, quintam &*
„ *ſextam, horas inæquales. Cùm itaquè in his tribus horis aliquid nuncia-*
„ *re volueris ad amicum abſentem in viginti quatuor horis, ſinè literis, ſinè*
„ *verbis & ſinè nuncio: fac id per omnia & ſingula, quæ in operatione præce-*
„ *denti diximus: Et obſerva punctum ſecundi motus Saturni, in gradibus*
„ *ſuis ad ſignum, in quo Planeta ipſe movetur, & qualis ſit motus, & ubi ſit*
„ *Spiritus movens aſtrum, quantùm receſſerit & quantum elevetur à centro*
„ *ſui motus, quantumcunquè diſtet à puncto quolibet totius Circuli ſuæ*
„ *Sphæræ. Ad horum ſcientiam conſequendam eſt tabula hæc:*

p.179. „ Hora 4.	hor. 5.	hor. 6.	hor. 4.	hor. 5.	hor. 6.	hor. 4.	hor. 5.	
„ 669	660	634	673	655	660	♃ 658	668	
„ 675	671	24	663	667	651	660	663	
„ 654	661	666	659	658	675	667	659	♃ ☌
„ 675	657	667	23	18	69	657	556	
„ 25	671	674	672	673	663	665	653	
„ 670	664	667	657	675	23	662	652	

„ *Loco Angeli Sadaëlis ex conſideratione ſtellæ fixæ ad punctum motus*
„ *Saturni invento, fac duas imagines (eo modo, quo diximus in operatione*

præce-

præcedenti) *Orifielis cum inſcriptionibus, conteſtationibus, & alijs ſingulis, quæ ibi dicta ſunt. Quibus completis, pone ipſas imagines ſuper* quinque ramuſculos *herbæ* thrasnote *extrà domum, in loco ſecuro & ſecreto & dic ſuper eas: In nomine ✠ Patris & ✠ Filij & ✠ Spiritus Sancti, Amen. Sicut iſtas duas imagines Sadaëlis Angeli & N. filij N. amici mei ſimùl conjunctas ſuper hos quinque ramos mobiles poſui; ità tibi Sadeel in virtute Orifielis principis tui magni præcipio, ut mentis meæ ſecretum, quod tibi explicando commiſi, ſinè morâ, ad noticiam præfati perferas amici. His dictis dimitte ibidem imagines per 24 horas; Et fiet quod voluiſti: ſcietquè amicus tuus omne, quod ſuper imagines dixiſti, præfectiſſimè ac ſecretè. Item ſi volueris, de aliquo abſente ſcire, quomodo valeat, & verum ſtatum ejus in 24 horis: quantumcunquè longè ſit, iſto modo ſcire poteris.* Et omnia quæ fiunt in Mundo, Conſtellatione obſervatâ, per hanc artem ſcire poteris.

i. e. digitos.

i. e. Hand.

N.


De tertio Angelo Saturni, qui eſt ſecundus ſub Orifiele, & vocatur Pomiel, præſidens tertiæ quartæ Saturni. Tertius Angelus Saturni vocatur Pomiel, qui eſt in ordine ſecundus ſub Orifiele, principali Angelo Saturni: & præſidet horæ Saturninæ, ſeptimæ octavæ & nonæ, tàm in die, quàm in nocte, in omnibus, quæ pertinent ad operationem Saturni. Locum ejus, quoniam cum ſuo movetur ordine ad ſtellas fixas 25, gradibus ab Oriente, per tabulas diſpoſitis ſuis horis, ità invenies:

p. 180.

Hora 7.	hor. 8.	hor. 9.	hor. 7.	hor. 9.	hor. 8.	hor. 7.	hor. 8.
694	685	684	698	♃685	680	683	693
700	696	12	688	676	692	685	688
679	686	691	684	700	683	692	684
700	682	692	24	694	23	682	24
24	696	699	697	688	698	690	0
695	689	692	682	18	700	687	677

Motu Saturni certificato, & invento punctuali loco Pomielis fac duas imagines per omnia, ſicuti diximus. &c.

LIBER



Liber Quartus,

ADUMBRATIONEM ULTERIOrem Steganographicorum modorum, tum Telam Polygraphicorum Pertexens.

TABULA Synopsin hujus Libri continens

- Comparatio Dictionum (vid. Tab. Lib. 2. in f.) est aut c. 1. Dictionum
  - Verarum: Et fit aut Modo
    - Simplici per Nomenclationem, c. 2.
    - Qualificato per Nomenclaturæ applicationem, c. 2.
    - Adornato, per Veri Sermonis seù Orationis confectionem: Ubi interest an Dictionis Littera sit significativa
      - Prima: Et tùm contingat comparatio per Processum, c. 3.
        - Directù, ratione vel
          - Communiori, quæ adhùc vel
            - Simplex: vid. c. 3. 4. 5. 6. Lib. 3.
            - Alterata per anomaliam, c. 7. d. Lib 3.
            - Vestita Linearum accessu, c. 8. d. Lib. 3.
          - Adstrictâ ad Dissemi-nationis artificia, c. 10. & 11. Lib. 3.
            - Subsultoria,
            - Gradualia,
            - Successiva.
          - Arbitrariâ per Clavis Electionem, c. 3. h. Libri
        - Obliquum: Vid. c. 12. Lib. 3.
        - Inversum: c. 9 & 11. Lib. 3.
      - Ultima, c. 4.
      - Quælibet indeterminatò alia ubi proceditur aut
        - Ordinariè, per rationem dispositionis, c. 5.
          - Simplicem,
          - Alteratam,
          - Singulariter vestitam.
        - Arbitrariè per Clavis Electionem, c. 6.
        - Fortuitò per Instrumenti usum; c. 6.
  - Fictitiarum: Fit itidem c. 7. modo
    - Simplici,
    - Ampliori,
    - Artificiali.
  - Artificialiter constructarum: Ubi tractandum fuit, de
    - Polygraphiâ, ejusquè
      - Nomine,
      - Authore defenso.
      - Contentis formulis
        - Primâ, Lib. 2.
        - Secundâ, Lib. 3.
        - Tertiâ, Lib. 4.
        - Polygr. Trith.
    - Formulis, aliorum ad exemplum conceptis, c. 9.
      - Schwventeri,
      - Portæ,
      - Oetingensis Comitis.
    - Velamine quærendo, c. 10.

CAPUT

CAPUT PRIMUM.

De Comparatione Dictionum adhùc in genere.



SUPRA Lib. 3. c. ult. *SUPERINDUCTIONIS OCIOsarum Literarum, quæ non nisi mediante Comparatione Dictionum contingit, Modos tres Occultandi constituimus: Comparationem primò Verarum Dictionum: 2. Effictitiarum, & 3. quarundam Artificialiter Positarum. Quia verò* Enodatio Steganographiæ Trithemianæ, Libro integro tertio *à nobis proposita, Primi istius Modi, Comparatione Verarum Dictionum constantis, totam Explicationem videatur absorbuisse, jam ad reliquos duos statim esset pergendum: Verùm cum quædam adhùc ad primum istum Modum pertinentia, à* Trithemio, *omissa sint: Hinc paucis eundem reassumere, & totam Rationem Comparationis istius Dictionum quarumlibet, adumbrare denuò instituemus. Stat itaquè hoc primum, quòd* Comparatio Dictionum, *sit 1. aut* Verarum: *2. aut* Fictitiarum, *3. aut* Artificialiter *Positarum: Quarum quælibet Species, alia atque alia ab invicem esse videntur.*

Comparatio Verarum *Dictionum, aut fit* Nomenclatione Simplici, *aùt* Qualificatâ, *aut* Confectione verę alicujus Sentētię & Orationis.

De Nomenclatione Simplici, *tùm* Qualificatâ *agemus hîc c. 2. Quòd* Confectionē Veræ Sententiæ *attinet, ea vel pertinet ad Dictionis Consignificantis, id est, tàm ad secretam, quàm vulgarem & larvatam orationem facientis, Initialem Literam vel Ultimam, vel indeterminatò Quamlibet. Si Comparatio Sermonis ad Literam Initialem facienda, tùm utimur Processu aut* Directo, *aut* Obliquo, *aut* Inverso. *Si utimur* Processu Directo, *tùm id fit, modo quodām* Communiori, *aut ad* Dissemināti*onis artificia adstricto, aut per* Clavis *electionem arbitrario. Si Communiori; & tùm Comparatio Dictionum aut fit ratione* Simplici, *aut* Alteratâ, *aut* Vestitâ. *Hucusquè Sectio procedit. Nùnc quod Comparationem Veri Sermonis Directam Communiorem, & hujus Specialissimos Modos; Simplicem, Alteratum & Vestitum spectat, de eo Cap. 3. 4. 5. 6. 7. & 8. Superiori Libro tractatum. Sicùt & ea Directa Comparatio, quæ ad Projectionis istius artificia astringitur, c. 10. & 11. ibidèm tradita. Eam verò, quam per* Electionem Clavis Arbitrariam *diximus, omissam deprehendimus, quocircà* Cap. 3. *hîc de eâ nonnihil explicabimus. Absolutâ Comparatione Directâ, tùm de* Obliquâ, *quæ per Transpositionem fit, tùm de* Inversâ, *quæ in omnibus contrario modo procedit agendum; veluti itidèm* Libro 3. c. 12. *tùm etiam* præcedenti c. 11. *ex parte factum est. Hinc vela contrahenda, & ad istos Modos, ubi* Ultima, *vel prætèr Primam & Ultimam,* Alia *Dictionis Litera significat, sicùt & reliquos residuos Modos accedendum; Quod hîc* Cap. tertio & sequentibus Capitibus *fiet; Ut suo loco porrò patebit.*

CAPUT II.

De Comparatione Verarum Dictionum tùm Simpliciori tùm Alteratâ, seu novè Qualificatâ.



Superioribus Distinctionibus consequens est, ut primùm de Nomenclatione *agamus; Sicùt & de Nomenclaturæ factæ peculiari* Applicatione. *Quod Illam attinet, ejus omnium facillima est ratio, Dictiones seù Vocabula, Primis Literis (nisi alternatim aut intermixtim eadem quoquè otiari velis) secretum referentia, colligendi. Quod toties variari potest, quotiès ad Principalem Tertium Modum, Variatio contingit:* tot. Lib. 3. præc. *Sed non multùm gratiæ deprehenditur, si ita nudus hîc Modus acceptetur. Prudens itaquè Cryptographus, colorem huic rei quærat, quod hac vel aliâ ratione fiet; Ut fingat negocium sibi datum inquirendi in Bibliothecam, exponatquè deinde se id perfeciſſe atquè reperiſſe ibi hos sequentes Authores,* Augustinum, Basilium, Cyprianum, Damascenum, Eusebium, Fabrum &c. *Quibus prò Secreto ità recensitis, demùm significat, si emtos hos velit, centum Florenos transmittat &c. Nè res Exemplo careat, sequens damus, ejusmodi artificio constans, quod cum Dissemination quadam Directâ Literarum Secreti, conjunctum est:* Vid. Sup. Lib. 3. c. 11. & Lib. 2. c. 7. *ad hunc modum:*

Hæc ultimo loco, ità ut vides transposita, referunt Alexandri Severi *ista verba:* Inviti non ambientes in Rempublicam collocandi.



CAPUT

CAPUT XII.

De Transpositione Obliquâ, in Consonantes octo vel quatuor, connexam habente Clavem.

SEquitur tertius *Modus Particularis* (vid. c. præc.) *ubi tantùm utimur* quatuor vel octo Consonantibus *transpositis per se, ad Secretum exprimendum. Sic tamen aliter non expeditur, nisi* Clavi, *id est, sententiâ alicujus, ceù operculo vestiatur & tegatur: cujus beneficio Lector, in Secreti noticiam postmodùm venire possit. Cum enim in priori Modo, ubi quatuor Consonantibus scribimus, quælibet Consonans, quatuor significet Literas, & in posteriori Modo, ubi octo Consonantibus utimur, quælibet duas Literas exprimat: binc Indice quodam opus est, ut sciatur, quænam Litera, Transpositoriâ illâ Consonante sit intelligenda: veluti subsequens explicatio, porrò demonstrabit. Utriusquè Modi (patè vel quatuor vel octo Consonantibus scribendi) Tabulas, unà cum Alphabeto transpositorio, ex* Vigenerio, pag. 266. a. b. 267. a. & 222. a. *subsequenti figurâ, subjicimus.*

1.

F post literas				G post literas			
3	4	5	6	3	4	5	6
a	f	h	k	v	x	m	c
L post literas				X post literas			
3	4	5	6	3	4	5	6
j	ſ	n	∂	u	o	t	y

2.

Uni octo harum literarū impariū

A	C	E	I	M	O	R	T
appo sita ſ valet	g	k	g	x	y	z	∂
	j	f	m	n	o	p	r

Post octo has literas pares

B	D	H	L	N	P	S	V
f valet ſ	g	k	g	x	y	z	∂
	t	u	a	b	c	∂	e

a	b	c	∂	e	h	j	k
m	n	o	p	r	ſ	t	u

Alphabetum Transpositorium, quod subjectum Tabulæ reperitur, utriquè Tabulæ inservit, ob rationem alterius Secreti tegendi. Sciendum enim, duplex hîc thema secretum esse, quorum alterum, nudâ & simplici transpositione (de quâ etiam suprà cap. 6.) *continetur, & ad alterum thema secretum seu principale, quod tantùm quatuor vel octo Literis tegitur, refertur. Cur verò duplex adhibeatur Secretum, ratio in promptu est, quia illud hujus principali Secreto, quod maximè intendimus, inservit, tùm ad assignandam, tùm inveniendam Clavem. Etsi verò & hîc Sententia apertè relicta, Clavis inventioni sufficere poterat, ut fit aliàs: quia tamen suspiciones res non careret, si inter aperta verba, Literæ quædam insere-*

quen-

quentiores, quibus secretius thema scribitur, solæ interjectæ reperirentur, hinc Transpositione mutuâ, ejusmodi sententia, etiã vestienda fuit: ut series tota uniformis esset, atquè alicui, sicubi fortè illius sententiæ, quæ simplici Transpositione constat, interpretationẽ nactus sit, facilè imponi posset, quasi reliquæ quatuor vel octo Literæ intercalares, secretiori intentioni inservientes, ociosæ & tantùm tegendi gratiâ, interjectæ essent. Quibus ità præmissis, ad priorẽ Tabulam nos convertamus, ubi ratione quatuor Cõsonantium, F.G.Q.X. Literæ sedecim, quarũ potestas, in quatuor istas, ibi exulantes Cõsonantes, transfundenda, in quaterniones distributæ, inveniuntur. Numeri verò 3.4.5.6. in qualibet quaternione Literis superscripti, Clavem subministrant. Usus & Applicatio in eo cõsistunt, ut primò ponatur quoddam thema secretũ, quod principaliter tectum & occultũ cupis: Quale e.g. sit hoc thema, Expende: quod hìc scribendum Ecspende: Deindè etiam in chartam aliquam alteram, quampiam sententiam conjice, quam ad subjectũ Alphabetũ simpliciter transpone: Quale e.g. assumemus, Omnium rerũ vicissitudo. Quibus peractis, in Tabulâ, quære Literã principalioris Secreti E, & prò eâ invenies Consonantẽ G: Deindè Literam C, & reperies itidem Consonantẽ G: posteà S, & se ostendet Consonans Q: Ulteriùs P, & habebis X: atquè sic deinceps perge. Quia verò quælibet quatuor illarũ Consonantiũ, F.G.Q.X. quatuor subjectarum Literarum potestate gaudent, Clavis seù Numerus indicat, quot Literas Secreti transpositi, Cõsonantibus quatuor principalioris Secreti, præponere debeas. Si itaquè jam occultè scribere velis, ECSPENDE, præmitte ratione Literæ E, tres Literas ex transpositâ sententiâ, & sequatur Consonans G: deindè ratione sequentis Literæ C, præmitte sex Literas, iterùm ex transpositâ Sententiâ, & pariter sequatur Consonans G: ulteriùs ratione S, quatuor, quas sequatur Consonans Q, & ità pergas, donèc talis structura, utriusquè thematis exurgat: Cabgtlaereglaltqothhtixlpcgerhdtqotmhltqbrag.

Tabulam Posteriorem quòd attinet, eam priùs contemplabimur, moxq; ipsum demonstraturi. Duo ordines, sub distinctione Parium & Imparium Literarũ, quæ in universum sunt sedecim, deprehenduntur. Dicuntur autẽ Literæ Pares vel Impares: quòd Impares Literæ, in ordine Alphabeti contracti reperiantur sub impari numero, nimirùm 1.3.5.7.9.11.13.15. Pares verò sub pari numero, nempè 2.4.6.8.10.12.14.16. contineantur. Majores Literæ, tàm Pares quàm Impares, subministrant Clavem. Consonantes octo, in utroquè ordine, ratione Transpositionis positæ, ut F.G.K.Q.X.Y.Z. ac nota & (prò quâ nos reponere possemus, Literam V V) secretiori tantùm inserviunt Scriptioni, reliquis exclusis: Cæteræ minusculæ, inserviũt sententiæ occultiori trãsponendæ. Usus in eo est, ut eligatur thema secretũ, quale est: Ecspende singula benè: Et aperta Sententia, quam non refert alium scire; hanc transponas: E.g. Omniũ rerum vicissitudo: Respicias finẽ. Quære itaquè primò Literam E: Tabula indicat, proeâ ponendam notam &. Cui præponendæ ex Literis apertæ, seù potiùs simpliciter transpositæ Sententiæ, tot Literæ, donèc occurrat una majuscularum Literarum, quæ in ordine Parium invenitur (Nam in ordine Imparium, hæc Nota, denotat Literã R) quam positã, proximè insequatur Consonans secretioris Thematis: Quo Processu utaris, donèc utrumquè thema absolveris: Et habebis talem structurã: Cab&tlyaerelfazl&txothzh&tilfpcgexrghkdtkotmhqlxtb&rxa&.

CA-

CAPUT XIII.

De Transpositione Obliquâ Literarum, in combinatas pauciores Literas, Simpliciore.

HAbuimus Transpositionem Obliquam, tùm in Literas (vid.c.6.) *tùm Consonantes* (cap.11.& seqq.) *sed singularias. Sequitur nùnc* Trãspositio Obliqua, in pauciores quasdam Literas combinatas, *seù simul junctas, quibus tamen semper non nisi una Secreta Litera exprimitur. Qui Modus in genere ità peragitur, ut duabus, tribus, quatuor, quinque aut septem Literis, non per se singulariè, ut antè, sed variè inter se junctis & combinatis, omnes Literas exprimere, atquè ità omnia scribere valeamus. Quia verò hìc procedere itidem possumus tripliciter: vel* electione unius, duarum vel quatuor ordinatâ; *vel* selectione unius literæ arbitrariâ; *vel* collectione duarum vel trium fortuitâ: *Hinc tres oriuntur subdistincti Modi: de quorum duobus* hoc, *de tertio* cap. sequenti *tractabimus.*

Primus Subdistinctus Modus, *contingens electione unius vel plurium Literarum, per ordinem certum combinatarum, eâ ratione variat. Si enim quatuor Literæ, putà A.B.C.D. eliguntur, tum is ordo & ea dispositio tenenda, quam sequens exhibet schema:*

A.E. I.O. U. B. C. D. F. G. H. K. L. M.N.P.Q.R. S. T.
c. d. b. a. cd. dd. bd. ad. dc. db. da. cb. ca. bc. ba. cc. ab. ac. bb. aa.
VV. X. Y. Z.
ccc. ddd. bbb. aaa.

Exemplum sit hoc, ex Schvventero, pag. 221. *desumptum. Ba.b. bc* d.b.ba* db.d.bb.bd. da.b.ac* bb. a* a. dd. d. ba* d.b.ba.d.ba* d. ba.db.d. ba* da. c.ca.bb* da.c.aa.* db.d. cd.bb* bb.b.d.ad.da.d.b.bb* ccc.c.bb.bb. d.ac* ad. c. ac. d.b.ba* cd.d.ac.bc.c.bd.da.bb* ad.c.bb* cb.d.b.ba* ca.cd. dc.aa* ad. c. ac. d.b. ba* cb.a.bc* ca. c.bb* d.bb* b.ba* d.b.ba.d.ba* aa. b.d.dc.d.ba* dd.ac.cd.ba.ba.d.ba* bb. a* ccc.b.ac.ad.bb* b. ba* d.b.ba.d. ac* bb. aa. cd. ba. ad. d.* aaa.cd* d.bbb.bb.bb* c.cd.bd.da* bc.b.aa.aa.d. ba* b.bc* bb. a. bc.bc.d.ac**

Si verò tribus tantùm Literis volumus scribere, tum sequens dispositio obtinebit, quam proponit Vigenerius d. Tr.d.Cyphr. pag. 200. *veluti Tabula penultima* lib. 6. c. 4. *relata, docet. E quâ primum illud hùc quadrans Alphabetum, tantùm adducemus, quod ita habet:*

A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L LL. M. N.
ccb. caa. cab. aaa. aab. aac. aba. abb. abc. aca. acb. cba. acc. bbb.
O. P. Q. R RR. S. SS. T. V. X. Y. Z. &
bba. bbc. baa. bab. cbb. bac. cbc. bca. bcb. bcc. ccc. cca. cac.

Quo Alphabeto, si hanc sententiam scribas: Omnium rerum vicissitudo: *hæc exit structura:* Bbaaccbbbabcbcbacc, babaabbabbcbacc, bcbabccababccbcabcbcabccaaabba.

Alter

Alter Subdistinctus Modus *seù Processus fit, si tantùm una Litera per arbitrariam ejus multiplicationem seligitur, & alia atquè alia Litera distinctionis gratiâ, interjicitur. E.g. Si usurpanda venit Litera C, distinctionis gratiâ arbitrariè apponimus A & B. Praxis plana fit, proposito ad eam rationem disposito Alphabeto & subjecto Exemplo:*

A.	B.	C.	D.	E.	F.	G.	H.
c c c.	c c cc.	c c ccc.	c cc c.	c cc cc.	c cc ccc.	c ccc c.	c ccc cc.
I.	K.	L.	M.	N.	O.	P.	
c ccc ccc.	cc cc cc.	cc cc c.	cc cc ccc.	cc c c.	cc c cc.	cc c ccc.	
Q.	R.	S.	T.	V.	X.		
cc ccc c.	cc ccc cc.	cc ccc ccc.	ccc ccc ccc.	ccc ccc c.	ccc ccc cc.		
Y.	Z.						
ccc c c.	ccc c cc.						

Sit Exemplum: Fide, sed cui vide. C cc ccc a c ccc ccc a c cc c b c cc cc a cc ccc ccc b c cc cc b c cc c a c c ccc b ccc ccc c b c ccc ccc a ccc ccc c b c ccc ccc a c cc c b c cc cc.

CAPUT XIV.

De Transpositione Obliquâ, per dispositionem Alphabeti.

TErtius Modus seu Processus, *consistit in collectione Literarum, ad Transpositionem selectarum, fortuitâ, per dispositionem Tabulæ: Pendet enim hæc Fortuita combinatio ex structurâ unius Alphabeti, in Tabulâ & ejus capsulis inclusi, cui exteriùs Literæ valentes, tres vel quatuor, bis in modum normæ sivè quadræ, semel superiùs & semel à latere, sivè dextro, sivè sinistro apponuntur, eò fine, ut Literæ secretæ sententiæ & orationis, aptâ & legitimâ ratione, in tres vel quatuor, vel ad summum quinque illas exteriores Literas, simul junctas, possint transfundi.* Cardanus Lib.12. Varior.61. *Et* Porta lib.2. c.12. *sicut & Alij, inter quos & noster* Vigenerius, *hujus generis Tabulas confecère, quas eo ordine illustrabimus, ut primo Tabulas & earum rationem, deindè usum proponamus ac indicemus.*

	AA	BB	CC	AB	AC	BC	CB
A	a	d	g	e	o	x	u
B	e	e	g	m	p	s	x
C	c	f	i	n	q	t	z

Prima hæc Tabula, apud Vigenerium in Tr. de Cyph. p. 201. *extat.* Porta *verò* d.lib.2.c.12. *nonnihil ratione exteriorum Literarum, hanc sicut & insequentes immutat. Tres enim vel quatuor Collaterales Literas, ad dextrum latus apponit: Sed parùm interest, nisi quod isto Modo, à Superis ad Collaterales descendendo, hoc verò ab inferioribus, ad superiores ascendendo, scriptum conficimus.*


	3 F 5	2 G 6	3 Q 7	4 X 8
1 F 5	a	e	m	x
2 G 6	b	g	n	s
3 Q 7	c	i	o	t
4 X 8	d	f	p	u

Secunda Tabula, desumpta ex Vigenerio pag.243. b. *hoc habet proprium, quòd veluti in superioribus, tribus Literis: ità hîc quatuor scribamus, & interior Tabula, sedecim tantùm Literis constet: quò fit, ut ex hisce octo Literis, F. G. K. Q. T. X. Y. Z. quatuor eligi, & prò majusculis, apponi poss. nt. Sed & hoc observandum, quòd se interius Alphabetum ità disponi, ut Literæ per quaterniones in transversâ Lineâ areis se inscribantur.*

* * * *

Tertiâ Tabulâ, itidem depromptâ ex Vigenerio, pag. 202.a. *quinque scribimus Literis, sed eâdem dispositione manente, adhùc possumus describere quatuor Literis: putà si in Lineâ transversali, prò majusculâ Literâ E, duplex DD substituatur. Leviusculum & hoc est, quòd interius Alpha-*

* * * *



Alphabetum ordiri possumus à Literâ A: Sed occultior evadit forsan Scriptio, si Litera A in ultimam rejiciatur cellulam.



Quarta Tabula, ex Vigenerio, pag. 202. b. *vindicat sibi præcipuum, quod Vocalibus tantùm scribere hîc liceat.*

Usus & praxis quatuor harum Tabellarum est ejusmodi: Ponatur scriptum, quodcunquè occultare vis, antè oculos: E.g. hæc sententia: Germania discors. *Jam quæratur areola seu capsula, ubi Litera G continetur: Eâ repertâ, capias illam Literam primò, quæ est è regione rectâ appositâ: mòx etiam alteram, quæ è majusculis transversis, capiti directo imminet: quas ad exprimendum Literam G ponas, ac in chartam conjicias. Sic si respicias primam Tabulam, evenient illæ Literæ Acc: Si secundam* qg: *si tertiam* bb. *si quartam,* ee: *Exemplum verò integrum dictæ sententiæ, ad Tabulam tertiam collatum, ejusmodi est:* Bbdacdbcdeccdbdecadbddbadccddd. *Caterum hæc res ità variari potest, ut incipias scribere, à Literâ majusculâ transversali, sicut anteà à perpendiculari. Si etiam lubet, prima dictio ad hunc, secunda ad illum Modum variando scribatur. Præterea Tabulæ secundæ usus peculiaris est, in notis numeralibus, de quo* Lib. 6. c. 19. *suo loco videbimus. Sic ultimæ quoquè Tabulæ usus singularis, ad* Tab. 1. c. 11. *sup. propositam, destinatur, qui ejusmodi est: Juxtà hoc artificium sequens vel similis sententia transponitur:* Omnia conando: Joieiieouo aeiöiiuoiiaiio. *Hæ vocales* d. tab. 1. *Exemplo transpositio, (quod ejusmodi est,* xſtqcſ &c.) *variè prò libitu intermiscentur, hoc modo:* xſt qiocſzlicſcqgeq&&qiibchxeo &c. *Hæc ratio occultandi insignis est. Cùm enim in Exemplo principali Tabulæ primæ, nullæ appareant vocales, suspicio suboritur, Consonantium aliquas, locum harundem subire. Quòd ne fiat, tùm ut intricatissima magis Scriptio evadat, juxtà hoc artificium, aliæ sententia quævis transponenda, & uti dictum, ità intermiscenda est. Idem tu quoquè facere potes, si è quatuor vocantibus secundæ Tabulæ, e. g. F. G. Q. Z. primum Secretum extruas, atquè reliquis Literis, aliter transpositis, aliud Secretum involveris, & invicem miscueris, veluti jam es edoctus.*

CAPUT XV.

De Transpositione Inversâ.


TErtium commutandæ Potestatis Literarum Genus fecimus Transpositionem Inversam: *Quæ differt à prioribus, ratione objecti transponendi. Nam in Transpositione* Directâ *possunt aut una seorsim, aut simùl binæ aut ternæ Literæ transponi; In* Obliquâ *semel tantùm una: In hâc* Inversâ, *semper duas Literas simùl transponere necessum est. Cæterùm Inversa dicitur Transpositio, quia Transpositionis faciendæ, alia hîc ratio. A duobus Alphabetis, tabulam ex parte dimidiâ ambientibus incipimus & acquiescimus in areolâ seu angulo cohærentiæ: Quod secùs fit in Directâ;* vid. c. 8. vers. Quod si mavis quadrato &c. *Et in Obliquâ,* vid. c. 14. *Sed non sola hæc, quin in specie longiùs progreditur Inversionis ratio. Est enim, ubi non tantùm dictus Processus ab Alphabetis exterioribus, ad angulum contingentiæ, qui suo modo & directus videri possit, observatur, sed ulterior progressus fit, per reflexionem quasi, ab angulo contingentiæ, ad extremum Alphabetum & Literam isti areolæ correspondentem. Est etiam ubi unicâ Literâ simpliciter duæ transponuntur, ubi tamen Signis opus est. Ex quibus satis facilè intelligitur, tres hujus Inversionis Modos dari; Quorum unus* Simplex *magis; Alter plùs continens,* Artificialis; *Tertius utriusque participans,* Mixtus *deprehenditur. Hos Modos nùnc ordine excutiemus.*

CAPUT

CAPUT XVI.

De Transpositione Inversâ, Simplici, duarum per se Literarum.

Quid Transpositio Inversa Simplex *sit, hauriendum ex* vers: Cæterùm Inversa &c. cap. præcedentis: *Ea autem fieri potest, scribendo duabus, aut tribus, aut pluribus Literis. Quando duabus Transpositorijs, quæ uno artificio simùl sistuntur, scribendum, tùm opus habemus ejusmodi Tabulâ, quam nobis* Vigenerius, pag. 184 & 238 *fabricavit atquè exhibuit: Cui explicationem & applicationem mòx subjungemus.*



Tabula constat duobus Alphabetis, cui tertium ex accidenti accessit: Interiori nimirùm, Medio & Extremo accidentario. Interius *Alphabe-*

tum continetur multis areolis & capsulis; in quibus binæ Literæ Alphabeti semel & vicesies variati, variè quoquè combinatæ, pro Scriptione reperiuntur. Medium *est, quod modò transversalitèr, modò à sinistrò perpendiculariter majusculis Literis, inter Interius & Exterius intercedit, & duabus Secreti Literis, transpositione exhibendis, inservit.* Extremum *itidem à capite & sinistro latere, Tabulam extremè ambiens, prò Lectionis facilitate tantùm, adornatum est, ut Lector eò faciliùs capsulam Literarum transpositarum invenire queat.*

Praxin ità cape: Resolvendum Secretum in binas semper Literas, vel simpliciter ità: Cras ex pect ab is ad ventum meum: *Vel Secreti Literis ex æquo in duos ordines bipartitis, (ut Literæ hæ* Cras expectabi: *priorem: reliquæ* s adventum meum: *posteriorem ordinem constituant) ità Literæ combinandæ, ut C ex priori, S ex posteriori ordine desumpta, conjungantur ad hunc modum:* Cs ra ad su ee xn pt eu cm tm ae bu im. *Vel jungenda Secreto alia verba, sivè secretum itidem sensum habentia, ut hæc:* Hodie venit ad me ille quem nosti: *Quæ si Literis Secretum non æquant, repetantur quousquè opus: Undè talis structura prò utroque dicto Secreto transponendo exurgit:* Ch ro ad si ee xu pe en ci tt aa bd im se ai dl ul ee nq tu ue mm mn eo us mt. *Combinatione Literarum ità factâ, adsume vel* Cr *vel* Cs *vel* Ch (*Nihil enim ad hoc interest, quæcunquè resolutione Literarum usus fueris*) *Et primò e. g.* Cr. *in Tabulâ ex medio Alphabeto transversali, à capite posito,* Literam C, *ex perpendiculari Literam R quærè: Quibus inventis, ostendunt binæ istæ* Literæ, *Lineâ tùm perpendiculari, tùm transversali, capsulam (quæ angulus communis seù contingentiæ vocatur) sivè locum illum, in quo binæ transpositoriæ latent, & ex quo ad scribendum depromendæ sunt: Atquè ad eundem modum, cum reliquis est faciendum: Ità fiet ut ad primam resolutionis rationem, talis exurgat structura:* Zzxufbzmbzeugfguermmx thmr. *Sed non necesse est, ut semper à capitalibus Literis incipiamus, sed prò lubitu etiàm à perpendicularibus exordiri licet: E. g. Si secunda resolutio* Literarum transponenda, Litera *C in perpendicularibus, primò, deindè S in transversalibus quæsita, manifestat in angulo contingentiæ* Literas transpositorias Ap: *Quod si perrexeris transponere, jam habebis ejusmodi structuram:* Apuugasrnboioqerrhlhhbbrah. *Poterit etiam quis tertiò quidem incipere à Literâ Transversali seù Capitulari, & alteram sumere è perpendicularibus: Sed in scribendo areolæ Literam posteriorem præponere, ac posteà priorem ei adjungere ex conventione Partium, integrum est. Quo instituto observato, jàm tertiæ resolutionis secreta, hac Scriptione præsentantur:* Zoolugpgbnsxmzbuzpqsa dxhfapcunarrlbnihqtrehchdbxrshl. *Qui scribendi rationem hanc tenet, is quoquè transpositam Scripturam, puto tabulâ adhibitâ capiet: Sed quia primo intutu receptacula seu areolæ transpositarum Literarum*

cùm

citrà perlustrationem Tabulæ diligentem, obviam non fiunt, undè Lectori festinanti nonnihil molestiæ & moræ injicitur; Huic rei, Extremô illô majusculô Alphabetô ità consultum est, ut si à Transversalibus, vel econtrà Perpendicularibus Medij Alphabeti inceperis, & concursu Literæ Perpendicularis, aut etiàm Transversalis, angulus contingentiæ apparuerit, Scriptor post binas Literas, illam adjiciat Literam, quæ isti angulo, quo binæ Literæ deprompta, sivè à Latere sivè à Capite, in extremo Alphabeto correspondet. Quâ re & Scriptor hoc consequitur, ut appositione illarum nihil Secreti participantium Literarum, res indagatu evadat obscurior. E.g. Literæ Cx, ut superiùs dictum transponendæ incidunt in areolam, quæ continet zz. Hisce igitur apponenda venit Litera O, extremi Alphabeti majusculi, quia hæc isti areolæ è regione, lineâ transversali respondet. Quâ interjectione observatâ, Secreti ad primam resolutionem transpositi Scriptura, dilatatur hoc modo: zzoxupfbſ &c.

Idem Judicium erit in supradictis variationibus.



CAPUT XVII.

De Transpositione Inversâ Simplici, vel trium vel plurium Literarum.



Sequitur Secundus *Modus Transpositionis hujusce Simplicis, ubi tribus Literis per se Transpositio scribenda venit. Pro hoc Modo intelligendo, facere potest & debet Tabula, quæ extat in* pr.c.20. lib.seq. *Si numeros eidemas, & in quasquè capsulas vacuas, ex his octo Literis, A1: B2: C3: D4: E5: F6: G7: H8: semper tres Literas, ordine successivo, multiplici combinatione reponas ad hunc modum:* Aaa: aab: aac. aad: aae: aaf: aag: aah: &c. *atquè sic pergas. Ità fiet, ut in ultimam capsulam sivè areolam,* gbh, *collocandæ veniant. Usus in resolvendis Secreti Literis & Transpositione faciendâ, coincidit in eum, quem* Cap. præc. *docuimus: Quocircà in Exemplum Dicti hujus:* Omnium rerum vicissitudo: *transpositam Scripturam adjiciemus:* Ehf ece efh cge ahe bbd cdb aeb eaf ahg fde. *Ad fucum quoquè faciendum, in* d. Tab. *Literæ majusculæ exteriores, eo quo* d. præc. Cap. *dictum est, modo, & hic insignitèr inserviunt, quod denuò hîc notes.*

Huic explicationem Tertij *Modi subjicimus, ubi pluribus quam tribus Literis scribimus: Quod fit, sicubi in areolas Tabulæ, certa monosyllaba conjeceris: Cujusmodi Tabulam monosyllabis Gallicis scatentem,* Vigener. pag. 198. *confecit, ad cujus imitationem Germanica in Tabulam sequentem congessimus.*

* * *

Artificium hîc idem est, quod in prioribus. Ex consortio enim duarum Literarum, secreta prodit Nota, Literas illas repræsentans. E.g. Si scribenda hæc AGellij *Sententia:* Lingua cordis nola: nunquàm tinnit hæc nola, nisi prius fune trahatur à corde. *Ex Literis L & I prodit monosyllabum* Pracht: *Ex NC* Schütz: *Ex VA* Feyer: *Integra sententia sic immutata habet:* **Pracht Schütz Feyer Lufft Bladt Paß Strumpf Pfund Saur Schütz Feyer Katz Pflaum Stier Dort Gleich Luchs Tropf Groß Paß Pflueg Blöed Fast Faist Faist Seyl Dam Gnad Gahr Fahl Glantz Tag Mehr.** *Quod verò attinet Literas Transversales majusculas supremas; Eæ nihil ad rem faciunt, sed in gratiam Lectoris, pro areolâ Monosyllaborum faciliùs inveniendâ, appositæ sunt. Cæterùm hæc Monosyllaba valdè accommodata sunt, ut Steganographicâ veste adhùc induantur hac ratione, ut integrum aliquem sermonem, insertis ubiquè, ubi res fert, monosyllabis, conficiamus. Ejusmodi*

ratio

	B	C	D	F	G	H & L	M	N	Vocales	P	P	R	S	T	V
R	Bus	Calp	Dan	Fagt	Gans	Hand	Laus	Maas	Naas	Aans	Paak	Plam	Rad	Saap	Tag	Ungs
S	Bad	Camp	Dampf	Fatz	Ganz	Halß	Lagin	Malß	Nars	Aal	Pas	Pfort	Rase	Sanft	Tanz	Vers
T	Bald	Cnift	Dus	Fauc	Gar	Haut	Lamb	Man	Nast	Abt	Pest	Pfiem	Rats	Sang	Taus	Vest
V	Bals	Chang	Dein	Fayst	Gans	Hirß	Land	Markt	Nasse	Acht	Peyn	Pulß	Raus	Saur	Tauf	Ubr
A	Banck	Chuf	Der	Feyer	Gayß	Hiß	Lang	Mast	Nagm	Esp	Pfaf	Pfund	Raus	Saffaf	Tief	Vies
B	Bant	Clar	Ding	Flaß	Gern	Holtz	Lauß	Mäß	Nar	Egr	Pfal	Pfiß	Reins	Syllem	Tort	Viep
C	Bier	Chaf	Disp	Fleiß	Glanß	Hund	Laff	Mauß	Naß	Ein	Plan	Plag	Rest	Syfiß	Tot	Umb
D	Blud	Cnyr	Die	Freund	Glaß	Hirß	Leißt	Mauß	Nein	Ernst	Pfand	Plan	Regn	Sybnaß	Trab	Und
E	Bleus	Coln	Dolß	Freu	Gleiß	Hnacp	Lerß	Mefer	New	Jatzr	Pfar	Plaß	Riem	Seyp	Trag	Uns
H	Bolß	Crumf	Dort	Frisß	Gnad	Hant	Lebé	Mein	Nigt	Ins	Pfaw	Pot	Rifß	Sbiep	Traud	Unß
I	Blos	Cranß	Draf	Fromb	Gram	Hant	Liegt	Meÿ	Nimr	Jorß	Pfif	Pfaft	Rolß	Stier	Tram	Vers
L	Blaft	Crayf	Drey	Frost	Graw	Hunt	Lis	Ming	Nons	Juns	Pfil	Pfaf	Rotzr	Stif	Tropf	Volck
M	Brut	Cracß	Dürß	Frauß	Groß	Huep	Lonß	Mißf	Nonß	Obs	Pfro	Preiß	Rogt	Stoß	Tiñ	Volß
N	Brand	Crang	Dünn	Frisß	Gros	Huer	Laugß	Mir	Nuñ	Ofß	Pfam	Preß	Rost	Straus	Traud	Von
O	Braun	Canal	Durch	Fuß	Grün	Hint	Luft	Most	Nubr	Obr	Pflig	Pad	Rube	Strumpf	Tirk	Vor
P	Brust	Carst	Durst	Furcht	Gunst	Huit	Luft	Münß	Nutz	Oxt	Pflug	Pulß	Rußy	Stumpf	Türk	Vorn

ratio si arridet, caveas oportet, ut monosyllabis hisce unquàm utaris, nisi cùm ordo, quo unum post aliud, ad Secretum exprimendum venit, id fieri jusserit. Deindè observandum prò illis particulis, Das dein der dich ein nicht und uns ꝛc. ejusmodi monosyllaba, quæ nomina tantùm sint, in Tabulâ substitui & reliqua, quæ alterius Orationis partis, veluti Pronominis, aut verbi, aut Adverbij &c sunt, omitti posse: Exemplo res fiet clara: Es ist ein grosser Pracht bey ihm/ darvon nicht genueg zu sagen noch zu schreiben: Die Armuht hat wenig frommen noch Schutz von ihm zu hoffen: Sonst verthut er viel im Fewer/ mit der Alchymey: Aber es fehret doch alles in die lufft darvon.

CAPUT

CAPUT XVIII.

De Transpositione Inversâ artificiali.

Tuit Simplex Modus: Sequitur Artificialis, *quod in Tabulâ interiori, prò duabus Secreti Literis, Transpositoria una, artificiosè inducta sit, quæ deinceps in consortium sibi adsciscit alteram Literam, è majusculo Alphabeto extremo, quò Lector venari possit Literas illas binas Secreti, quas una illa Litera repræsentavit. Cùm enim Litera quæquè interioris Alphabeti, semel & vicesies recurrat, fit ut is cui mittitur Epistolium, sensum ullum eruere nequeat, nisi Litera exterioris Alphabeti, instar Clavis accesserit. Hujusmodi verò Tabulam extruxit nobis* Vigener. p.49.b.50.a.b.156.b.&188.a.b.

		O	P	Q	R	S	T	V	X	Z	A	B	C	D	E	F	G	H	I	L	M	N
		E	F	G	H	I	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	V	X	Z	A	B	C	D
O	E	a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	m	n	o	p	q	r	s	t	u	x	y
P	F	b	c	d	e	f	g	h	i	k	m	n	o	p	q	r	s	t	u	x	y	a
Q	G	c	d	e	f	g	h	i	k	m	n	o	p	q	r	s	t	u	x	y	a	b
R	H	d	e	f	g	h	i	k	m	n	o	p	q	r	s	t	u	x	y	a	b	c
S	I	e	f	g	h	i	k	m	n	o	p	q	r	s	t	u	x	y	a	b	c	d
T	L	f	g	h	i	k	m	n	o	p	q	r	s	t	u	x	y	a	b	c	d	e
V	M	g	h	i	k	m	n	o	p	q	r	s	t	u	x	y	a	b	c	d	e	f
X	N	h	i	k	m	n	o	p	q	r	s	t	u	x	y	a	b	c	d	e	f	g
Z	O	i	k	m	n	o	p	q	r	s	t	u	x	y	a	b	c	d	e	f	g	h
A	P	k	m	n	o	p	q	r	s	t	u	x	y	a	b	c	d	e	f	g	h	i
B	Q	m	n	o	p	q	r	s	t	u	x	y	a	b	c	d	e	f	g	h	i	k
C	R	n	o	p	q	r	s	t	u	x	y	a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	m
D	S	o	p	q	r	s	t	u	x	y	a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	m	n
E	T	p	q	r	s	t	u	x	y	a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	m	n	o
F	V	q	r	s	t	u	x	y	a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	m	n	o	p
G	X	r	s	t	u	x	y	a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	m	n	o	p	q
H	Z	s	t	u	x	y	a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	m	n	o	p	q	r
I	A	t	u	x	y	a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	m	n	o	p	q	r	s
L	B	u	x	y	a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	m	n	o	p	q	r	s	t
M	C	x	y	a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	m	n	o	p	q	r	s	t	u
N	D	y	a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	m	n	o	p	q	r	s	t	u	x

Hæc Tabula itidem constat tribus Alphabetis: (Vid.sup.c.16. vers. Tabula constat.) *ut illa* d. c. 16. *proposita; sed cum hoc discrimine, quod Alpha-*

Alphabetum majusculum extremum, tùm transversale, tùm perpendiculare, hîc sit necessariò appositum; ibi verò tantùm ex accidenti habeatur: uti vers. ult. *quoquè explicatum id est.*

Resolvendæ verò Sententiæ Secreti in binas quasquè Literas, *idem Processus teneri potest & debet, quem* sup. c. 16. §. Praxin ità &c. *indicavimus.*

Deindè & ad eundem modum facto concursu duarum Literarum, *Medij illius Alphabeti, detegitur angulus contingentiæ, ac cum eo* Litera *transpositoriâ; Et quoquè simùl, respectu, ad exterius majusculum Alphabetum, quod alternatim Claviquasi dicatum est, habito,* Litera *quasi Clavicularia. E. g. transponendo isti Secreto:* Cras expectabis adventum meum; *primò veniunt* Cr. *Istâ è transversali, hacè perpendiculari medio Alphabeto quæsitâ, manifestatur* Litera L, *& simùl extremi Alphabeti* Litera C *è perpendicularibus, vel* Litera M *è transversalibus: Quam necesse est, appones, cum hoc tamen discrimine, ut nisi aliter convenerit. Literam Transversalem exteriorem præponas, sequatur* Litera Secreti *conscia: E. g. ML: Viceversâ perpendicularem postponas, ut in eodem Exemplo LC: Sed & ità collocare potes, ut* Literæ Secreti *conscia omnes præmittantur, sequantur justo ordine* Literæ *Clavicularia: Quæ res, multotiès adhùc variari potest.*


CAPUT

CAPUT XIX.

De Transpositione Inversâ Mixtâ, per Literæ varium positum, characterem & Figuræ ductum.


Sic fuit Simplex & Artificialis hujusmodi Transpositio: Sequitur Mixta, *ubi Simplex quidem ratio Transpositionis faciendæ, sed nihilominùs ex Tabulæ artificiali dispositione, una tantùm Transpositoria venit ponenda seù scribenda. Idquè contingit triplicitèr: Vel* Literas Scribendi varietate: *vel* ejusdem definitione per Numerum: *vel* ad eandem Notularum appositione: *Ex quo hujus Transpositionis tres Modi iterùm pullulascunt.*

Primus Modus, qui in varietate Literas Scribendi *consistit, vicissim aut* vario positu; *aut* charecterum diversorum variegatione; *aut* figuræ ductu *arguitur & assicitur.* Varius Literarum positus, *cujus vestigia in expressione variorum Scribendi Modorum, de quibus* Hermann. Hugo, c. 8. de prim. Liter. orig. *agit, deprehendere licet, expressus est in Tabulâ nostrâ sequenti:*




Nullâ hîc opus explicatione, nullâ manuductione ad praxin, sed ex superiorum explicatione patet, modò ità facilis ipsa Scriptio esset, quam

difficultas minùs commendabilem eum efficit. Qualis etiam is est, qui Characterum variegatione; *se sequenti Tabulâ, à* Vigenerio, p. 238. *confectâ ostendit; quàm itidem nudè proposuisse sufficit, cum ratio utendi, ex superioribus jàm satis edocta sit.*



A Figuræ Literarum *vario eoquè triplici* ductu, *tertius adhùc specialis Modus superest: Cujus Tabulam exhibet quoquè* Vigenerius p. 245.



Vides ad duodecim Literas Alphabeta tùm interiora, tum exteriora esse redacta. Quod quomodò commodè fiat sup. c. 10. *attigimus. Et H ab initio, puncto notari hìc potest. Ter autem Alphabetum in interiori parte Tabulæ integrum reperitur, licèt ratione Transpositionis sexies quoquè, ità ut semper quatuor Literæ ternâ repetitione Alphabetum constituant, sè ostentet: Deindè exterius Alphabetum illud, quod capite proëminet, nihil habet difficultatis: Sed in perpendiculariter appositò Alphabeto animadvertent licet, quod in quaquè areolâ exteriori duæ Literæ repositæ sint: quæ res facit ut quæquè interior Litera indifferentèr duas Literas referre possit. Praxis penè coincidit cum superioribus. Eadem enim ratio & hìc Litterarum resolvendarum, tùm quoquè idem Processus Transpositionis faciendæ. Hoc interest, quod cum Litera interior indifferentèr referat utramquè illam perpendicularem, utì dictum: Discriminis ergò inferiori cujusquè areolæ Literæ, quoties occurrit, Notulæ sint apponendæ, quæ in resolutione Clavis vicem sustineant: E.g.* ſs *vel* ff *vel* z. *Sic, ut si inferior Litera areolæ intelligenda sit, apponetur aliqua illarum Notarum: Idquè ità uniformiter, vel si cuilibet areæ, propria aliqua Nota assignaretur variè: E.g.* ſs *primæ,* ff *secundæ,* z. *tertiæ,* x *quartæ, &* q *quintæ &c. Si itaquè scribenda vox* Patris *vel sola, vel cum aliâ voce, putà* faciem: *Literas ità resolve, ut antè jussus es.*  *Quo in Exemplo, bis tantùm Clavis adjicienda fuit. Ratio est, quia ex inferiori ordine, bis tantùm Literæ occurrerit.*



CAPUT

CAPUT XX.

De Transpositione Inversâ Mixtâ, per definitionem certi Numeri.

RAtio continuationis indicata in pr. Cap. præcedentis. *Prò intellectu hujus Modi præmittemus Tabulam, quæ desumpta est ex* Vigener. p.96. & 97. 186. & 187.

		AB	CD	EF	GH	IL	MN	OP	QR	ST	VX	YZ
		I	II	III	IIII	V	VI	VII	VIII	IX	X	XI
A	j	a l	b t	d ſ	d r	e g	u y	z p	h o	f x	j n	c m
B	z	a b	g t	d ſ	e r	u g	z y	h p	f o	j x	c n	l m
C	3	a d	d t	e ſ	u r	z g	h y	f p	j o	c x	l n	b m
D	4	a d	b g	e t	u ſ	z r	h g	f y	j p	c o	l x	m n
E	5	a e	b d	u t	z ſ	h r	f g	j y	c p	l o	m x	g n
F	6	a u	b e	g d	z t	h ſ	f r	j g	c y	l p	m o	n x
G	7	a z	b u	g e	h t	f ſ	j r	c g	l y	m p	n o	d x
H	8	a h	b z	g u	d e	f t	j ſ	c r	l g	m y	n p	x o
I	9	a f	b h	d z	d u	j t	c ſ	l r	m g	n y	x p	c o
L	10	a j	b f	d h	d z	e u	c t	l ſ	m r	n g	x y	o p
M	11	a c	b j	d f	d h	e z	l t	m ſ	n r	x g	o y	u p
N	12	a l	b c	d j	d f	e h	u z	m t	n ſ	x r	o g	p y
O	13	a m	b l	d c	d j	e f	u h	n t	x ſ	o r	p g	z y
P	14	a n	b m	d l	d c	e j	u f	z h	x t	o ſ	p r	y g
Q	15	a x	b n	d m	d l	e c	u j	z f	o t	p ſ	y r	h g
R	16	a o	b x	d n	d m	e l	u c	z j	h f	p t	y ſ	g r
S	17	a p	b o	d x	d n	e m	u l	z c	h j	y t	g ſ	f r
T	18	a y	b p	d o	d x	e n	u m	z l	h c	f j	g t	r ſ
V	19	a g	b y	d p	d o	e x	u n	z m	h l	f c	r t	j ſ
X	20	a r	b g	d y	d p	e o	u x	z n	h m	f l	j c	ſ t
Y	21	a ſ	b r	d g	d y	e p	u o	z x	h n	f m	j l	c t
Z	22	a t	b ſ	d r	d g	e y	u p	z o	h x	f n	j m	c l

Hæc Tabula confecta est, juxtà seriem Hebraicarum Literarum, ut ABGDEUZHFICLMNXOPYQRST. *Continet undecim in se duplicata Alphabeta, conjectis in quamquè areolam, duabus Literis, eo fine, ut mu-*

tua permutatio posſit inſtitui. Sic Literarum Par, in areolas conjectum, variari poteſt, ut pro AL ſcribatur vel ponatur in Tabulâ LA: prò BT, ſcribatur TB: prò GS, SG: & ſic deinceps jam variatio contingit: Sicuti aliâs in Tabulâ, multa latent myſteria & variationes, quæ cujusquè ſolerti indagationi relinquimus. Tabulam verò ambit exteriùs, tàm à capite quàm latere Alphabetum Majuſculum, interiùs verò Numeri. Transverſale Majuſculũ in areolas undecim (quod ſubindicant Numeri ſubjecti Latini) binis ſemper Literis conjectum eſt, quô nihilominùs in Tabulâ interiori, prô duabus Secreti Literis, una Transpoſitoria haberi posſit, licèt etiam in quamquè areolam binæ Literæ repoſitæ ſint. Perpendicularium verò Majuſcularum quæquè Litera per ſe areolam occupat, quam refert Numerus, minuſculis Cifris appoſitus. Cæterùm idem, uti diximus, hîc eſt qui in ſuperiori Modo, Proceſſus Transpoſitionis. Nam verba Secreta eodem modo reſolvuntur, ut Par Literarum, prò Transpoſitione ſemper conjungatur, ſivè id in unâ ſentẽtiâ, ſivè duabus conjunctis fiat, ut Cap. 16. *oſtenſum eſt. Scriptio etiam nihil habet peculiare, niſi quod poſt Literam addas Numerũ Clavicularium, uti ex ſubjecto Exemplo patebit: quod mòx ſubdemus, ſi antè monuerim⁹ de causâ, cur ſæpè duas ſentẽtias ità jungamus in Transpoſitione: quod ideò fit, ut tectâ ſecretiori Sententiâ, ex reſolutione unius, ſatisfacere quandoquè poſſimus ei, qui fortè nos premat, ut aperiamus ſecretũ ſenſum. Exempli verò loco nobis ſit Sententia hæc, quam ſecretè tegere cupimus:* Cras expectabis adventũ noſtrum horâ quintâ matutinâ. *Quam Sententiam per ſe, juxtà tradita* Cap. 16. *transponere poteris. Sed & addas prò libitu aliam, quam nihil interest reticere: E.g. hæc Nomina Propria,* Guſtavus Selenus: *Quæ duas Voces, cùm Secreti Literas, in reſolutione Literarum, non æquant, totiès repetendæ: Quò fiet, ut talis Scriptio, additâ Clavi evadat: B 7 l 19 a 17 f 18 g 1 t 19 m 19 g 17 b 17 05 a 10 e 5 e 12 f 19 a 17 u 4 r 19 l 5 r 12 a 18 r 19 01 l x 18 o 13 g 17 n 18 g 16 n 19 01 l m 8 & Lector verò ità reſolvet, ut primò advertat ad Numerum perpendicularem: mòx in Lineâ Transverſali ſeù è regione, quærat areolam, ubi Litera B locata eſt: Inventâ Literâ B, primò apparet è regione retrorsùm, ultrà dictum Numerum Clavicularium, Literam illa Perpendicularis, quæ eſt poſterior Litera transponenda. Deindè à capite imminet directè, Litera transponenda prior: Ut in dicto Exemplo, occurrit Litera B cum Clave 7. E regione dicti Numeri 7 in ſecundâ areolâ, Litera B invenitur, quæ à latere habet Literam majuſculam G, à capite verò Literam C. Prò Numeris etiam Literis dictionis apertæ uti poteris. Quæ ſi tandèm deprehendantur à ſolerte indagatore, Verum tamen Secretum, ipſum nihilominùs latebit: Siquidem is facilè æſtimabit, eas quas videt intermixtas* Literas, *ſecretioris ſenſus conſcias, eruto aliquo ſenſu, ex alijs ſupervacaneè tantùm eſſe interpoſitas.*

CAPUT

CAPUT XXI.

De Transpositione Inversâ Mixtâ, per peculiarem Notularum appositionem.

TErtius, capite 19. in pr. *subdistinctus Modus sequitur, qui fit peculiari* Notularum appositione, *iterùm triplici ratione prò dispositione trium sequentium Tabularum; undè vicissim tres specialissimi oriuntur Modi. Qui inter se commune habent, quod à latere majusculæ Literæ, in quaquè areâ tres dispositæ reperiantur. Deindè quòd unusquisquè contineat quatuor Alphabeta interiora, si non actu, tamen potestate. In eo differunt, quòd primi Modi Alphabetum quoquè interius sedecim constet Literis, non naturaliter sed artificialiter positis: quò fit ut exterius Alphabetum Transversale, tot Literas contineat: Secundi verò Modi Alphabetum interius sex: Tertij tantùm quatuor Literis constet. Quò fit ut quæquè Litera Interioris Alphabeti, in Modo tertio referat potestate sex Literas; sicùt in Secundo quinque: In primo tres eodem modo repræsentantur. Quæ omnia evidentiùs Tabulæ, ex* Vigener. p. 246. a. b. *desumptæ, docent.*

	L	M	N	O	P	R	S	T	V	A	B	C	D	E	H	I
A P C	a	v	2	ā	b	ꝓ	c	ɔ	d	ꝛ	ꝑ	e	ē	f	f	g
T E L	h	g	j	ȷ	ī	k	ſ	l	m	u	m̄	n	n̄	o	ō	ꝺ
I M N	p	ꝑ	p̄	q	q́	q	r	g	ſ	t̄	r	ꝛ	r̄	ſ	ſ	s
R S V	ſ	s̄	t	u	v	ū	x	ſ	y	k	z	ȝ	ꝛ	&	et	ꝺ

j.

	A	P	C	T	E	L	I	M	N	R	S	V
A P C	a	b	c	g	e	f						
T E L	g	h	i	k	l	m						
I M N	n	o	p	q	r	ſ						
R S V	t	u	x	y	ȝ	ꝛ						

2.

	A	P	C	T	E	L	I	M	N	R	S	V
A P C	a		b		c		g					
T E L	e		h		j		f					
I M N	m		n		o		p					
R S V	r		ſ		t		u					

3.

Usus primæ Tabulæ est idem cum superioribus, inprimis cum Tab. 2. c. 19. hujus Lib. *Sed hoc habet peculiare, quòd Clavis aliter veniat notanda. Si enim cujusquè areæ prima Litera occurrit, nihil: Si secunda in ordine, comma: si tertia, punctum est apponendum. E.g. Sit thema Secretum:* Nescire quid antè quàm natus es, factum sit, est semper esse juvenem. Cicero. *Hoc ità transponas: NE producit I: quia verò in secundo ordine reperitur Litera transponenda E, apponas dictæ Literæ l. comma: Sic SC, producit C: quia verò C tertia, est apponendum punctum. Ità fit structura ejusmodi: qualis in hujus Capitis fine, adjecto Schemate videre est.*


Secundæ & Tertiæ Tabulæ usus, in eo consistit, ut Clavis non tantùm in Collateralibus, ut antè, sed etiam Superioribus majusculis Literis lateat: E.g. si superius secretum scribendum sit, tùm non tantùm posteriori Literæ resoluti thematis secreti, sed etiam priori, Notæ est addenda. Priori quidem ratione duarum combinatarum Literarum: Posteriori verò ratione Collateralium: Quod diversimodè fit, in processu secundæ & tertiæ Tabulæ. In secundâ Tabulâ, inventæ Literæ Transpositoriæ, ratione prioris Literæ secreti thematis, nihil apponitur: Si videlicet Litera illa incidat in primam Literam Transversalem cujusquè areæ: Ratione verò posterioris Literæ Secretæ, cum hoc discrimine, si posterior illa Litera sit prima in ordine Collateralium: Si verò Secunda, tùm addendum est comma: si tertia (;) apponendum. Quod si verò Litera Secreta prior incidat in secundam Literam transversalem, tum posteriori Literæ, si prima in ordine Collateralium (:) Si secunda (.) Si tertia (?) adjicitur: E.g. NE producit L, quæ quia à Capite primam transversalem, in areâ quintâ habet, nihil admittit: Sed quoniam è regione laterali habet E, quæ secunda est in ordine Collateralium, hinc ex superiori doctrinâ ei adcrescere debet (,) Sic cum reliquis pergas & habebis eam Scripturam, quæ in proximè sequenti Schemate extat.

In tertiâ Tabulâ hoc peculiare præter Alphabeti contractionem est, quod semper tres quoquè transversalium, in quamquè aream sunt conjectæ: Usus ejus per Regulas sequentes, partimquè in Tabulam redactas, facilè addiscitur. Si utraquè Litera secreta, incidat in primam Literam, tùm Transversalium, tùm Collateralium, nihil inventæ Literæ Transpositoriæ addendum:

Sin prior Litera Secreta incidat in	Primam	Transversalem: Et posterior Litera Secreta, in	Secundam	Collateralem: tùm Literæ repertæ adjicias
			Tertiam	
			———	
	Secundam		Primam	
			Secundam	
			Tertiam	
	———		———	
	Tertiam		Primam	
			Secundam	
			Tertiam	

. , : ; ? -) (

Quarum Regularum Praxin, in subjecto Schemate invenies.





CAPUT XXII.

De Transpositione Mediatâ seù Secundariâ.

EXpedito *Modo Universali Primario, latissimequè patente:* (Vid. supr. c. 1. circà f.) *Sequitur nùnc alter Modus Secundarius, in* Transpositione Mediatâ *consistens. Hæc verò Secundaria seu Mediata Transpositio ità fit. Potestate Alphabeti, in tot Arithmeticas Cifras, quot Alphabetum Literas continet, translatâ* (*de quâ* inf. Lib. seq. c. 4. *exponemus uberiùs*) *vicissim Ciphris substituuntur Literæ Numerales, seù potestatem Numeri, sivè ex more, sivè ex composito habentes: Veluti ex more, Literæ sequentes Latinæ: I. V. L. C. D. M. Numeros referunt: Et ex composito, Litera A. Numerum 1. B. 2. C. 3. D. 4. E. 5. F. 6. G. 7. H. 8. I. 9. AK. 10. AA. 11. AB. 12. AC. 13. &c. BK. 20. BA. 21. &c. planè ad modum usitatarum Cifrarum, repræsentant. Processus & Modus, ad exemplum Transpositionis est triplex: Totidem enim penè Modis hîc procedere valemus.*

Primus Modus ità expeditur: Sit ejusmodi Schema Transpositorium:

m. n. o. p. q. r. s. t. u. x. y. z. a. b. c. d. e. f. g. h. i. k. l.
1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23.
a. b. c. d. e. f. g. h. i. ak. aa. ab. ac. ad. ae. af. ag. ah. ai. bk. ba. bb. bc.

Si itaquè scribendum sit Balneum: *Jam talis structura erit:* Aa ac. bc. b. ag. i. a. *vel si mavis usitatis Latinis Numeralibus, uti, XIV. XIII. XXIII. II. XVII. IX. I. Quæ ratio satis simplex est: Ideò si porrò placet hoc genere occultandi per se uti, convertas te, ad Tabulas priores tres, quas* lib. seq. c. 4. *proponemus: Et memineris applicationem non esse difficilem, si præsertim in mentem revocaveris,* hujus Lib. c. 2. & 3. *propositas Tabulas, & totiès ibi variatam dispositionem Alphabeti, pro variandis Numeris inservire memineris. Sic si Tabula illa, quàm* supra c. 5. ex Vigenerio *transsumpsimus, vicissim ad manus sumatur, & applicatio in modum sequentem instituatur, elegans Modus hujusce Transpositionis Mediatæ emergit. Res ità se habet: Primò memineris, Numeris omnia ibi, ad Transpositionem peragi. Quô factô, eligas secretum thema, quod ad amicum vis perferre: E. g. ejusmodi:* Omnium rerum vicissitudo: *Mox loco Clavis arripias hujusmodi verba & sententiam, quæ totidem Literis, secretum thema pænè æquant; Si videlicet secretum est breviusculum: aliàs toties repetenda erit Clavis, quotiès opus fuerit. Clavi inserviant sequentia:* Omnia conando, vincit omne. *Jam institue numerationem Literarum, tùm secretæ, tùm clavicularis sententiæ, ad hunc modum:*

O pos

O		O	vigesima.
M		M	20
N	post Literam Clavicularium	N	20
I		I	est 20
U		A	decima octava.
M		C	octava, &c.

Numeratione peractâ, vel simùl cum eâ advertas, quæ Literæ & quot scribendæ seù in chartam conjiciendæ. Non enim est, ut hîc ità progrediaris, velutì dicto Cap.5. *te docuimus; Ut nimirùm ad exprimendum O, post O, scribas Literam X, quæ est vigesima in ordine, ut vides, Alphabeti Tabularis: sed aliter rem instituas. Scribendum enim tibi est, ad præfatos Numeros exprimendos, tribus tantùm Literis Numeralibus, I. V. X. Literâ L vel C verò, quæ Literæ ad exprimendum aliquem Numerum combinatæ sunt, eas Numero quoquè absoluto, semper distinguas, nè confusio oboriatur, & Lector nesciat, quæ Literæ inter se junctæ vel jungendæ sint. Quò fiet, ut superius thema, ità tectè scribatur: XXCXXCXXCXXCXVIIICVIIICXIIICXVCVIILVIICVICVLXIIICXVIICXIIICVIIICXICVCVIIICXIICVIIIC. Cùm autem facilè, Literis Numeralibus illis, quis offaciat, rem banc à numeratione pendere, elegantiùs & securiùs erit, quò omnem omninò rei gustum ei, quem hæc latere vis, præcidas: ut prò Literis illis Numeralibus, nempè prò I. V. X. C vel L, eo ordine Literas F. G. H. Q. substituas, atquè nùnc ijsdem scriptionem concinnes: Quod ita fiet, O, post O est vigesima, scribas ergò HH. M post M, est 20. scribas pòst distinctivam Q, iterùm HH. N est itidem post N. 20. scribas adhùc HH: I post I est 20, denuò HH scribas: V post A est 18, scribas ergò HGFFF: M post C est octava, scribas ergò GFFF & sic deinceps, semper appositâ distinctivâ Q, pergas. In Exemplum sit scriptura:* Hhqhhqhhqhhqhgfffqgfffqfffqhfffqhgqgffqgffqgfqhqhfffqhgfffqhfffqgfffqhfqgqgfffqhffqgfffqq. *Atque hæc Scriptionis ratio. Lector verò conscius Clavis, numeret ordine à Literis Clavis, donèc sub numero, in schedulà per dictas Literas repræsentato, Literam Secreti inveniat.*

Ità ad artificium Transpositionis Obliquæ, juxtà Tabulam 2. cap.14. *Substitues ibi Literas numerales: vel etiam ad Tabulam primam (vel si mavis, aliam) appones, transversim septem Literas Numerales, I. V. X. L. C. D. M. & ex latere tres priores I. V. X. & procedere poteris variè. Vide etiam Tabulas,* cap.16. & c.18. Lib. seqq. *propositas. Sic transpositiones hujus Mediatæ usum habebis, perlustratis duabus Tabulis,* in cap.19. lib.seq. *relatis, & adhibito Mediatæ hujus Permutationis artificio. &c.*

CAPUT

CAPUT XXIII.

De Transmutatione Figurata seù Accessoriâ.

RESTAT Transpositio Figurata seù Accessoria, *quæ ultimum Modum Universalem hujus Libri* (vid. sup. cap. 1.) *nobis suppeditat. Hunc etiam* Transmutationis *nomine exhibemus, non refragraturi, si malis Transformationem dicere, aut etiam Transpositionem figuratam. Figurâ enim aut formâ quasi novâ incedit hæc Accessoria Transpositio. Fit autem tripliciter: 1. Per* ulteriorem Permutationem. *2. Per* Interjectionem simplicem Literarum, *Et 3. per* Appositionem alterius artificij, *ubi quasi duo artificia inter se committuntur. Ulterioris Permututionis Exempla habuimus, in Transpositione primariâ*, c. 5. vers. Cæterùm hic Modus &c. hoc Lib. *Sicut & in Secundariâ Transpositione, de quâ* c. præc. vers. Cùm autem &c. *Exempla non desunt.*

Sic transmutantur Simplices Modi Transpositionis primariæ ulteriùs, appositione aliarum Literarum arbitrariâ: E.g. Assumantur Consonantes quatuor, velùti B. G. P. Q. quas juxtâ c. 14. Tab. 2. *colloces, ut subvides factum. Si ergò scribendum* Balneum, *indè prodit ejusmodi Literarum structura,* Gbbbqggpbgqqbp. *Hîc itaquè interjici possunt Vocales, & alia forma quasi prodit, hoc modo:* Gabebobu quagigopabigoquoquebapi. *Ità contrario modo procedere poteris, assumendo Vocales juxtà dispositionem* Tab. 4. d. c. 14. *Eadem ratione contingere id potest in Secundariâ Transpositione, de quâ* cap. præc. *Nam si indè illud simplex Exemplum adsumamus, quod ità habet;* Ad. ac. bc. b. ag. i. a. *& denotet* Balneum; *Jam intermiscere potes pro libitu, sequentes Literas:* L. m. n. o. p. q. r. s. t. u. x. y. z. *ut sermo ficticius ad hunc vel alium modum evadat.* Aduzo vacon Obcor oprobus arogut pistron patiquul. *Faciè verò, hujus rei conscius, ex dictionis fictitiæ distinctione, deprehendet, quæ Literæ, quomodò combinatæ hîc valere debeant. Ità compositione vocationis steganographicæ, hæc vestiri possunt, vel hoc modo: Ut quæ dictio incipit à Literâ numerum exprimente, semper sit significativa: vel etiam alternatim, aut una vel plures dictiones vacent pro eâ Numeri ratione, quâ necessum est, vel unam, vel duas aut plures significantes præmittere. Cautio ergò sit, ut distincta habeatur ratio Numerorum. Deniquè in novam quasi formam & habitum transit hæc Figurata Transpositio, quotiès appositione novi artificij alicujus, priùs augetur. Quod, ad similitudinem illius usûs, quem Modi quidam Transpositionis Obliquæ inter se habent;* (*De quô* in vers. Sìc ultimæ quoquè: Et præc. vers. Cæterùm hæc res, c. 14. *monuimus*) *hîc ità decem Literis illis Numeralibus,* A. b. c. d. e.

d.e.f.g.h.i.k. *de quibus* cap.præc. *apponendum est, ut vacantes Literæ, quæ hic sunt tredecim, per Transpositionem Obliquam etiam significent: Quod fieri potest, si quatuor priores vacantes Literæ, L.M.N.O, ad modum* Tab.2.d.c.14. *uno modo transversim, altero modo perpendiculariter: vel si octo Literas simùl conjungere placet L.M.N.O. transversim: sequentes P.Q.R.S. perpendiculariter: Reliquæ verò quinque, T.V.X.Y.Z. ad* Tab.3.d.cap.14. *primò transversim, tùm ex his quatuor, ut T.V.X.Y. perpendiculariter, Tabulis illis apponantur: Quas vacantes Literas, si ità si disposueris, jam tria vel quatuor artificia conjuncta habebis: E.g. Sint diversa Secreta,* Balneum, Confert, Impuris. *Jàm ex triplici artificio talis constabit structura.* Adlruyacnrxubcnqytboſzuagmpyxiopuyaoryy. *Porrò hujus Figuratæ Transpositionis passim superioribus Capitibus meminimus. Quod referre supervacuum duximus. Sufficit de Methodo hîc monuisse.*

LIBER




LIBER

LIBER SEXTUS,
De
SUBDUCTIONE FIGURÆ LITERARUM.

TABULA Synopsin hujus Libri continens

- Totali, & oritur Substitutio Cifrarum, quæ contingit, c. 2. vel
  - Formatione Cifrarum: c. 2.
    - Dissimilarium: Quæ formatio contingit, tùm
      - Comparatione inusitatarum Literarum, c. 3.
      - Selectione Characterum & Cifrarum usitatarum, c. 4.
      - Fabricatione novarum Cifrarum ex
        - Veteribus Literis, c. 5.
        - Alijs Characteribus, c. 6.
        - Arte & cum modo facienda, c. 7.
    - Similarium seù Punctorum, c. 8. Et procedi-tur vel
      - Simpliciori viâ
        - Ratione positus & collocationis.
        - Beneficio Circini.
        - Adhibitione Regulæ, c. 9.
          - Rectæ,
          - Angularis,
          - Circularis.
      - Majori cum apparatu, cum Tabulâ & Clavi. c. 10.
      - Singulari cum artificio, per modum Reflexionis. c. 11.
    - Mixtarum, c. 12. Et quidem vel
      - Magis accedentium ad Similares, ut Lineæ: Hæc contingit triplici modo: c. 12.
      - Ambiguam naturam habentium: Cujus generis sunt
        - Circuli variegati,
        - Notæ Musicales.
      - Magis referentium Dissimilares: quò spectant diversæ figuræ Crucis, c. 14.
  - Transformatione Dissimilarium & Mixtarum Cifrarum: c. 15. quæ accidit per
    - Ornatum Transpositionis
      - Rectæ, c. 16. 17.
      - Obliquæ, c. 18. 19.
      - Inversæ, c. 20.
    - Dissiminationis griphos, c. 21.
    - Inversæ Scriptionis compendium, c. 22.
  - Reformatione, quæ magis spectat Cifras Similares, c. 23.
  - Hæc triplici Processu constat
    - Nudâ quadam Interjectione.
    - Interjectione ejusmodi, quæ fucum habet interpungendi. c. 24.
    - Superinductione figuræ
      - Mechanicæ, c. 25.
      - Mathematicæ, c. 25.
      - Pictoriæ, c. 26.
- Partiali, Et oritur Connotatio, c. 27. ubi proceditur vel
  - Simpliciter, c. 28.
  - Adhibitâ Clave, c. 29.
  - Figuratè adhibitâ Transpositione, sivè
    - Rectâ. c. 30.
    - Obliquâ, c. 31.
    - Inversâ, c. 32.
- Relativâ, per Annotationem Separatam, c. 33. & ultimo.

Modi Figuram Literarum spectantes, (vid. Lib. D. Tab. Lib. 2.) fiunt Subductione, c. 1. eâque vel



CAPUT PRIMUM.

Generalia Subductionis hujusce continens.

QUÆ AD ORDINEM, TUM POTESTATEM Literarũ pertinebant, occultè Scribendi artificia, sic satis arbitramur explicata esse. Nùnc decenti ordine descendamus ad ea, quæ Figuram Literarum spectant. A quâ si Occultationem inducere placet, recedendum per Subductionem. Hæc autem Subductio Literarum, fieri intelligitur ità, ut vicissìm succedant & substituantur aliæ Figuræ. Quia verò hæc Subductio Literarum, vel in totum, vel ex parte, vel relativè contingit: Ideò Substitutio hæc vel Totalis, vel Partialis, vel Relativa est. Illa fit, ubi simpliciter prò usitatis Literis, substituuntur aliæ Figuræ: Ista, quandò ex parte adhibentur plurimæ Literæ ociosæ: Ex parte verò interjiciuntur, secretum indicantes pauciores alij characteres seu Ciphræ: qui quasi istâ ociosarum Literarum nube & acervo confunduntur, ut intercipiens nihil internoscere, aut saltèm suspicari possit, aliud quid latere, quàm quòd externâ facie, Literæ promittant. Hæc verò, Relativa scilicet Substitutio, fit, quandò Correspondentes, in promptu secum habent, in scripto congestas Literas, & assumuntur Cifræ in Epistolio, ad tot Literas ibidem locorum designandas, quot pro Secreto exhibendo sufficiunt. Totalis Substitutio fit Notatione in genere sic dicta: Sed quia infrà Lib. seq. c. 7. Notationis verbo in specie utemur, ideò Substitutionis nomine contenti erimus: Partialis fit Connotatione: Relativa per Annotationem Separatam. Ubiquè autem res expeditur Cifris. Cifras verò, quandò dicimus, intelligimus ipsa Scriptilia Elementa seù Signa, Literas immediatè exhibentia: quæ quatenùs à Notis differant, inferiùs, indicabimus, Lib. seq. c. 7. Nunc ordine de Singulis.

CAPUT II.

De Subſtitutione Cifrarum verâ, ejusque primâ ſpecie, & Subdiviſione.

SUbſtitutio vera hæc Cifrarum, primo loco nobis explicanda venit: hæc viciſſim fit, vel Formatione Ciphrarum, *vel* Transformatione earundem, *vel* Reformatione: *Quæ quales ſint, quidvè invicem differant, ex ſequenti Tractatione ſatis liquebit: Proindè ad Primum particularem Modum, Formationem Cifrarum accedimus: Cùm verò Cifræ ſint vel* Diſsimilares, *vel* Similares, *vel* Mixtæ, *hinc facilè intelligitur, ratione Objecti illius, differre Formationem, præſertim cùm aliam atquè aliam applicationem, Cifræ hæ vel illæ deſiderant: uti porrò pateſcet. Inde priùs eſt agendum de Formatione Diſsimiliarium Cifrarum. Hæc ipſa verò Formatio, iterùm fit & contingit tripliciter: vel* Comparatione Inuſitatarum Literarum: *vel* Selectione & aſſumtione Characterum Uſitatorum: *vel* Confectione Novorum Characterum: *De quibus nùnc ſigillatim.*



CAPUT

CAPUT III.


De Comparatione nobis inusitatarum Literarum.

NOn ampliùs Usitatæ Literæ, sunt nobis instar Cifrarum, quibus per se nihil significatur. Indè prima cura Cryptographo, ut has sibi comparet: Quò facilè pertingere potest, si modò in Veterum Alphabeta inquirat. Quorum aliquot Vigener: d. Tr. de Ciphris: *Et* Collangelius in Expos. Tabular. p. 273. *congesserunt. Sicuti etiam fecisse videmus* Trithemium Lib. 6. Polygraph. *ubi veterum Francorum, Normannorum & Germanorum Alphabeta refert: Quæ etsi sibi videri poterant, operæ tamen pretium facturi sumus, si hæc, paululùm ad comparationem ipsius authographi* Trithemiani (*quod alicubi bonâ fide nacti sumus, & penès nos conservamus*) *immutata, compendio tabulæ sequentis, quam quinque Alphabetis, quibus partim integros Libros exaratos vidimus, partim alios usos fuisse comperimus, nos insuper auximus, oculis subjiciamus.*




Alia Alphabeta exhibet Leonhardus Thurneusser zum Thurn/ *sub finem Tabulæ cujusdam, cui Titulus:* Tabula quarundam Syllabarum, per quas triginta Linguæ scribi possunt: *Quam* Berolini, Anno 1583 *editam, studiosus indagator adeat, & non sinè fructu, hùc redundante perlustret: nos indè tantùm sequentia Alphabeta excerpsimus, atquè huc transferenda duximus:*


Alphabetum Honorij Thebani, *quo Magicam scribebat, autore* Petro Aponio in Lib. quarto.




Alphabetum Hichi Francorum *natis prisci vath.*




Alphabetum secretum Jaimelis Megalopij *Regis sapientissimi.*




Alphabetum Nortmannorum, *autore* D. Bedâ Presbytero.




Alphabetum secretum Jo. Tritenhemij Ab. Spanheimens.




Alphabetum Utopiense, *teste doctissimo viro* Th. Mauro, D. Erasmi Rot. *praeceptore amico Anglo.*




Alphabetum Caroli Magni, *teste* Alcuino Gallo, Phil. Lib. de vita Regis.




Alphabetum exploratum Pharamundi Regis Francorum per Galliam.




Alphabetum facillimum, secundum anonymum, Trittenhemio *notante.*




Alphabetum Dorari, *quo Franci usi sunt,* Hunibaldo Historiographo authore.




Alphabetum cujusdam summi Alchimistæ, autore Spanheymense.



Alphabetum Vastualdi, *qui acta Regum, Ducum & Principum per annos 758 binis notis primo sermone scripsit, autore* Hunibaldo.



Alphabetum D. Otfridi Monachi Wissenburgensis, Rabani Fuldensis discipuli.



Habes

Habes Alphabeta & eorundem Authores, qui usurparunt. Cui rei pronam fidem si accommodaveris, per nos licet. Suspecta nihilominus Hunibaldi *supposititij sivè potiùs* Trithemij (vid. Phil. Clüver. in Germ. antiq. Lib. 1. c. 3. p. 38.) *Alphabeta vetustissima. Interim minimè effectum posterioris seculi damus illud Cimbricum, quod ex* Gormonis & Haraldi Regum Daniæ (*quorum ille, circà A.C. 929. hic verò circà A. C. 964. vixit*) *Monumentorum, alterius* Tyræ *uxori, alterius verò* Gormoni & Tyræ *Parentibus positorum Inscriptione collectum extat, apud* Petrum Lindenbergium, in Hypotyp. Arc. Palat. H. Rantzovij &c. *ut si quis velit eo uti, per nos habeat ità relatum.*



His Alphabetis variorum Populorum, occultationem quampiam, uti dictum, venari licet: Sed si addas ex Instituto, de quo suprà Lib. 2. c. 5. *Inversam rationem scribendi, imitando vel morem Hebraicum, Syriacum, Indicum, Gothicum, &c.* (*de quibus dicto loco, allegatus* Hugo Hermann. c. 8. de prim. scrib. orig. *est videndus; sed cui elegans,* Gallicè conscriptus Tractatus Dureti, de 56 Linguis, *addendus venit: Habet enim peculiaria nonnulla, quæ cum istis meritò conferenda*) *Scriptio evadet occultior. Quot hîc indicasse sufficit:* Vid. j. hoc Libro, c. 22. in f.

CAPUT IV.

De Assumptione Cifrarum in Literas.

SEcundus Formationis Cifrarum Dissimilarium Modus est, quandò usitatas Ciphras, veluti sunt Notæ Arithmeticæ, Geometricæ, Astronomicæ & Musicæ, in Literas assumimus: Ubi primò occurrunt Numeri. Est enim nihil ferè naturalius, quàm Numerorum Notis, adumbrare Literas. Literæ enim & olim & nùnc, Numeros significarunt: Greg. Lib. 15. Art. Mirab. c. 1. At barbaricæ Arithmeticorum Notæ, quibus hodieque utimur, antè trecentos annos tantùm ad nos pervenère, ab Arabibus, à quibus acceperunt Hispani, & ab illis reliqui: Scalig. in Expl. num. Const. Cæterùm facilis ratio est, si eo ordine, quò Literæ se in Alphabeto insequuntur, Numeri significent: Quocircà variatione opus, quam damus sequentibus Tabulis:

	♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓
a	1	25	49	73	97	121	145	169	193	217	241	265
b	2	26	50	74	98	122	146	170	194	218	242	266
c	3	27	51	75	99	123	147	171	195	219	243	267
d	4	28	52	76	100	124	148	172	196	220	244	268
e	5	29	53	77	101	125	149	173	197	221	245	269
f	6	30	54	78	102	126	150	174	198	222	246	270
g	7	31	55	79	103	127	151	175	199	223	247	271
h	8	32	56	80	104	128	152	176	200	224	248	272
i	9	33	57	81	105	129	153	177	201	225	249	273
k	10	34	58	82	106	130	154	178	202	226	250	274
l	11	35	59	83	107	131	155	179	203	227	251	275
m	12	36	60	84	108	132	156	180	204	228	252	276
n	13	37	61	85	109	133	157	181	205	229	253	277
o	14	38	62	86	110	134	158	182	206	230	254	278
p	15	39	63	87	111	135	159	183	207	231	255	279
q	16	40	64	88	112	136	160	184	208	232	256	280
r	17	41	65	89	113	137	161	185	209	233	257	281
s	18	42	66	90	114	138	162	186	210	234	258	282
t	19	43	67	91	115	139	163	187	211	235	259	283
u	20	44	68	92	116	140	164	188	212	236	260	284
x	21	45	69	93	117	141	165	189	213	237	261	285
y	22	46	70	94	118	142	166	190	214	238	262	286
z	23	47	71	95	119	143	167	191	215	239	263	287
w	24	48	72	96	120	144	168	192	216	240	264	288

Hæc

Hæc Tabula, unico Alphabeto, in quo duodecies quæquè Litera variatur, constat: Ea inserviet tibi si hac vel illâ variatione successivè utaris, ut amico, istorum Zodiaci Signorum, quæ Tabulæ imminent, aliquo, institutum illud tuum, significare valeas. Sequitur Secunda:

a	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29
b	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	6
c	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	6	7
d	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	6	7	8
e	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	6	7	8	9
f	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	6	7	8	9	10
g	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	6	7	8	9	10	11
h	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	6	7	8	9	10	11	12
i	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	6	7	8	9	10	11	12	13
k	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	6	7	8	9	10	11	12	13	14
l	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15
m	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16
n	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17
o	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18
p	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
q	21	22	23	24	25	26	27	28	29	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20
r	22	23	24	25	26	27	28	29	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21
s	23	24	25	26	27	28	29	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22
t	24	25	26	27	28	29	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23
u	25	26	27	28	29	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24
x	26	27	28	29	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25
y	27	28	29	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26
z	28	29	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27
w	29	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28

Per se patet, quid illâ Tabulâ velimus: modò observes, rem magis variari, si per aversionem Literarum Collateralium, eas in superficie Tabulæ colloces, eô quo perpendiculariter positæ erant, ordine, vel aliô: Ideoquè Tertiam confestim subnectemus.

* * * *

Hæc novi quâ applicationem spectat, à superioribus nihil habet, nisi quòd intermistum quadruplex Alphabetum, quod Literas magis quàm Cipbras spectat, habeat, ac Numeri ad multa millia exsurgant: Atquè has tres Tabulas, ex Trithemij Polygraphiæ Manuscriptæ (*de quâ in præcedenti Cap. facta est mentio*) Libro quinto, *hùc transtulimus. Tu perlustrare potes.* *Aliam*

* * * *

a	a	j	jd	25	f	400	gw	j00000
b	b	z	je	26	t	500	bgw	z00000
c	t	3	jf	27	u	600	tgw	300000
d	c	4	jg	28	x	700	cgw	400000
e	d	5	jh	29	y	800	dgw	500000
f	e	6	&	30	z	900	egw	600000
g	f	7	&a	3j	w	j000	fgw	700000
h	g	8	&b	3z	bw	z000	ggw	800000
i	h	9	&t	33	tw	3000	hgw	900000
k	th	j0	&c	34	cw	4000	thgw	j000000
l	tha	jj	&d	35	dw	5000	jgw	z000000
m	thb	jz	&e	36	ew	6000	kgw	3000000
n	tht	j3	&f	37	fw	7000	lgw	4000000
o	thc	j4	&g	38	gw	8000	mgw	5000000
p	thd	j5	&h	39	hw	9000	ngw	6000000
q	the	j6	l	40	thw	j0000	ogw	7000000
r	thf	j7	m	50	jw	z0000	pgw	8000000
s	thg	j8	n	60	kw	30000	qgw	9000000
t	thh	j9	o	70	lw	40000	ggw	j0000000
u	j	z0	p	80	mw	50000	bggw	z0000000
x	ja	zj	q	90	nw	60000	tggw	30000000
y	jb	zz	g	j00	ow	70000	cggw	40000000
z	jt	z3	h	z00	pw	80000	dggw	50000000
w	jc	z4	r	300	qw	90000	eggw	60000000

Aliam variationem ostendit Collangelius, *in versione Gallicâ* Polygr. Trithemij, pag. 271. *subjecto hoc schemate:*

* * *

Tabula continet sex Numerorum ordines, quorum quilibet Alphabetum repræsentat. Res ex Abaci, qui Alphabetorum dispositioni suppositus est, explicatione, facilè cognoscitur. Continet autem hanc sententiam: omnibus in rebus molesta est semper expectatio. Polybius. *Sivè itaquè scribere, sivè detegere hoc Secretum vis: Litera O, in primo ordine, qui primæ Secreti Literæ est destinatus, numerum habet 12: Litera M secunda,*

* * *

A	B	C	D	E	F	G	H	I	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	V	X	Z
21	22	23	24	25	26	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20
22	23	24	25	26	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21
23	24	25	26	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22
24	25	26	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23
25	26	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24
26	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25

♌

12	11	13	11	26	23	16
9	13	18	8	6	18	17
12	15	13	9	16	18	23
7	20	22	16	26	12	16
8	20	25	20	15	27	6
22	21	18	10	15	17	17
9	9	10	25	12	23	16

♍ ♐ ♏

cunda, ex secundo ordine nanciscitur numerum 11: Litera N tertia, ex tertio ordine, numerum 13: & sic deinceps. Hæc res ex conventione, multifariàm variari potest, uti Ingeniosus facilè advertit.

Vigenerius insuper Schema proximè sequens, pag.250.a. proponit, ubi nulla inest difficultas, nisi quòd post quamlibet Literæ repræsentationem, Unitatis nota; post completam dictionem verò omicra, tenebras Interpreti offundendo, apponenda sint: Ex quo hujus Secreti: Omnium rerum vicissitudo: sequens oritur structura: 7151613124150912912415024131271312212213123124128170.

H	I	L	M	N	O	P	R
2	3	4	5	6	7	8	9
S	T	V	A	B	C	D	E
22	23	24	25	26	27	28	29


Est adhùc alia Tabula, quam Vigenerius pag.200. habet: Et tùm ad Numeros, Puncta, Lineolas, Signaquè Prosodiæ accommodavit, quam hùc etiam reponimus.

* * * *

Quòd ad primum Alphabetum, majusculis Literis proximè substitutum attinet: propriè id hùc non pertinet, & videatur ejus usus suprà cap.13. Lib.5.

Quatuor sequentium, hæc sunt Exempla: quibus hæc sententia, Omnium rerum vicissitudo, sequenti scribitur ratione: Primi: 7744-

8877



887774787874887474477747787488787478847478748748478784787444774. Secundi: .. .. : .. .. . Tertij: — — —

Astronomicarum Notarum, Signa Planetarum & Zodiaci exprimentium, Alphabetum, Vigenerius pag. 195. a. *hac exhibuit pagellâ:*


☽	☿	♀	☉	♂	♃	♄	✳	♅	♆
a	e	j	o	u	l	r	s	b	c
♓	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓
d	f	g	h	m	n	p	q	t	x

Quod autem ordinem Literarum hic invertit, factum inde, quòd simùl mutuam Permutationem Literarum & earum Notarum seù Cifrarum docere velit. Id quod tibi cape, prò omnibus hisce novis Literis, ità permutandis. Reliqua sunt plana.

CAPUT V.


De Fabricatione novarum Ciferarum, ex veteribus Literis.

Sequitur Tertius Modus, qui conficitur Fabricatione Novarum Ciferarum: *Eaquè fit, vel ex usitato Alphabeto, per varias flexuras & catenationes, aut ex virgulis, aut ex alijs figuris. De primâ ratione, in hoc, de posterioribus, in sequenti agetur Capite. Rationem verò conficiendi & formandi Figuras, ex veteribus Literis, monstrat* Joh. Bapt. Porta, lib. 2. c. 4. p. 76. *undè is ejusmodi construxit Alphabetum:*



Qui volet, ibi capiat inf. cap. 5. & 6. *hujus Scriptionis Exemplum.*

Vigenerius *ex Literis N & U, extruxit sedecim Literas,* in d. Tr. de Ciphr. p. 274. b. *subjectâ hac Tabulâ & Scriptionis Exemplo.*




Alphabetum & Exemplum hujus Tabulæ, non multum absimile est Armeniacæ Scripturæ. Ut autem inter se Literæ distinctæ habeantur, in caudâ vel etiam capite cujusque Literæ, lineola transversa simul appingenda est, ceù vides factum in subjecto Exemplo, hunc versum complectente: Orandum est, ut sit mens sana, in corpore sano &c.

CAPUT

CAPUT VI.

De Formatione novarum Cifrarum, ex virgulis & alijs characteribus.

Sic fuit Formatio ex Literis, sequitur Formatio Literarum ex Virgulis & alijs characteribus. *Ex Virgulis Alphabetum extruxit,* Johann: Hasenbart/ *Mathematicorum Instrumentorum Artifex; cujus etiam* infrà cap. 9. *fiet mentio, ad hanc Schematis formam:*



Res facilis intellectu, addimus Praxin in Exemplo, Schemati isti subjecto.

Sic Porta Lib. 2. Cap. 11. p. 105. *ad Tabulæ oram, ex his tribus Characteribus* + ○ □ (vid. eundem c. 13. p. 112.) *Et* Schvvent. Libr. 5. p. 152. *ex sequentibus duobus* □△, *additâ variâ flexurâ, confecerunt Alphabeta. Cujus farinæ quoquè sunt illa duo Alphabeta, quæ* idem Porta, *Polygraphico suo Alphabeto,* d. Lib. 2. c. 19. p. 140. *adjunxit.*

Deniquè non inelegans est Alphabetum, quod Schvvent. in auctâ Steganol. p. 182. *habet, vel eâ ratione, quòd in scriptione ità contrahi possit, ut uno charactere tres vel quatuor Literas exprimere liceat,* vid. p. 183.

Hùc quoquè referri debet, ille à dicto Schvventero, p. 193. in auctâ Steganol. *traditus Modus, ubi retentis aliquot Literis, prò reliquis Characteres tantum assumuntur.*

CAPUT VII.

De Monitis quibusdam hîc observandis.

HÆc & plura alia, ad horum Imitationem, prò se aut alijs, quisquè effingere poterit. Verùm qui hac re delectatur, is benè necessum est, observet, ut Formas quàm simplicissimas assumat, nè nimiâ Lineamentorum figuratione, molestiam scribenti afferant. Assuefaciat etiam se, ut nexus & proportio Literarum, decenti efficiantur modo, nec non intervallorum habeatur ratio. Constituto Alphabeto, non inutile erit, extrà numerum Elementorum, superfluos characteres effingere, qui sæpiusculè inter scribendum, vel initio vel in fine Dictionum, vel ijs medijs interserantur: Ut eorum otiosâ adjectione, intercipientium labor, irritus reddatur: Quos ex Arte, characteres otiosos & adjectitios appellamus. Cæterùm electo certo genere istorum Alphabetorum, ità proceditur. Primùm, Secreti sententia, ponitur, mòx sua cuiquè Literæ Nota seu character substituitur, donèc totum id quod velimus, in hunc modum perscribatur: Quod quia per se planum, exemplo inlustrare supervacuum duximus. Quia verò hæc ità scribendi ratio, simplex est, necesse erit, quò occultior evadat, ut artificiosè eam etiàm tegamus: Idquè fieri potest, si uno contextu verba scribantur: Si alia verba cum alijs misceantur, intercidantur: Si adjectitij seù otiosi characteres interjiciantur, superfluis Literis, ut sunt Q. X. Z. Y. detractis: Si brevis admodùm sit Scriptio: Si modus Regularum Grammaticarum, interdùm negligatur: Si illis Literis, quæ crebrò scripto interveniunt, substituantur aliæ, aliâ formâ: Quâ ratione non inconsultum erit, figuras duplices, triplices vèl quadruplices formatas, in promptu habere: Si monosyllaba omittantur & repetitio verborum evitetur: Et id genus alijs Modis. Transpositionis artificium, hîc etiam locum, eâdem ratione, quâ veris Literis contingit, occupat: De quâ infrà h. Lib. c. 15. & seqq. ad 22.

CAPUT

CAPUT VIII.

De Formatione seu Substitutione Similarium Cifrarum, simplicioris Processus.


TAntùm de Formatione *Dissimilarium, sequitur* Formatio Similarium, *quæ per se in formando nullâ curâ indiget, utputà tota in Punctis sistendis consistens. Sed tamen subtilior & operosior reliquis est, eò, quòd exiguis illis Punctulis tantùm absolvitur. Ratio verò omnis sita in aptâ & convenienti dispositione eorundem, quæ triplex reperitur. Procedere enim possumus, aut* viâ simpliciori: *aut* majori cum apparatu: *aut deniquè* singulari cum artificio. *Triplex itaquè dispectio hîc adhibenda. Quando procedimus* Viâ simpliciori, *tùm adhùc dispositio triplex: Aut enim contingit, per* solam Positus rationem *per se: aut fit* beneficio Circini, *aut per* peculiarem Normam *adhibitam.* Primo Modo *ità: Puncta, quinque Lineolis cæcis ità disponantur, ut modò unum, modò aliquot simùl juncta, & in hâc vel illâ Lineâ collocata, referant Literas, planè ad illum Modū, quem* Schwent: p.194. in auctâ Stegan. *extructo Schemate demonstrat, & exemplo declarat: Quæ cùm per se, nullius difficultatis sint, admonuisse sufficit. Et hæc simplicissima poterit esse ratio, ponendi Puncta per se, h.e. sinè Circino & Normâ. Longè verò elegantior evadit, si ad Transpositionem Obliquam* (vid. Lib. 5. c. 14.) *Literarum in Numeros,* (vid. pr. c. 19. h. Lib.) *pro Numeris ponantur tot Puncta. Quo ipso ad Transpositionem Inversam, de quâ* Lib. præc. c. 21. tab. 3. *Puncta quoquè poni possunt, si quis animum intendat. Sapienti sat.* Secundo Modo *ità: Beneficio Circini, Puncta eo loci ponantur, quo Mensura jubet. In quam rem extat Exemplum* j. c. 12. tab. 2. n. 2. *relatum, quò, quia pendet ex illâ dispositione, de quâ* d. cap. *agendum erit, Lectorem remittimus: nè eadem bis repetere, necesse habeamus. Ubi etiam observes, eâdem ratione, tertium in Tabulâ repertum Exemplum, hùc quadrare.* Tertio Modo *ità, ut porrò subsequenti Capite, pluribus expeditur.*

CAPUT IX.

De Dispositione Simpliciori Punctorum ad Normam.

SEquitur Tertius Modus, *quem præcedens Caput, ob sui latitudinem, capere nequibat. Hic expeditur peculiari adhibito Instrumento. Instrumentum cùm dicimus, intelligimus Regulam, sivè rectam, sivè angularem, sivè circularem, ità ex particulâ chartæ, vel membranæ, veletiam laminæ fabricatam, ut & Alphabetum ei commodè inscribi, aut insculpi, atquè illud chartæ scriptoriæ variè admoveri possit. Hoc itaquè Instrumentum, ità comparatum est, ut Alphabetum, aut suo ordine & recto inscriptum: aut ad Trianguli oras, (initio ducto, à summo Trianguli ad imum, & indè progressu, à lævâ ad dextram, ab hujusquè extremitate, ad summum iterùm regressu facto,) circumscriptum: aut deniquè arbitrario ordine, incisum habeat. Secundùm quas differentias Regulæ, tres oriuntur speciales Modi simplices, per Puncta scribendi, quos age videamus.*


Primus Modus *indè exurgit, si ejusmodi Regulâ Alphabeticâ, ubi Literæ suo ordine stant, ità utaris, ut Literas Secretæ dictionis, unam post aliam dimetiaris, & Puncta eo loci ponas, quo jubet dimensio: Regula ità se habet:*



Electo Secreto, ità jam te Scriptioni parabis. Primò omnium in utraquè laterali margine Chartæ, erectæ tibi Lineæ, ducendæ erunt: aut Linearum loco, plica papyro utrinquè inducenda, quarum definitione, Puncta tua & scribere seu figere incipias & desinas. Deindè inter Lineas erectas, tot cæcæ Lineæ ducendæ, quot Punctis, quæ in eas conjicienda, excipiendis sufficiunt: Debinc mobilem Alphabeti Regulam, plicæ factæ admoveas ità, ut antè Literam A, spaciolum relinquatur: Quô factô Litera Secreti prima, indicem se præbet, ubinàm Punctum, in cœcâ Lineâ sit ponendum. Quòd si tantùm spacii reliquum est, ut Literam sequentem Secreti, eadem capere possit Linea, jam â proximo Puncto, iterùm Regulam, facto initio ab Indice, Literam A. præcedente, applices, mensures, & Punctum, ubi Litera Secreti se ostenderit, figas. Sin tantùm spacij reliquum non est, sicùt ab initio doctus es, Regulam plicæ denuò applices: Exempla hujus Modi, infrà, cap. 11. 24. 25. 26. & Lib. 8. c. 3. *ubi hic Modus recurrit, proponemus. Hoc verò inventum,* Johann. Walchium *Autorem habet, à quo id luculenter, in* Decad. Fab. 9. à pag. 198. ad 213. *expositum, & Tabulis, Exemplis atquè Picturis est illustratum.*


Secun-

Secundus Modus, *eundem cum Primo, processum habet, nisi quòd compendiosiori viâ, ad Triangularem Alphabeti circumscriptionem, beneficio Trianguli, in Regulâ excisi, puncta consignentur: Quem Modum idem* Walchius d. loco, p. 213, *ex* Brechtelio *quodam, ità describit:* Eandem « Punctorum rationem elegantiùs & majori cum artificio exprimes, « Modo quem Brechtelius quidam tradit. In membranæ particulâ, « duc Triangulum, cujus transversum, longitudine æquent crura di- « gitûm. Singula latera, in octo æquales distribue partes, quibus Al- « phabeti viginti quatuor Literas, inscribe: Literarum initium su- « mendo, quocunquè puncto volueris: nam Clavem tuam variare li- « ceat, operiquè majorem obscuritatem inducere. Intrà Triangu- « lum quidquid continetur spacij, exime seù exscinde: Clavem seu « Instrumentum tuum, stylo priùs in Literarum tuarum paginâ, cœ- « cis ductis Lineis, loco AC applica, & continuâ Clavis promotione « scribe: hoc est, ubi Litera, quam scriptam vis, perstante instrumen- « to, in Trianguli situ occurrerit (sivè cœcis Lineis Punctum illud, « quòd Literam repræsentat, incidat, sivè ad latus excurrat & sursùm « vergat, juxtà est) ibi Punctum præcisè pennâ fige. Ab hoc puncto, « sequentis Literæ rursùs fac initium, atquè Clavem tuam applica, « ità ut Angeli Recti, qui est AB (Trigonum qui præcurrit) Linea per- « pendicularis, postremum semper in Epistolâ tuâ, Punctum præcisè « contingat, & Trigoni Litera sequens, Punctū inferat: atquè ità ora- « tionem tuam, ac sensum occultum, continuo Trigoni progressu « compleveris. Oportet autem, ut Linearum cœcarum, quibus « Clavi seù Instrumento tuo insistis, à se invicèm distantia, paulò lati- « tudine, Trianguli tui altitudinem, ad vitandam Punctorum con- « fusionem, superet: Ut in Lineâ Rectâ AB videre est. *Sequitur Clavis Schema*; vid. Schvventer. in auctâ Stegan. p. 227. *ubi eandem rationem tradit: Et omninò* Cap. 11. h. Lib.




Tertius Modus *contingit, quandò Regulâ illâ, in quâ Literæ Alphabeti, non suo sed arbitrario ordine perstant, applicatâ, tot Puncta simùl, quot Literis una Dictio constat, non habitâ ratione ordinis, quò Literæ in Dictione se insequuntur, ad Indicem cujusquè Literæ ponuntur. Quod inventum,* sup. c. 6. *laudatus Civis Noricus,* **Johann. Hasenbart** / *nobis communicavit. Regula autem hæc Alphabetica, ità vel in chartâ, membranâ,*

branâ, vellaminâ haberi potest mobilis, subnexis eidem, hisce decem Characteribus, ad hunc modum:



Quo Schemate perlustrato, scias usum Alphabeti esse, suo Indice illum locum designare, quo characteres, in sui repræsentationem collocandi sint. Notæ verò subnexæ, ad cujusquè Dictionis secretæ collectionem rectam faciunt. Cùm enim Literæ, non eo ordine, quo significant, sed ad ordinem Alphabeti variè dispositi, repræsententur, fit, ut signis ejusmodi opus habeamus, quibus eas colligere valeamus. Quod si Dictio talis, quæ decem Literas excedat, occurrat, jam prò ulteriori numero, signa geminare, vel insuper alias notas, quas d.c. 6. h. Lib. *in Alphabeto primo invenies, usurpare potes. Usus verò Regulæ, seu Instrumenti mobilis, hic est: In Chartâ Scriptoriâ, plicæ utrinquè, tantâ intercapedine, quantam Regula ista Alphabeti, sivè duplicata sivè sola sit, exactâ ratione desiderat, inducendæ sunt: Secreto jàm constituto, quod sit ejusmodi:* Pater **Reihing ist abgewichen:** *nùnc plicæ, quæ ad sinistram inducta est, admoveas Regulam priorem, atquè punctis scribas primam dictionem* Pater: *Mox eandem Regulam dextræ plicæ admoveas, & scribe secundam dictionem* **Reihing**: *Ità pergas, spatio novæ scriptionis lineæ decenti indulto, cum duabus reliquis dictionibus, ist* **abgewichen.** *Hoc observato; Si Litera in dictione bis recurrat, tum notam posteriorem, priori superponendam esse, ut hìc in secunda & ultimâ dictione contingit. Alium prætereâ usum,* cap. 23. h. Lib. *monstrabimus: Interim sequens Schema, hujusmodi Occultæ Scriptionis, prò Exemplo perpende.*



Hùc etiam refer Circularem Processum, incurvatâ ad Circuli accommodationem, normâ illâ Alphabetariâ, cujus in primo Modo Schema exhibuimus: Quem maluimus Walchij *potiùs verbis, quam nostris, ob elegantiam, descriptum dare: Is* pag. 209. *ità insit:* Quod si verò rectis Lineis procedere non placet, sed tortuosæ Spiræ tua Puncta inscribere, atquè sub illius formâ, sententiam aliquam exprimere voles (Quæres elegantiæ non parùm habet) Alphabeti tui typum papyraceum, qui

qui anteà rectâ Lineâ procurrebat, nùnc circulari formâ effingas, ne- "
ceſſe habebis. Ità ſcilicèt, ut amplitudine maximo ſeu extremo ſpi- "
ræ tuæ arcui correſpondeat: non tamen totam Spiræ circumferen- "
tiam, ſed illius tantùm partem occupet, ad placitum. Scripturus "
ergò, Alphabeti tui typum Spiræ arcui extimo applica, ab illiusquè "
præcisè principio incipiendo, in figendis punctis progredere, juxtà "
Literarum collocationem, quarum ſpacia atquè intercapedines, in "
ſignandis Punctis obſervabis ut ſuprà, donèc abſolutâ primâ cir- "
cumferentiâ, Spira in ſeipſam redire atquè arctior eſſe incipiat. "
Hîc ergò licèt in ſequentibus omnibus arcubus, usquè ad imum, in "
ſingulis circumferentijs, Puncta tibi figenda ſint, nihilominùs ta- "
men, tui Alphabeti ſeu prototypi adplicatione ab extremâ circum- "
ferentiâ haud diſcedes, ſed in ampliſsimo Spiræ arcu perſtabis per- "
petuò, ad finem usquè Literæ, & Spiræ umbilicum. Quarè quam- "
primùm Punctus aliquis, in ſecundum ſeù interiorem aliquem Spi- "
ræ arcum figendus venit, & ultrà progredi volueris, Alphabeti tui "
Typus, initium quidem, ut hactenûs ab ultimo Puncto fixo ſumet "
ſemper: Quia autem interiores arcus jam tibi ſignandi ſunt, ac ty- "
pum illum tuum, extremo & uno illi ſemper arcui in ſcribendo ap- "
plicari, ſuprà juſsi: Ergò hoc tibi faciendum erit. Regulam adpli- "
cabis Spiræ centro ſeu umbilico, & quem in Spiræ contractiori ali- "
quâ parte fixiſti ultimo puncto, ac quem locum ſuprà extremum "
Spiræ arcum procurrens Linea recta dictat ac loquitur, eo loco Al- "
phabeti ſeu Prototypi tui initium pone: mòx Literam in Alphabe- "
to tuo (Quod Typo accuratè inſcriptum eſt) quære, quam in dictio- "
ne ſcribendâ requiſieris: Quâ habitâ, Regulam parte ſuperiore, "
fixo ac eodem loco perſtante typo, transfer ad ipſam Literam, imâ "
ſui parte, immotâ perdurante, centrum quâ obtinet, ac quâ par- "
te Spiræ interiorum arcuum aliquem ſecavit, in illâ ſectione Pun- "
ctum tuum, prædictam ſuperiorem Alphabeti tui Literam repræ- "
ſentantem, conſtitue, atquè atramento nota. Hoc plane modo "
procede, usquè ad Sententiæ tuæ finem, Spiræquè faucem. "

† † † †

Obſervabis ergò, cum Spiræ ſententiam ſeu Literas tuas, hoc "
eſt, Puncta infigere occeperis, atquè interiores, hoc eſt, ad ſecun- "
dum & reliquos ſubſequentes Spiræ arcus perveneris, bis ſingulis "
punctis Regulam applicandam eſſe: ſemel ut locum illum invenias, "
quô Typi tui initium, h. eſt, Alphabeti tui primam Literam, quæ eſt "
Alpha, ſtatuas ac colloces (Qui Typus, ſingulis Literis ſeu figendis "
Punctis, deindè protruditur) iterùm ut ſuo loco, perſtante typo, "
inferius punctum, quod ſuperior Alphabeti tui Litera loquitur, Re- "
gulæ beneficio, in rectilineæ ſectione, certiſsimè reperias. Spiræ "

Puncta

† † † †



» Puncta tua inſcribere docui. Cape ergò hujus rationis noſtræ, ſe-
» quens Exemplum, ac ſub Spiræ infixis Punctis, ſequentem lege oc-
» cultatam ſententiam. *Hactenùs* Walchius.


Nos verò & normæ Alphabetaris inflexæ Schema hùc contulimus; In quâ diſtantiæ Literarum Alphabeti inter ſe, æqualiter reſpondet diſtantia Centrorum hujuſcè Spiræ. Et deindè Sententiâ aliâ quadam Auguſtini, *Spiralem hanc Lineam donatam exhibemus, quæ ita ſonat:* Vive Deo gratus: Toti Mundo tumulatus: Crimine mundatus: Semper tranſire paratus.

CAPUT

CAPUT X.

De Dispositione Punctorum operosiori.

EXpeditâ simplici ratione, ejusquè differentijs, progredimur ad ortum Modum, qui indiget prò scriptione & Tabulâ & Clavi. Quæ res, qualis sit, rectè intelligi nequit, nisi præmittamus Tabulam, quam concinnavit Vigenerius, p. 257. a. b. p.260.a. & 262.



Tabu-

Tabula hæc generalis est: Constat Tabulis tribus, quod ex duplicatis Lineis transversalibus, intelligere licet: (Secundò Literis & Numeris, undiquè Tabulam ambientibus: Tertiò tribus Schematibus, suprà eidem impositis. Tabulæ tres speciales, sunt hîc, per compendium ratione contentorum Secretorum, in unam inclusæ: cùm tamen quælibet earum, tantam longitudinem & latitudinem, si separatim ad hujus vel illius Clavis cynosuram, scribendum esset, requireret. Quia tamen hîc conjunctæ sunt, indè factum, ut prò inferiori Tabula, aliud Alphabetum, & à sinistrâ parte, alij Numeri appositi sint: Cùm Tabula quælibet per se, uno Alphabeto, & ab uno latere propendentibus Numeris, contenta sit. Ratio verò inferioris Alphabeti appositi, discriminis nonnihil præterea inducit. Superius enim Alphabetum ità positum est, ut Scriptio à sinistro ad dextrum, more solito procedat: Hoc verò, ut versâ Tabulæ superiore parte, ad dextrum latus, à summo ad imum scribamus. Numeros perpendiculares & respectivè transversales, quod attinet, illi primùm denotant, ad tantam longitudinem, quâ à dextrâ propendent, & latitudinem, quâ è regione invicem positi sunt, prò singulis paginis scriptorijs, Tabulam sivè generalem, sivè quamcunquè illarum trium specialium, sivè etiam Instrumentum, de quò mòx, esse conficiendum. Deindè faciunt prò distinctione æquali Linearum, quæ suis capsulis quandoquè quinquè, quandoquè novem Literas capere debent aut possunt. Literæ verò sedecim, à se invicèm in extremitate Tabulæ, Lineis transversalibus, in longitudinem deincèps ductis, distinguuntur: Quas isto vel alio ordine, si inter te & amicum ità convenit, collocare potes. Officium est, ut designent, quâ areâ cujusvè Literæ sedes, seu statio debeat esse. Schemata verò illa superiora tria, inserviunt successivè, vel totì Tabulæ: vel primum tantùm superiori: secundum mediæ: tertium ultimæ: monentquè Literas secreti, in quamquè suam aream & quidem eo loco areæ ponendam, ubi numerus in quadrato Schemate positus est. Quibus sic præmissis, ad Praxin accedimus, ubi duplex Processus: Aut enim scribimus adhibitâ Chartæ Scriptoriæ Tabulâ, cum suis Lineis & Areis, sed tamen à Literis & Clave prorsùs vacuâ: aut sinè eâ, adminiculo Instrumenti mòx describendi. Utroquè Modo interest, an Tabulâ integrali conjunctim utaris, an separatim, aliquâ saltem ex tribus. Si uteris separatim, vel primâ, vel aliquâ aliâ ex reliquis, & illa Tabula, tibi in paginâ scriptoriâ parata sit, quæ inter lineas transversas, prònumero Literarum sedecim, inter perpendiculares viginti, vel etiam tot, quot pagina capere potest, areas contineat: Jam ad Scriptionem ità te compara, ut juxtà schema clavicularium primum (Siquidem primam, præstituisti tibì Tabulam) primam Secreti Literam, in eam areolam, quæ illi Literæ peculiariter destinata est, eo loco, quo primus Numerus Clavicularius, in quadrantali collocatus est, colloces, & ità perges, secundam, tertiam, quartam & quintam Secreti Literam, juxtà numeri Clavicularij positum,

positum, suo loco reponere, hôc semper observato, ut in Lineæ transversalis areis, ultrà quinquè Literas (Nam & Schema ampliorem numerum non habet, excepto secundo, quod in secundâ Tabulâ observes) ponas. Exemplo tibi erit hæc sententia, quæ in primam Tabulam translata, & hujusmodi est: Omnia conando, docilis solertia vincit. Eodem modo, sed prò schematis applicatione diversâ, versabere in transferendis sententijs duabus sequentibus: uti vides etiam factum: Verâ amicitia diù quæritur, rarò invenitur, difficulter servatur: Hieronym: ad Ruffin: Et, Omnium rerum vicissitudo. Quarum illa ad secundam; hæc ad tertiam Tabulam pertinet. Ut verò magis hoc occultes, Authores tibi sumus, ut duas sententias ad transferendum conjungas, quarum posterior secretissimam intentionem contineat, hoc modo: Primò, Literam prioris, deinde Literam posterioris secreti, transferas, atquè sic alternatim pergas. Si verò conjunctim, Tabulâ integrâ utaris, jam septem priores dictiones, ad primi schematis: Sex sequentes ad secundi: Sex reliquas, ad tertij Schematis artificium: Deindè in Tabulæ superiorem partem, primas quinque Secreti Literas: Sequentes novem in mediam: Et subsequentes quinque in inferiorem transferas, atquè sic alternatim pergas. Sed hujusmodi translationem, longè faciliùs omissâ Tabularum & Linearum conficiendarum molestiâ expedies, parato ad hoc Instrumento, quod ejusmodi erit, ut vel Tabulam, ejusquè Lineas & Areas referat. Conficitur autem illud ad modum Linearum & arearum, perpetuò perforatâ ac undiquè clathratâ bracteâ: vel etiam (2) ex lineis cupreis, lamine prò modo Tabulæ integrè excavatæ undiquè, instar retis, applicatis & junctis: vel (3) ex chartâ oleo inlinitâ. Imò si & Tabula non missa sit, & Instrumento ejusmodi, de quo modò dictum, destituaris, & scias ex conventione, sedecim Literis, quæ latitudinem faciunt, scriptionem tantùm constare, & viginti lineis transversalibus confectam, beneficio fili & circini, secretum venari licet. Si enim filo, longitudinem & latitudinem, ex scripto transmisso expiscatus fueris, & circini beneficio, Lineas & areas dimetieris, quod tùm facilè fieri potest; jam Literarum ordo, vel, si Punctis scriptum sit, uti mòx dicemus, eorum intelligentia illucescere incipit. Atquè hactenùs patuit, quomodò Literæ Secreti, in areolas illas sint congerendæ: Cujus rei Exempla, exhibet ipsa quoquè Tabula. Sed quæ hactenùs de Literis dicta sunt, & in ipsâ quoquè Tabulâ habentur, tantùm pro majori rei intelligentiâ, adducta & inscripta sunt. Scopus verò, ut ad rem redeamus, unicus est, ut prò Literis, Puncta substituamus, ubi jam nulla difficultas ampliùs superest. Didicito enim illo, quo loci, vel in Angulo, vel in Latere vel in Centro quælibet Litera collocanda sit, jam facilè est, puncta seù stellulas, in stationes suas collocare & disponere, eo tamen observato, ut lineis perpendicularibus, earumquè areolis, sua semper per Indicem Instrumenti & Literarum majuscularum, constet Litera: Quo fit, ut nihil dictu reliquum sit, quàm tantum, ut Exemplum

Scriptionis hujuſcè, ità uti dictum, adornatæ, ſubjungamus, quod, ad diſpoſitionem Clavis Mediæ ſivè Secundæ, prædictæ Tabulæ efficiendum, exhibemus ſequenti Schemate, ſexaginta tribus punctis conſtante: Ex quibus ſequens monitum legitur: Aſcendere alta, eſt arduum: unde poſteà cogaris, antè cadere, quàm deſcendere.




CAPUT


CAPUT XI.

De dispositione Punctorum, per modum Reflexionis cujusdam.

Restat ultima Species, quæ fit per modum Reflexionis cujusdam, *ut porrò ex ipsâ Tractatione elucebit. Ratio verò hujus Modi, initiò, primæ Regulæ Alphabetariæ, de quâ* sup. c. 9. *quadrat. Retinet enim per mensuram Tabulæ, ac Linearum successionem, Literas Dictionum in suo ordine: Deindè ejusdem Regulæ Alphabetariæ beneficio, Puncta in linèis cæcis collocantur. Sed præterea hìc accedit, quòd Linearum utrinquè ex latere erectarum, tùm transversalium, exactissima ratio habenda sit, posteà centri cujusdam, in imâ parte pagellæ constitutio, & ad illud, Linearum transversalium Punctis, correspondens Punctorum repræsentatio & reflexio requiritur. Quam rationem, à se inventam* Walchius p. 214. ad 219. *latiùs atquè verborum ornatu pereleganter persequitur, sed satìs obscurè. Nos usui propiùs accedentes, simpliciori stylo, eam ità explicandam putamus, ut primò duo Schemata insequentia: mòx Scriptionis genus: deniquè Usum rei proponamus, indicemus, ac doceamus.*



Primum hoc Schema *est Punctorum, proximè Literas secretas repræsentans & per ea secretam sententiam continens. Quo ipso Exemplum Scriptionis illius, de quâ,* d. cap. 9. *ad secundum Modum seù variationem egimus, & cujus Exemplum hic tradi, ibidem monebamus, proponitur & in superficie Tabulæ exprimitur.*



Alterum Schema, *à superioribus cæcis præcedentis Schematis lineis parallelâ Lineâ incipit, & usquè ad centrum inferius, mediantibus quasi radijs pertingit. Atquè hoc illud demùm est Schema Scriptorium, quod amico transmitti & sensus intima enarrare, vel potiùs monstrare debet. Tantùm de Primo.*

Genus Scriptionis *quod attinet, fit hoc quasi per quandam repercussionem: Undè* Walchius, Solaribus radijs hîc scribi, *eleganter loquitur & sentit.*

Usus *verò spectat æquè* Scriptorem *ac* Lectorem, *cui nimirùm Secretum hac ratione intimandum est. Uterquè* primò *habeat Regulam illam Alphabeticam mobilem (cujus paulò antè mentio facta, &* Cap. 9. *Schema productum est) ad amussim invicem respondentes. Nam eâ ratione, exactè distantiam Literarum, & si placet Perpendicularium Linearum,*

rum, (quas tamen nihil attinet, à dextrâ parte aliquantùm, ultra longitudinem Regulæ extendi) constitutam Ulterquè habebit. Deindè *scitu Ulatriquè opus, quâ distantiâ, cæcæ illæ transversales Lineæ, Puncta sustinentes, & constituendæ & habendæ sint. Nam si error hîc contingit, frustrà labor omnis susceptus. Quocircà ad illam cognoscendam, Regula sequens oculis obversetur:* Quâ intercapedine Litera altera, ab alterâ, in Regulâ illâ Alphabeticâ reperitur, eadem esto Linearum cæcarum superioris schematis distantia. *Alium Canonem* Walchius, *à circulo Centri, de quo plura jam dicemus, suppeditat, inquiens:* Linearum superiorum omnium distantia, Semidiameter præcisè esto, Circuli illius minoris, qui circà centrum & punctum ductus est. *Tertiò Ulterquè posterius Schema ità constitutum habeat, ut à superiori parte, per dictam Lineam apertam parallelam, æquâ distantiâ, quâ lineas cæcas, invicem distare definivimus, prius Schema attingat: Mox infrà hanc Lineam, Punctum seù Centrum, Circulo incluſum, eo spacio, quo superioris Schematis Lineæ transversales inter se distant, relicto, ità ponas, ut illud medietatem Linearum puncta sustinentium obtineat, atquè exactè apices sivè extremitates Lateralium Linearum respiciat, ac mediante Regulâ contingere possit.*

Quibus ceù generalioribus sic constitutis, quæ partes sunt Scriptoris *videamus. Hic itaquè sententiam jam exaraturus, conjiciat, eo, quo cap. 9. dictum est, modo, ope istius decantatæ Regulæ Alphabeticæ, Puncta in Lineas cæcas, ut suo quæquè loco, in ordine stent. Deindè viderit, quot Lineæ, Puncta ista sustineant, atquè sic certus fiat de numero. Hoc facto, ad ipsam Scriptionem, quam transmittere vult, accedat, atquè arreptâ Regulâ vulgari, eam centro inferiori, & lineæ primæ primo Puncto, & deindè ordine reliquis, hujus & sequentium Linearum Punctis applicet, & simùl à Centro, usquè ad Lineam illam transversam parallelam, Lineas alias ducat: Ita tamen ut non procurrant integræ, sed instar radiorum fractorum decurtatæ visantur: Et tantùm spacij, intrà istos radios & Lineam parallelam relinquat, quantùm prò signandis ibi Punctis, uno vel pluribus requiritur. Quæ idcircò hîc denuò sistuntur, ut unitate, geminatione & numero suo, vel primam, secundam, vel aliam aliquam reliquarum Linearum Schematis prioris designent: E. g. Lineâ vulgari Centro, & simùl primæ Lineæ Puncto, exactâ ratione applicatâ, ducenda ità è centro Linea est, versus Lineam parallelam, ut spacium tantum relinquatur, quò ad prædictam transversam parallelam Lineam, Punctum unum apponi vel superponi possit. Sic Regulâ, ad secundæ, tertiæ vel alicujus reliquarum Punctum, eodem quo dictum est, modo applicatâ, tantum spacium relinquendum est, ut duo, tria, vel plura puncta commodè notari possint. Ubi adhùc velimus duo observet: 1. Quia fieri potest, ut duæ Radiales Lineæ, in applicatione Regulæ, ad varia illa prioris schematis, seu diversarum illarum*

illarum ſuperiorum Linearum Puncta, eodèm ſæpè incidant: hinc in ejuſmodi Lineâ, ubi Puncta, diverſas Lineas indicantia, concurrere debent, intervallum aliquod, inter hujus vel illius Lineæ inſervientia Puncta, relinquat: vèl etiàm cum Radiali Lineâ, manente Regulâ excurrat, in partem centri inferiorem, atquè priori, quæ ſurſùm vergit, è regione conſtituat; quod perindè valebit. 2. Variari poteſt punctandi ratio: Nam prima Linea Radialis, nullo puncto deſignari poteſt: Secunda uno: Tertia duobus &c. Confectis & poſitis ità Radijs & Punctis omnibus, poſterius hoc Schema Radiale, amico transmittat, retentâ ſecùm vel abjectâ priori.

Hinc facilè judicandum, quæ jam partes ſunt Lectoris *ſivè* Interpretis. *Is enim ex numero maximo Punctorum, & ex Literarum in Regulâ Alphabeticâ, determinatâ diſtantiâ, primò ad transmiſſum Scriptum, conſtituet ſimile Schema, quò ad longitudinem & numerum cœcarum Linearum, quale Scriptor antè confecit. Deindè Schemate illo rectè adaptato, & aſſumtâ Regulâ, eaquè tùm Centro, tùm Radiali Lineæ, quà unum, quà duo, quà tria &c. continet, applicatâ, facilè inveniet, quâ lineæ parte, Puncta, quæ proximè Literas repræſentant, collocanda ſint. Deniquè rectè ità collocata Puncta, quam quodquè Literam ſignificat, beneficio Alphabeticæ Regulæ, nullo jam negocio deprehendet. Sed de hoc tàm operoſo, ſicut & illo Picturato (quem* Cap. 25. h. Lib. *trademus) Modo, ità cenſet*

» Walchius p. 218. Eos ſcilicèt non eſſe Epiſtolis accommodatos, propter nimium laborum multitudinem & moram, quam horum tàm
» Scriptio, quàm reſtitutio & lectio, requirit. Præſtat, *inquit*, egregiam aliquam Sententiam, hoc artificio comprehendi, ac parieti
» inſcribi, ac ſub his involucris illam vel Poſteris conſecrari; vèl
» advolantibus ac curioſis Hoſpitibus propinari,
» Oedipodi Sphyngis ænigma diſſolvendum.

CAPUT


CAPUT XII.

De Formatione Mixtarum Ciferarum,

& primò de Linearum ductu.

PRæter Puncta, plærique Characteres, Mixtam causam habere videntur. Nam nec per omnia sunt Similares, nec si sunt Dissimilares, tamen non ex Figuræ conditione, sed ex Collationis ratione, Literarum potestatem induunt. De his nùnc tertio loco dicendum, trifariàm distributâ harum Mixtarum Ciferarum dispectione. Mixtæ enim hæ Ciferæ, aut magis quandoquè accedunt ad Similares; aut sunt Ambiguæ Naturæ; aut magis ad dissimilares referendæ sunt. Ciferæ magis ad Similarium naturam respicientes, sunt Lineæ: Quomodò igitur hæ Literas referre possint, agè nùnc videamus. Fit id ductione variâ ad certam mensuram, quæ iterùm tribus contingit Modis.


Primus Modus est, cum Alphabetum pendet ex Lineolâ, cujus extremitatem Semicirculus, vel superiori vel inferiori parte, in primo & tertio: junctis Punctis vel centris, in secundo & quarto ordine Literarum, claudit. Ejus Schema subnexo Exemplo prò praxi, Vigenerius pag.273.a. proponit hoc modo:



Ratio Alphabeti explicata est: Ex quâ statim latentem sententiam, in Exemplo, quod perpetuâ Lineâ, sùb Semicirculi distinctione scriptum, hanc repe-

reperies: Præsentia ordina: Futura provide: Et Præterita recordare. *Variari autem hoc Alphabetum potest, ut Literarum ordo, in quolibet quaternione mutetur: vel ut Literæ Primi Ordinis, migrent in quaternionem secundum: Secundi in tertium: Tertij in quartum: & Quarti in primum; vel viceversâ, varjis adhuc Modis. Sic ratione Scriptionis, Alphabeto vel mutato vel immutato, ultèrius variatur, ut incipiamus scribere, vel à dextrâ ad sinistram: vel Literas ordinemus ut ascendant & descendant ità, ut prima Litera, in Lineâ integrâ secundâ: Secunda in tertiâ; Tertia in in quartâ; & hæc in primâ delineetur: vel viceversâ.*

Alterum Alphabetum, similiter à Vigenerio, p.273.b. *descriptum habetur, in hanc formam & praxin:*



Stru-

Structura Alphabeti, habet se instar muri, in cujus summitatem per gradus ascendere licet: Quod eò sit, quia Lateres inferiores quatuor, semper quantitate excedunt superiores. In quolibet quaternione notes, Laterem secundum desiderare punctum: Tertium Laterem, ex altero latere, duas Lineas: & Quartum unà cum duplicatâ Lineâ, itidem punctum exigere. Murus verò quadratis illis Lateribus exstructus, præmissam continet Sententiam & praxin Scriptionis. Nam si cujuslibet Lateris spaciolum metieris, & oculum in Puncta & duplicatas Lineolas conjeceris, facile negocij hoc, secretum ibi latere, deprehendes. Ultimi deniquè Lateris longitudo, si correspondere nequeat Literæ ibi ponendæ, in illius spacium duo puncta conjicito: Legas autem in hoc Muro, sequentem Ciceronis *sententiam:* Multi pervenirent ad Sapientiam, nî jam putassent se perveniſſe.


Tertium Alphabetum ad uniformes Characteres magis accedit. Undè in ultimum locum, meritò reservatur. Participat enim aliquid cum prioribus, & cum sequentibus non exiguam habet cognationem. Hujus Schema, apud Vigenerium, pag. 269. ad 273. *extans, ejusmodi est.*

† † † †

Superior hujus Schematis Columna Literalis, ad cujus verticem, velut per gradus ascenditur, continet Alphabetum, junctâ ratione Literas exprimendi & legendi. Quæ in Tabulâ, sub num. 1. 2. & 3. sequuntur, sunt tres secretæ sententiæ, isto artificio scriptæ: quarum Prima, exhibet hæc verba: Ocium sine Literis, mors est, & vivi hominis sepultura: *Et scripta est Lineolis: ubi notes Literam primam prædictæ Columnæ, semper exigere integram lineolam, vel integrum spacium, prò ratione appositæ mensuræ. Quod si occurrat illa, quæ posteriorem in columnâ sortita locum est, tùm aut Lineam bipartiaris, aut in medio spacij, exiguam lineolam pingas. Sin verò in fine integræ cujusquè lineæ, tantum spacij, quantum sequens Litera postulat, non inveniatur, comma vel colon apponas. Sed & hunc Scribendi Modum ità variare poteris, ut Lineolis unam, Spacijs alteram, & sic duas sententias, simùl designes: Quod ità fiet, ut ad Literam columnæ posteriorem, lineolam bis ponas, atquè ità etiam spacijs facies, cum prior Litera, semper unâ Lineâ aut spacio sit contenta. Altera Sententia ita habet:* Quod tibi non vis fieri, alteri nè feceris. *Hæc Scriptio expeditur spacijs, ad cujus extremitatem, si Litera Columnæ prima, unum: Sin posterior, duo apponuntur puncta. Tertiæ tenor hic est:* Tu supplex ora: Tu protege: Tuquè labora: Tuquè trium vigili parta labore, vora. *Peragitur autem stellulis eadem ratione: Quòd si posterior Columnæ Litera, scribenda venit, tùm distinctionis gratiâ, Stella radium quási, sivè caudam Cometæ instar versus sinistram appositum habet: Quod observes.*

† † † †

† † † †




CAPUT

CAPUT XIII.

De Cifrarum Ambiguæ naturæ, repræsentatione variâ.

Hujus generis Cifræ reperiuntur esse Circuli, Notæ Musicales &c. *Hæ enim etsi Figurâ Similares sint, aut si pauciores, una vel altera, inter se diversæ, tamen reliquæ, sui similes manent: Attamen variâ sui ostensione, seu præsentatione efficiunt, ut prò Dissimilaribus habendæ sint. Cùm verò præsentatio alia in Circulo, alia in Notis Musicalibus fiat: Hinc distinctè de ijs agendum est. Præsentatio* Circuli *varia, pendet ex applicatione Punctorum ad Circulos: Quæ applicatio intelligitur ex sequenti Schemate Alphabetico:*



Hoc Schema apud Schvventerum in auctâ Steganol: *extat* pag. 189. *ubi laudat Authorem & simùl praxin ostendit in Exemplo, quod ibi videri potest.*

Præsentatio varia Notarum Musicalium, *contingit primò tribus diversis figuris: Deindè ratio illa, quâ variè Literæ repræsentantur, tota, consistit in Linearum intervallis, quibus Notæ Musicales collocantur, hunc in modum:*



b a c d e f g h i k l m n o y z r s t u vv x q p

Quem Modum Schvventero *debemus, qui in* f. lib. 5. pag. 304. *Exemplum satis longum exhibet, quò te remittimus, cùm & hîc Praxis minimè sit difficilis. De alio usu Notarum Musicalium,* vide infr. cap. 19.


CAPUT

CAPUT XIV.

De variâ collocatione partium Figuræ Crucis.


PArtes Crucis, *quia non uniformes, magis accedunt ad Naturam Dissimilarium Characterum, licet mixtam causam habeant, quâ maximâ parte, inter se sunt similes: Quæ similitudo tamen, à diversis collocandi modis exhauritur, ut porrò liquebit. Cæterùm cum Figuræ hujus triplex habitus nobis occurrat, & hinc diversa oriatur partium resolutio, hinc secundùm istos habitus seù formas instituemus hujus Capitis tractationem.*

Prima ejusmodi Crucis formâ exhibetur à Collangelio, in veri. Polygr. Gallicâ pag. 277. *quæ ex partium resolutione* Tetragrammaton *refert, ac illud complectitur. In cujus rei intelligentiam, exhibemus primò Schema, ab ipso in hunc modum fabricatum.*



Resolvitur Figura in quatuor partes, & partium sex quaterniones: Undè quomodò illi Tetragrammaton insit, satis patet. Deindè quilibet quaternio, & Numero distinguitur, & variam Literarum sortitur applicationem. Quòd si ergò rectè ad istos ordines, per numeros, usquè ad sex distinctos, adverteris, tùm in quam stationem, Litera quælibet substituta sit, deprehendes: Jamquè facilia omnia, occurrent. Variari verò quatuordecies millies, tùm Numerorum tùm Literarum istbanc applicationem posse, facilè est demonstratu. Nam ex 24 in se multiplicatis summa proveniens, si iterùm per 24. multiplicetur, producit istos 14000 minùs 176. Modum verò ità scribendi, subjectum Exemplum, ad utrumquè in Schemate propositum Alphabetum exaratum, satis ostendit. Quarè nihil addendum, nisi quòd Secreta Oratio ità habeat: Prima pars vitæ, sese nescit: Media, curis involvitur: Ultima, molestâ senectute premitur.

Secundò Idem Collangelius, d. loco, pag. 282. Ennʼagrammaton *describit, subjecto tali Schemate.*



Si annotaveris quamlibet partem Figuræ istius, ad distinctionem Punctorum, tres complecti Literas, & praxin quæsieris ex Alphabeto, & subjecto Secreto, (quod ejusmodi est: In sacris, magìs temeraria præsumptio, quàm cauta ignoratio, culpanda videtur. Augustin:) *manuductione ulteriùs non indiges: Nisi quod observandum sit, Enn' agrammatos magìs apertam resolutionem, in novem illas portiunculas, quibus constituitur, perspici in sequenti Tabulâ, à* Vigenerio, p.275.b.276. a. b. *propositâ, ubi simpliciori ratione Alphabetum extruit. Cui fini & ipsum Schema nùnc subjicimus, de eos principaliori usu, quò & subjectum Exemplum pertinet, posteà* Cap. 22. *acturi.*




Tertiò Vigenerius pag. 97. & 100. *ex duplici Crucis Figurâ talem qualem Schema subsequens exhibet, Tabulam Alphabetariam extruxit:*

† † † †

Nihil addimus, quia per se patet: Nisi quòd hìc lateat Numerorum quoddam Alphabetum, ad indicem Literarum minuscularum, Hebraicâ dispositione Alphabeti se insequentium, & appositum Numerum expressum. Sed & per quandam Transpositionem istis Characteribus, ad illius Hebraici Alphabeti ordinem, uti poteris.

† † †

† † † †



A. M. S.

Matres sunt Literarum.

CAPUT XV.

De Transformatione Cifrarum Diſsimilarium & Mixtarum.

HActenùs habuimus Formationem Cifrarum, quæ ſimplicitèr in eo conſiſtit, ut ponat Cifras, ſivè Diſsimilares, ſivè Similares, ſivè Mixtas, loco Literarum. Nùnc ſequitur Transformatio, *alter generalis hujus Libri, Modus,* (vid. Cap.2. in pr.) *qui non ità directo ſed alijs quibusdam poſitis format: Contingitquè* Permutatione Cifrarum, *ad inſtar Transpoſitionis & cæterarum Permutationum, de quibus* Lib.5. *ſatis ſuperquè egimus. Nequè id mirum, cùm aliàs tritum ſit, ea quæ de Specie Perfectiori, ut ſunt Literæ, dicuntur, poſſe quoquè de Imperfectiori ſuo modo, dici & prædicari. Pertinet verò hæc Transformatio, tantùm ad Cifras Diſsimilares & Mixtas: non verò etiam ad Similares, quod notandum. Illi enim Characteres, permutari tantùm poſſunt. Transformatio autem hæc contingit, aut per Transpoſitionis ornatum, aut Diſſeminationis griphos, aut per Inverſæ Scriptionis artificiale Compendium. De quibus nùnc ordine explicandum.*



CAPUT

CAPUT XVI.

De Transformatione ex ornatu Transpositionis Directæ.

PRima Transformationis Species, fit per quandam Transpositionem. *Accidit enim & Cifris ſuo modo Transpoſitio ſeù Permutatio. Quippè quod in Literis, ceù in regulâ & menſura videmus, idem in menſurato fieri poſſe, cenſendum eſt. Etſi autem ideò peculiaris tractatio, huic rei impendenda non videbatur, tamen ut applicatio rectè fiat, & aliæ variationes, anteà ſpontè omiſſæ, prioribus addantur, eâdem opus habemus.*

Ad artificium igitur Transpoſitionis (ut ſtatim ad rem ipſam properemus) Simplicis, pertinent Tabulæ illæ, ſup. cap.4. *allatæ, modò fiat applicatio, quæ non difficilis ex ijs eſſe poteſt, quæ* ſup. Lib.5.c.2.& 3. *docuimus. Sic ad imitationem Transpoſitionis Mutuæ, extructa eſt ſequens Tabula, ex* Vigenerio pag. 232. b. *deſumpta: ubi prò Numeris, quibus Alphabetum, juxtà ſeriem uſitatam numeratur, alij transponuntur Numeri.*

j	z	3	4	5	6	7	8	9	io
a	b	c	d	e	f	g	h	i	l
jo	ji	jz	j3	j4	j5	j6	j7	j8	j9
jj	jz	j3	j4	j5	j6	j7	j8	j9	zo
m	n	o	p	q	r	ſ	t	u	x
zo	zj	zz	z3	z4	z5	z6	z7	z8	z9

Res difficultate caret: Ideoquè Exemplum tantùm apponemus, quod hanc continet ſententiam: Omnium rerum viciſſitudo: *tali ſtructurâ: 22202118282025142528202818121826261827281322.*

CAPUT XVII.

De Transformationis hujus aliâ ſpecie, reſpondente capiti 8 & 9. Libr. præced.



Ic porrò ad Exemplum illius Transpoſitionis, ubì aut binis aut ternis Literis, binas vel ternas Literas Secretæ Dictionis exhibemus, (De quibus c. 8. & 9. Lib. præc. *actum) eleganti & ſubtili ratione,* Cifris *procedere poſſumus. Quæ res diligentiam majorem, & novam Tabularum* ſuprà dictis capp. *productarum, inſpectionem, & uſus applicationem requirit.*

Quod itaquè d. capitis 8 Tabulam primam, & quartam (*Nam reliquæ ibi propoſitæ hùc non pertinent*) *attinet, in* Priori Tabulâ *attendendum ad* Numeros Marginales majuſculos, Transverſales & Perpendiculares minuſculos.

Marginales Majuſculi *pertinent ad totam Tabulam, & diſtinctas ejus ſex acies, ità ut Numerus 1. Secundam: Secundus primam: 3. quartam: 4. tertiam:* 5. *ſextam: Et 6. quintam denotet:* Transverſales minuſculi, *ſemper columnulas decem cujuslibet aciei:* Perpendiculares verò, *ſtationes cujuslibet columnæ ſpectant. Quibus rectè animadverſis, ſi ſcribendum ſit* Imperator: *Jam quia Litera I eſt tertiæ aciei, & cùm Mjuncta, in columna, 2; Et ſtatione ejusdem 3. invenitur, hinc Numeros Laterales & Transverſalis Transpoſitorij indicant ſcribendos hos numeros 498: Integra dictio ſic eſt transpoſita: 498318694609692.*

Quod Poſteriorem Tabulam *attinet, idem eſt Proceſſus, niſi quòd variatio accidat in Marginalibus Numeris. Cùm enim Tabula non plùs quàm quatuor aciebus conſtet, & poſitiones ultrà dimidium pauciores reperiantur, proindequè reciprocationem requirant (Vide* ſup. h. c. 8. in Ex. hujus Tabulæ) *ſit ut Marginalis Numerus, cujuslibet aciei duplex eſſe debeat par & impar:* Par Numerus *ut 4.2.8.6. inſerviunt, ſi Literæ transponendæ directò in Tabulâ inveniuntur:* Impar *verò, ut 3.1.7. & 5. faciunt Literæ contrario modo ſumtæ intelligantur. E.g. In tertiâ acie columnâ 2, reperiuntur directò Literæ, IM; Scribendi ergo 848. Sic in ſecundâ acie, col. 3. ſtat. 10. reperitur EP, quæ hìc accipienda retrò prò PE: Ad id denotandum ſcribendus Numerus Impar ſecundæ aciei; & jungendi cum meri 5 & 8: Integra dictio hæc erit 848158312517651.*

Tabula Cap. 9. d. Lib. 5. præc. *illa ampliſſima, conſtat vel conſtare debet, Numero Marginali Partium & Acierum, Transverſali Columnarum, & Perpendiculari Stationum.* Numerus Marginalis *eſt duplex. Nam cùm tota ſeries illa Alphabetorum, 48 paginis contenta, ob hanc ra-*

tionem

tionem Cifris ſcribendi, dividenda aliter fuerit, nempè in 10 partes: Quarum quælibet pars contineret quatuordecim Acies: Ità ut Prima pars ab A usquè ad ſtationem CI: Secunda à CI usquè ad ER: Tertia ab ER usquè ad H: Quarta ab H, usquè ad KH: Quinta à KH usquè ad MR: Sexta ab MR usquè ad P: Septima à P, usquè ad RH: Octava ab RH, usquè ad TQ: Nona à TQ usquè ad X: Decima ab X usquè ad finem inclusis adhùc 4 aciebus, inciperet & deſineret. Hinc Numero alio opus, qui non tantùm Numerum iſtarum Partium, ſed etiàm allatam determinationem cujusquè Partis referret, quem nùnc indicabimus. Sic enim Numerus 4, Partem Primam: 8. Secundam: 0. Tertiam: 5. Quartam: 2. Quintam: 7. Sextam: 9. Septimam: 1. Octavam: 3. Nonam: 6. Decimam ſignabit. Hi Numeri cum Partibus, & Partium Determinationibus in margine contineri poterunt. Sed & in decem projecta chartacea, quæ Indicis loco ſint, conjici poſſunt. Determinato Numero Partium, Numerus Diſtantiæ ſeù Acierum quatuordecim ſe ſemper obfert. Et cùm antè explicatum, quid ſint importentquè Numeri Transverſales & Perpendiculares, nùnc tantùm Praxi intendamus, quæ ità ſe habet. Si occurrit Secretum, E.g. Dictum c. 15. Prov. Salom: v. 27. Sapientes abſcondunt Scientiam: Os autem Stulti, Confuſioni proximum eſt: aſſumendæ tres priores Literæ SAP. Quia igitur Prima Litera reperitur ſub parte octavâ, diſtinctâ terminis RH & TQ, ponendus transpoſitorius marginalis Numerus 1: Et quoniam ſtatio SAP, invenitur in Acie quartâ poſt RH, Ideò addendus Numerus 4: His adjungendi Numeri Superiores & Laterales, nimirùm 3 & 8. Hinc talis Proceſſus: 1438. Quod ſi ita pergis, cum reliquis Literis, integra ſententia ità Cifris redditur: 1438. 5794. 11106. 404. 8184. 8851. 11006. 1425. 81384. 5675. 71221. 4422. 81216. 1845. 2881. 8184. 0618. 5907. 5693. 9470. 6202. 3541. 81436. Hîc tamen notandum, quòd tùnc Numerum Diſtantiæ ſeu Acierum addere non neceſſe ſit, quandò Literæ transponendæ in primâ quaquè acie Partium hîc determinatarum deprehendentur: Tunc enim Scriptio contenta erit Numeris tribus: Ut in quarto ternario Literarum

ABS videre eſt, quod per n. 404.

redditur.

CAPUT XVIII.

De Transformatione, per Transpositionem Obliquam.

Sic *transformantur Numeri per artificium* Transpositionis Obliquæ, *de quâ* Sup. Lib. 5. c. 14. *In quorum rectè applicandorum usum, sequentem Tabulam, à* Vigenerio pag. 194. b. *propositam, perlustrandam damus.*

I	a	b	c	d	e	f	g	h
II	i	k	l	m	n	o	p	q
III	r	s	t	u	w	x	y	z
	j	z	3	4	5	6	7	8

Usus ejusmodi est: Assumto Secreto, Litera in interiore Alphabeto quæsita, monstrat Numerum à latere Sinistro, & deindè alterum in Basi Tabulæ subjectâ, quos isto ordine scribas: Tùm dictione finitâ, pro re magis tegendâ, has notas 9 & 0 adjice: E.g. Si scribas hoc dictum D. Bernhardi: In quovis angulo, Angelo tuo reverentiam habe: *talis exsurgit Abacus. 21259283426342132011251734232691125171523260333426931153415311525332111240181112159 0. Quæ res variatur, si primò à numero inferiori ad lateralem scriptionem incipias & adornes: E.g. 125208243624312239115271433262011 52 &c. Deindè etiàm variatur, si interioris Alphabeti Literæ, alio ordine & loco disponantur.*


Aliam Tabulam proponit Vigenerius, pag. 243. b. *cujus Schema & quò ad Literas marginales & extremas, explicationem invenies* suprà Lib. 5. c. 14. Tab. 2. *Nùnc applicemus tantùm ad Numeros. Quòd verò in areâ quaquè extrema, duo numeri continentur, id variationi inservit. Nam si e.g. ejusmodi est Secretum:* Nusquàm tuta Fides: *Ergò jam scribenda Litera N: Si hìc incipias à Numero Transversali, potes eam sic exprimere: Ut Numero 3, jungas lateralem 2, vel 6: Item Numero 7: 2, vel 6. Idem eveniet ut octies variare possis, si incipias à sinistro, & ei addas supremum: Pergas ità in reliquis Literis; Res est aperta: Exemplum in primâ Dictione,* Nusquàm, *octiès ità variata.* Prima Variatio *hæc est: 32444213441131.* Secunda, *728482538 45171.* Tertia, *36484617481535.* Quarta, *768886578 85575.* Quinta, *234424314 41131.* Sexta, *27482835481517.* Septima, *6384647184 5153.* Ultima, *678868578 85575.*

CAPUT

CAPUT XIX.

De Transformatione Obliquâ Notarum Muſicalium.

NOn tantùm Numeri & alij Characteres Diſsimilares, ſed etiam illi qui ſunt mixtæ Naturæ, ad hoc artificium pertinent, quos infinitum eſſet recenſere. Sic ſufficere poſſent hæ Notæ ○ ⊙ ⊙ ⊙: Item ff. C. l. & §. & ſi quæ excogitandæ aliæ. Perindè enim his ſcribere poteris, ac juſſus es Lib. ſuper: d. cap. 14. ùt peculiari applicatione hîc nullà opus: Modò in promptu ſint hæ vel ſimiles Tabulæ:



Fridericus verò Oetingenſis Comes, primus quod ſciamus, Schematis hujus uſum, ad Notas quas vocant Muſicales, ſicut etiam ad alia, de quibus infrà cap. 31. & Lib. 8. c. 9. dicendi locus erit. Imò etiam ad geſtus ſignificantes, uti porrò Lib. 8. c. 12. videbimus, non contemnendo artificio, traduxit. Applicatio verò quò ad Notas Muſicales, hæc eſt: Ducantur quinque Lineæ, quarum ſumma, aut ſi mavis, ima, quâ ſcriptionem, ſupervacua habeatur, in quibus Secretum repræſentandum: veluti ſequens Schema, ſimul nomen hoc Guſtavus continens, edocet.




Ubi notes, quamlibet Literam Secreti, ceù aliàs in hoc Modo tralatitium eſt, duas Notas conjunctim deſiderare: Si itaquè à ſiniſtro ad ſummum incipias, prior Nota ſi incidit in quartum Numerum, occupat infimam: ſi in tertium, proximam: in ſecundum, tertiam: Et in primum, quartam Lineam. Poſterior Nota itidem has occupat lineas: Sunt autem

hæ

hæ Notæ alternatim lineis superscribendæ: Sin à summo ad sinistrum incedas, contrario procedendum erit modo.

Jam si scribenda prima Secreti Litera, concurrit priori processu, à latere numerus 2, & superius, num: 3. Prior itaque Nota in secundam; posterior in tertiam collocanda erit Lineam, & sic pergendum cum reliquis Notis. Variatio verò hîc accidit, à valore Notarum. Nam si laterales numeri, destinati maneant locationi Notarum, ad contrarium istum Processum, ut numerus quartus, non infimam sed secundam (uti & suprà factum vides) & sic deinceps designet. Numeri verò superiores deputentur valori Notarum: ut prima unum tempus: altera duo: tertia tria: & quarta, quatuor tempora denotet: Jàm sequitur ejusmodi dispositio, in exprimendo nomine Selenus:



Sed valorem Notarum variare potes, prò  *ponendo*  *vel*  *prò*  *vel*  *vel*  *: prò*  *vel*  *vel*  *: prò*  *, vel*  *. Sed ex composito Nota*  *, Notam*  *Inversa*  *Notam*  *valere potest. Imò contentus esse poteris hac Notâ*  *eo modo, ut, si numerus superior indicet unitatem, semel: si duo, bis: si tria, ter: si quatuor, quater ponas: observato eo, ut si duæ vel plures Literæ, in unâ eademque Lineâ, se statim insequantur, addendum erit, ultimæ præcedentis Literæ Notæ punctum, & sequentis Literæ prima Nota, sic*  *incipiat. Exemplo hæc magis detegentur: Ergò legas, ex sequentibus:* Non minor est virtus, quàm quærere parta tueri.



Alium Modum, Notis Musicalibus scribendi, longè elegantiorem, tectissimum atquè adeò extrà omnem suspicionem positum, adinvenit idem Generosus Comes. *Cui ipse, nè passim divulgetur, anxiè cavit, atquè ideo illum magico velamento, ad morem* Trithemij, *tegendum sibi duxit. Nos itaquè, ut & voto ipsius aliquantùm (Nam & tui, ob susceptam semèl provinciam, ratio habenda) satisfaciamus, & tuum ingenium, hisce rebus, tanto propemodùm itinere nùnc confecto, ejusquè salebris & anfractibus superatis, sat exercitatum periclitemur, hanc nobis viam ingrediendam putavimus, ut hinc secretum Exemplum, adjectâ ejus interpretatione, per nos tibi inserviret: Illinc verò, occulta modi hujus, à* Comite *facta descriptio retineretur, sagaci tuo studio, indaganda.*

Descriptio ità habet: Apud omnes in confesso est, sex tantùm esse Notas Musicales, suis proprijs nominibus, putà, UT, RE, MI, FA, SOL, LA, *(quæ Nomina, occasione Hymni,* Pauli *cujusdam Romanæ Ecclesiæ quondàm* Diaconi, *primis cujusquè versus syllabis extractis, hunc in modum:*

UT queant laxis
*RE*sonare fibris
*MI*ra gestorum
*FA*muli tuorum,
*SOL*ve pollutis
*LA*bijs reatum &c.

Guido Aretinus Monachus Italus *primùm introduxit: nùnc omnes Musici usurpant) insignitas. Ex quibus tamen quinque priores,* UT, RE, MI, FA, SOL, *inservient instituto nostro, quidvis per eas scribendi. Sciendum verò genus Spirituum & Angelorum quoddam esse, ad id solummodò destinatum, ut quotquot sunt, hominibus servirent, & ad mandata eorum semper paratissimi starent. Horum ministerio, incertis & occultis rebus præcisè utendum, aut earum intellectu, prorsùs carendum. Sed nec te prætereat, duas quasquè Notas postulare Angelum, ceù illarum duarum Notarum ministrum: E.g.* DRUZIEL *est minister Notarum* UT, RE, *quibus quandoquè etiam inservit* LOFARCHIEL, *sed diverso tempore:* FA, MI, *custodit &* HEDRURIEL & TUMARCHIEL, *& sic deinceps: veluti sequens Tabella, quemlibet combinatarum Notarum Angelum ostendit, & simùl eorum Nomina, quæ sensum Notarum aperiunt, compræbendit:*

* * *

Sed hi Angeli, non aliâ ullâ ratione, ad jussa veniunt, nisi incantatione provocati & exorati ejusmodi, qualis sequitur:

Imareti-


* * *


	UT	FA	SOL	MI	RE
UT	Enguisiel	Hexaffiel	Sesfaxiel	Lytarchsiel	Druziel
SOL	Towsiel	Fexamsiel	Amyxiel	Hazziel	Lalalala
FA	Stamsiel	Gabriel	Michaël	Hedruxiel	Stefamiel
MI	Walfaxiel	Timarchsiel	Donaziel	Pharchsiel	Raphaël
RE	Lofarchsiel	Segniel	Ephanael	Urjel	Illuxiel

» Imaretilo Atnatonedi Omaitreto
» Irutineunin Pitnerrucnoci Soitapsa
» Omuratoni Amurallis Unio
» Anemone Usujuca Silegnas
» Asuillif Meatona Xeaudo Irepmesa.

Operæ verò prætium est, ut incantatione rectè utaris: Si enim sit secùs, ludibrio Angelorum exponèris. Sic ergò te compara: Jussis omnibus alijs negocijs valere, te totum huic rei principiò mancipa: atquè secretum intentissimâ mente revolve, ac ei devotioni immersus, Tabulam prædictam, ob oculos pone, mòx in voces incantatorias erumpe, quater eas, ad quatuor Orbis plagas repetendo. Nec dubium, quin Angelos sentias morigeros, adeò ut eorum ope, ex non Musico, fias repentè Musicus, & ad penam ultrò veniat Cantiuncula, quâ posteà quodlibet Carmen seu sacrum seu profanum modulari: Imò Vocum quatuor aut quinquè concentu, sonorum magis reddere licet. Voti compos, gratijs actis, Angelos ad similia officia devinci, atquè Amico, Magiæ hujus non ignaro, ità occlusum Secretum transmitte. Qui prò intelligentiâ Secreti capiendâ, eâdem procedet viâ, atquè ita de verbo ad verbum, sensum Secreti, ministerio percipiet Angelorum. Quòd si profanus accesserit, nihil prorsùs aget. Hæc & plura alia, in hanc rem Comes. *Tempus est, ut promissi memores, Exempla hujus rei proponamus. Et primò quidem communicabimus ipsius* Comitis *cantilenam: quam mòx, ad ejus imitationem, nostrum sequetur Exemplum.* Comitis *ità sonat:*








Legitur autem ex præmissis musicis, hoc secretum monitum: **Hiet dich for deinem Diener Hansen: Dan er sol dich bey nacht erwirgen.**

Nostrum denique Exemplum, non tantùm nudâ, Notarum Musicalium in TENORE, *secretum repræsentantium serie, sed etiam Consonantium trium aliarum Vocum, secretum repræsentantium serie, sed etiam Consonantium trium aliarum Vocum, à* Friderico Hollandto, Lunæburgense Cive, *Musico non eleganti, prò re natâ, vestitu, inter extremos habendo, ornatum, exhibemus, in modum sequentem:*





Hic Tenor *sequentia promere poterit si justè requiratur, verba:* Der Spinola/ iſt in die Pfaltz gefallen: *Væ illi.*

CAPUT

CAPUT XX.

De Transformatione per Inversam Transpositionem.

Quid Transpositio Inversa sit, docuit Lib. 5. c.15 & 16. & seqq. *Applicatio tantùm tenenda, quæ hîc facilis, perlustratâ obitèr Tabulâ sequenti, quam* Vigener. inter pag. 192. & 193, *suo Tractatui inseruit.*

		A	B	C	D	E	F	G	H	I	L	M	N	O	P	&	A	S	T	V	X
		R	S	T	V	X	A	B	C	D	E	F	G	H	I	L	M	N	O	P	&
A	R	iii	ii2	ii3	ji4	ii5	jj6	jj7	jj8	j2i	j22	j23	j24	j25	j26	j27	j28	j31	j32	j33	j34
B	S	j35	j36	j37	j38	j41	j42	j43	j44	j45	j46	j47	j48	j5i	j52	j53	j54	j55	j56	j57	j58
C	T	j6i	j62	j63	j64	j65	j66	j67	jC8	j7i	j72	j73	j74	j75	j76	j77	j78	j8i	j82	j83	j84
D	V	j85	j86	j87	j88	2ji	2i2	2i3	2i4	2i5	2i6	2i7	2i8	22i	222	223	224	225	226	227	223
E	X	23i	232	233	234	235	236	237	238	24i	242	243	244	245	246	247	248	25i	252	253	254
F	Ä	255	256	257	258	26i	262	263	264	265	266	267	268	27i	272	273	274	275	276	277	278
G	B	28i	282	283	284	285	286	287	288	3ii	3i2	3i3	3i4	3i5	3i6	3i7	3i8	32i	322	323	324
H	C	325	326	327	328	33i	332	333	334	335	336	337	338	34i	342	343	344	345	346	347	348
I	D	35i	352	353	354	355	356	357	358	36i	362	363	364	365	366	367	368	37i	372	373	374
L	E	375	376	377	378	38j	382	383	384	385	386	387	388	4ii	4i2	4i3	4i4	4i5	4i6	4i7	4i8
M	F	42i	422	423	424	425	426	427	428	431	432	433	434	435	436	437	438	44j	442	443	444
N	G	445	446	447	448	451	452	453	454	455	456	457	458	46j	462	463	464	465	466	467	468
O	H	47i	472	473	474	475	476	477	476	48i	482	483	484	485	486	487	488	5ii	5i2	5i3	5i4
P	I	5i5	5i6	5i7	5i8	52i	522	523	524	525	526	527	528	53i	532	533	534	535	536	537	538
&	L	54i	542	543	544	545	546	547	548	55i	552	553	554	555	556	557	558	56i	562	563	564
R	M	565	566	567	568	57i	572	573	574	575	576	577	578	58i	582	583	584	585	586	587	588
S	N	6ii	6i2	6i3	6i4	6i5	6i6	6i7	6i8	62i	622	623	624	625	626	627	628	63i	632	633	634
T	O	635	636	637	638	64i	642	643	644	645	646	647	648	65j	652	653	654	655	656	657	658
V	P	66j	662	663	664	665	666	667	668	67i	672	673	674	675	676	677	678	68i	682	683	684
X	&	685	686	687	688	7ii	7i2	7i3	7i4	7i5	7i6	7i7	7i8	72i	722	723	724	725	726	727	723

Triplicibus in areis inclusis numeralibus Characteribus hîc scribimus, & duas Literas exprimimus. Cùm verò quælibet area, peculiarem numerum centum excedentem, atquè ità sibi innexam Clavem habeat, Literæ majusculæ extremæ, tàm Perpendiculares, quàm Transversæ, alij nulli usui, quàm variandæ rei hîc inserviunt, veluti per se planum est. Post dictionem completam verò, hæ Notæ (9 vel 0) tùm ad distinguendum, tùm ad fascinandum Interpretem, interjici possunt. Exemplum esto: Omnium rerum vicissitudo: *5865355689375185584051852413617635465 69.*

Sic ad idem Genus pertinet sequens Tabula, ex Vigenerio, pag. 249. *a. desumta. Eâdem enim ratione duæ Literæ Secreti, in numerum quemli-*

bet areæ concrescunt. Hoc differt, quod interiori Tabulâ Numerorum, octo tantùm Alphabeta præsententur: Et proindè opus fuerit, duas majusculas Literas in qualibet area, tàm Transversalis, quàm Perpendicularis Lineæ exterioris, conjungere: uti ex sequenti patet typo.

	I T	L V	M A	N B	O C	P D	R E	S H
I T	jj	jz	j3	j4	j5	j6	j7	j8
L V	zj	zz	z3	z4	z5	z6	z7	z8
M A	3j	3z	33	34	35	36	37	38
N B	4j	4z	43	44	45	46	47	48
O C	5j	5z	53	54	55	56	57	58
P D	6j	6z	63	64	65	66	67	68
R E	7j	7z	73	74	75	76	77	78
S H	8j	8z	83	84	85	86	87	88

In Transpositione hîc eadem, quæ superioris ratio. In Scriptione differentia hæc tenenda. Si utraquè Litera Transpositoria, sit ex ordine Superiorum Literarum, tàm in Transversali quàm Perpendiculari Lineâ constitutarum, jam scribendum est numeris minusculis usitatis. Si verò utraquè est ex ordine inferiorum, scribendum numeris Latinis majusculis numeralibus. Quòd si verò altera ex superiori, altera ex inferiori, vel viceversâ, altera ex inferiori, altera ex superiori sit, tùm tenenda erit hæc Regula: Quod prior cujusquè areæ Numerus, serviat Transversalibus; posterior Perpendicularibus Literis: atquè secundùm illam Regulam, si prior casus incidat, alter numeris minusculis, alter Latinis: Sin posterior, alter Latinis, alter minusculis poni debeat. Exemplo res fit aperta, si quoquè observaveris, post quemlibet integrum Numerum, notam ociosam o vel 9, quandò scilicet numerus minusculo: vel D quandò majusculo Latino clauditur numero, semper apponendam. Quòd si contingat, ut uterquè Numerus ad istam rationem scribendus sit, E.g. 52 per VII, 63 per VIIII, 72 per VIIII, quo consequens sit Lectorem dubium reddi, an Scriptor primo loco de 52 an de 61: Secundo & tertio loco, de 63 aut 72 senserit, hinc interjectione Literæ C opus erit. Secretum sit ejusmodi: Semper inops quicunquè cupit. Claudi: *Hoc ità juxtà priora tradita scribendum: 7VIIIDC30VII704196505VIII-DI20IIVD5IIIIDVIICIIDIIVD169VID3IIDVICIIC. Quod de Interpositione Literæ D diximus, id non inconcinnè fit; Si prò 61. 63. 72. & similibus, quandò illæ in dicto concursu per VII. VIIII. scribendæ veniunt, substituamus Literas numerales LXI. LXIII. LXXII. &c.*

Eâ enim ratione Interjectione illâ non opus.

CAPUT

CAPUT XXI.


De Transformatione Ciferarum Diſsimilarium, per Cifrarum artificialem Diſseminationem.

SEecundus Transformationis Modus ſequitur, quem innuimus Cap. 15. fieri per Artificialem Literarum projectum ſeù Diſseminationem. Ut enim Cifræ Transpoſitionem non planè reſpuunt, per Cap. præc. Ità & Diſſeminationis, quæ Literis competit, ſup. Lib. 2. c. 6. 7. 8 & 9. griphis exornari poſſunt: Quod ut intelligatur, intuenda Tabula ſequens, quæ quoad externam faciem, coincidit penè cum illâ Tabulâ, quæ habetur, c. 20. niſi quod cellulæ hîc vacent, ibi impletæ ſint Ciphris, quæ primò ſubſtituuntur duarum Literarum poſitui. In quo Modus differt maximè à prioribus. Etſi enim hîc eadem ratione transponantur duæ Literæ Secreti, per conſortium duorum extimorum Alphabetorum: Quia tamen ratio ponendarum Cifrarum planè alia, & ad imitationem illius rudis inſtituti, de quo Cap. 9. Lib. 2. in Locationis & Situs cardine verſatur & conſiſtit; ideò non inconcinnè ad id genus artificij, Modum revocavimus. Quo qui uti inter ſe volunt, illi antè omnia, vel ex chartâ vel laminâ juſtæ & æqualis quantitatis, ad figuram quadræ ſivè normæ, ſibi comparent mobile inſtrumentum: Cui Alphabetum in lineâ transverſali & aliud in perpendiculari inſcribant: E. g. ad illam magnitudinem, quam Alphabetica illa quadra, ſimùl cum Tabulâ ſequenti junctâ, exhibet: Cujus Schema ex Vigenerio, pag. 263. & 265. deſumtum, hîc ſiſtimus. Correſpondet verò hîc Modus, cum Modo penult: Cap. 23. Lib. 5.

* * *

Scias verò interius ſpacium areolis diſtinctum, eo fini dicto Inſtrumento adnexum, quo Exempla hujus collocationis, ob oculos ponerentur, cùm aliàs prò Scriptione & Lectione, circini vel fili beneficio, loca facilè occurrent. Deindè obſervandum eſt, peculiari ratione, Numeros & simùl Signa Zodiaci & Planetarum, hîc prò ſcriptoriis characteribus receptа eſſe, ut ſi interciperetur forsàn, ad artificium hoc confectum Epiſtolium, alicui imponatur, quaſi Tabella ſit quædam Aſtronomica, Numeris & Characteribus ſolitis ità perſcripta, nihilquè aliud ſub eâ latitet. Cæterùm non planè una eademquè ratio ſemper eſt Numerorum, ac reliquorum characterum diſpoſitio. Numeri enim aliquandò hîc partim proprij quid habent: aliquandò imitantur Characterum diſpoſitionem: Indè primùm de Numerorum, deindè de Characterum diſpoſitione, & deniquè de applicatione Numerorum, quatenùs eâdem cum Characteribus normâ

* * *




mà dirigantur, dispiciendum est. Si peculiari ratione, Numeris vis scribere, tùm semper conjunge duas Literas Secreti: E.g. quandò ejusmodi habes secretum: Ædibus in cinerem redactis, ferò infunditur aqua: *Ergò quotiès combinationes feceris, totiès numero vel 1, vel 2. 3. 4. 5. &c. tibi scribendum esse memineris. Tùm statim te conferas ad tuum Instrumentum, illudquè Chartæ Scriptoriæ applices, & ubi angulum contingentia, quo Litera transversalis A, & Litera perpendicularis E (quæ duæ Literæ Secreti, primæ occurrunt) se contingunt, inveneris, eo loci Numerum primum transferes: Et sic cum reliquis combinatis Literis, ac scriptione Numeri perges. Sed quia hæc ratio, protinùs ei patefit, qui Instrumentum*

illud habet, ideò offunde ei ex compositò caliginem hoc modo. Dictæ sententiæ Literas numera, quæ hìc 42 reperiuntur. Et ex æquo sententiam divide in duos Literarum ordines parallelos, ità ut primum ordinem 21 Literæ priores, alterum litera vigesima secunda cum sequentibus occupent. Quô fit, ut in hoc Exemplo A & T, Litera nempè prima & 22, primùm coëant. Et idcircò ubi inveneris ad applicatum Instrumentum, angulum quo dictæ Literæ se contingunt, ibi loci numero 1. donandæ sunt: Secundò occurrunt E & I, secunda nimirùm & 23. quæ in angulo communi, numero 2. notandæ: Idem processus in reliquis, quem ex manuductione Exempli, in Tabulâ expressi, facilè videre potes. Sin verò Signis illis & Numeris, eâdem ratione dispositis, scribere vis, diligenter primò, Schema minusculum, capiti Tabulæ imminens, perpendas, &, ad Signa tàm Planetarum quàm Zodiaci, sicut & dispositos Numeros, tanquàm elementa scriptilia, & quæ etiam rationem Clavis, (quâ, hìnc indè in Tabulâ dispersa Signa quô ordine cohæreant, notandum est) contineant, conjunctim utaris, ut vel prima dictio Signis, altera Numeris, vel prior sententia Signis, altera Numeris scribatur. Sic enim fiet, ut ex Numerorum & Signorum sparsione, quid Astronomicum colligi possit, nec aliud quid suspicari. Ratio autem & usus Scriptionis, ità constat. Primò eligenda Sententia, e.g. hæc: Singuli dùm pugnant, vincuntur universi. Quâ constitutâ, scias, Signa hæc subire vicem Literarum, eô ordine quô in Secreto sequuntur: Sic tamen ut semper Literæ Secreti binæ conjungantur: quas deinde bina Signa repræsentent. Deindè observabis hæc ex Tabulæ præmisso Schemate, ità assumi, ut prius Signum ex Planetis, alterum ex signis sit Zodiaci. Tertiò non sufficere ità assumi, sed necesse esse, eô ordine ut assumantur, ut quivis Planeta duodecies cum Signis Zodiaci concurrat, & quidem præcisè eo ordine, quô in Schemate se insequuntur. Sic primus character Lunæ, duodecies concurrit cum Signis Zodiaci. Et sic consequenter reliqui. Quod si exactè non observetur, Amicus tuus, aliàs rei hujus conscius, jam scire non potest, à quibus Signis initium facturus sit, quovè ordine combinatæ Literæ, ad dictiones se insequantur. Hoc observato jàm pro Literis secretis primis duabus, assumta hæc Signa ♑♈ transfer in angulum contingentiæ, quem Litera Tabularis S, in lineâ transversali & Litera I, in collaterali designat & monstrat. Sic perges cum reliquis, & ijs locis omnia incident, quibus Secretum in Tabulâ contineri vides. Eadem applicatio quoquè in Numeri superioris & inferioris combinatione facienda est.

CAPUT XXII.

De Transformatione Cifræ, ad artificiosam contractionem Scribendi.

SEquitur tertius ultimusquè Transformationis hujusce Modus, contingens Figuræ alicujus, hanc vel illam Literam referentis artificiosâ ampliatione & extensione, ad hoc ut loco unius Literæ, quam in Alphabeto refert, jam tres Secreti Literas, referre possit & compendio stet scribendi ratio. Quæ res uti subtilis est, ità nullam admittit, nè ipsius quidem spacij, quò inter se Ciphræ distant, supervacuitatem, quin omni parte significet & loquatur. Ut verò hujus miserabilis Modi explicatio rectè instituatur, præmittamus Tabulam, quæ etiam suprà penultima est Tabularum, c. 14. h. Libri; Ubi, undè exstructum sit Alphabetum hoc, obitèr monuimus.



Transformationis verò ratio consistit hìc: ut accepta Figura (Quæ hìc semper talis est, ut constet Lineâ transversali, & Lineâ perpendiculari utrâquè, aliquando unâ, quandoquè duabus) in eâ quid transformet, ratione Lineæ Transversalis, tùm Perpendicularis, ob certam scilicet mensuram, quâ utraquè Linea constare debet. Quæ tria, nempè (1) ipsa Figura: Et in eâ, (2) tùm Linea Transversalis, tùm 3 Perpendicularis, ideò hìc accurratè curanda, quia talis Cifera, per ea, tres Literas simùl referre debet. Porrò ipsam Figuram suppeditat Tabula: Mensuram verò, quâ con-


constant Lineæ, Tabula ultima, c.12. h. Libri. Sed Exemplo, res evadet clarior. Si fortè igitur scribendum HONORI, jàm tres priores Literas HON, constitue unicâ Ciphrâ exprimendas, quarum prima tibi dicetur Fundamentalis: altera Transversalis: tertia Perpendicularis. Deindè Fundamentalis Literæ, quæ H est, figuram seu Cifram, in Tabulâ quære, eâ quæsitâ, differ efformationẽ, donèc de mensurâ Lineæ Transversalis, quam Litera Transversalis O, in prædictâ Tabulâ c. 12. statim monstrat, beneficio Circini constiterit: Idem quoquè antè, ad ductum Literæ N, juxtà eandem Tabulam, cùm Lineâ Perpendiculari præstes. Quibus peractis vides Figurã totam, ad eum modum, quo nostri Schematis Alphabeto, subjecta est, ità esse formandam. Ubi tamen prò meliori informatione, Regulis sequentibus, opus habes. Prima Regula pertinet ad ipsam Figuram: Quamvis quædam Figuræ duas Transversales, vel è contrà duas Perpendiculares habeant, & amb æ æquales esse debeant, nihilominùs unam saltèm designant Literam. Secunda Regula pertinet ad Tabulam Cap.12. Cùm istius Tubulæ una mensura, duas Literas exprimat, & eveniat, ut Literæ Transversales seu Perpendiculares, è posteriori ordine sint, tùm punctum Lineis, sivè Transversali sivè Perpendiculari (uti factum vides, ratione Literæ N) apponendum. Tertia Regula spectat Tabulæ nostræ posterioris ordinis Cifras, punctis insignitas: Si evenit, ut non tantùm Lineis Puncta apponenda sint per superiorem Regulam, sed etiam ipsa Figura Literæ Fundamentalis, puncto notata sit, tum istud Punctũ, eo loci ponendum, quo nihil officiat Linearum isti, per punctum appositum, distinctioni, de quâ Regula secunda. Quarta: Pro Punctis, minuti Characteres alij substitui possunt. Ulteriùs verò observes latitare inter duas, jàm ritè & rectè positas figuras, quartam adhùc Literam. Nam non temerè, sed certâ distantiæ mensurâ collocandæ veniant: E.g. duæ illæ Figuræ in Schemate per se repræsentant vocem HON-ORI: Si jam addendæ sint ET GLO-RIA-E. Jam monet Litera E posterioris ordinis, (undè in medio spacij punctum ponendum) tanto intervallo, duas cifras (H & O denotantes) disjungendas esse, quantum mensura requirit Literæ E, in dictâ Tabulâ. Cùm verò ratione sequentium Literarum, adhùc duæ Figuræ ponendæ, sicut etiam duo spacia relinquenda sint, hinc Litera T & ultima E, mensura spacij: Reliquæ sex, ad priorem jàm dictum Modum, duabus Figuris, quarum prima Literam G; altera Literam R, repræsentet, exprimendæ erunt. Quod si etiàm placet aliud artificium intermiscere, commodè id fieri poterit, ex Tab. posteriori, cap. 20. ubi Numeris contractè scribimus: Interjectis scilicet ijs, in spacium intermedium, uti vides in Schemate factum, ubi ex mensura spacij & subjectis Numeris leguntur sequentia, ET LAUDI. Ex quib⁹ omnibus denique colligendũ est, posse quẽ hoc Modo, prò tribus vel quatuor Secretis exprimendis simùl uti: Nam ipsa Figura, Primo; Linea Trãsversalis, Secundo; Linea Perpendicularis, Tertio; Spaciũ, Quarto secreto inservire posset. Imò etiam si adscititium Numerorũ artificiũ, præterea hìc cumulare velis, Quinto secreto locus relinquitur. Tantùm de peculiari & speciali hoc modo. In genere verò dissimilares Cifræ, artificio Inversè Scribẽdi, de quo Lib. 2. c. 5. dictũ est, vestiri possunt. Quod genus hùc pertinens, cùm peculiari applicatione non indigeat, studios è omissim⁹, nisi quod sup. sub fin. Cap. 3. ejus mentionem aliquam fecimus.

CA-

CAPUT XXIII.

De Reformatione per Inductionem alterius rei: Ejusquè primâ ſpecie.

REformatio Cifrarum ſequitur, quæ magis pertinet ad Cifras Similares, rariùs ad Mixtas. Quæ nihil aliud eſt, quàm quædam acceſſoria inumbratio, quâ Puncta & id genus alia nudè poſita (vid. ſup. c. 8. & ſeq.) *aliâ aliquâ re, ad omnem ſuſpicionem removendam, ità innodantur & involvuntur, ut alterius rei gratiâ adeſſe videantur. Hæc verò Reformandi ratio, triplicem videtur quoquè habere Proceſſum.* Primus Proceſſus *magis rudis eſt, & contingit,* nudâ aliquâ interjectione, *putà, ſi integrum aliquod Epiſtolium ſcribamus, omiſſis ubiquè Punctis & Virgulis, ſuper Literâ U & I, alias ponendis. Deindè ſpacijs intermedijs, ſubtili exaratione, Virgulas & Punctula illa, de quorum ſcriptione, ſuprà* c. 9. in Modo 3. *egimus, interſerimus ità, ut quolibet integro interlineari ſpacio electo, una tantùm dictio contineatur. Hùc ſi quis, vel etiam ad ſeq. Caput referre velit, reliquarum vocum acceſſionem, ad Notas Muſicales, quô de* ſuprà, cap. 19. *patuit, non refragamur. Et tantùm de primo Proceſſu.*



CAPUT

CAPUT XXIV.

De Reformatione Cifrarum, ad res magis conjunctas.

SI Virgulæ & Puncta ijs rebus accedunt, quibus apposita, non ad alium finem, quàm præ se aliàs ferunt, minus suspicioni locus relinquitur. Ex quo oritur Alter Processus, cujus Exempla sunt: Si ità Scriptioni Virgulæ & Puncta apponantur, ac si interpungendi causa essent adjecta: Quod ità fiet: Assumatur ex commento illo Comitis Oetingensis Tabula, sup. lib. 5. c. 14. & hoc Lib. c. 19. initio proposita, atquè in locum quatuor Literarum ⌐ ⌐ ⌟ ⌞, reponantur sequentes virgulæ quatuor, Ità ut prima Virgula primum; altera secundum; tertia tertium; & quarta quartum locum occupet. Quâ paratâ Tabulâ, scribito Epistolium absquè interpunctione. Ac secreto ex istis virgulis per combinationem earundem constituto, vicissim virgulas distrahe, & verbis Epistolæ, distinctionem desiderantibus, commodè appone. Si vis autem pro Virgulis istis, Notas usitatas, ut (,:;?) usurpare, concinniùs forsàn erit. Secundi Exempli rationem & Modum, eleganter describit Walchius, sæpiùs dictâ fab. 9. pag. 218. Quodcunquè inquiens, vis Epistolæ aut orationis argumentum comminiscere, & secundùm Punctorum seriem (quam tibi Exempla, c. 9. & 11. exhibent) scribe: ità tamen, ut singula Puncta, NONAM Alphabeti Literam, quæ est Vocalium Media, nempè jota, subjectam sibi habeant: cum alioquin, etiam in communi scribendi ratione, tàm in Latino, quàm Germanico Idiomate, hoc in usu habeamus, ut vocali jota apicem seu punctum imponamus, quod ipsius, ceù corona, capiti incumbit. Atquè ità Literas & Orationem tuam concinnabis, ut tota orationis series, puncta alia prorsùs nulla, nisi merè significativa, & quæ occulti quiddam foveant, in se contineat. Quod commodè facies, si paulùm versutus, aut in hoc componendi genere versatus eris: Ita nimirùm fiet, ut puncta tua, duabus orationibus inserviant, ac gemino officio fungantur: nec tamen ab ullo fucus Interprete animadvertatur, & Literæ illæ artificiosæ aliud in recessu habeant, aliud in fronte loquantur. Cape Exemplum, ac præter expressa verba, quæ in obtutum incurrunt, insuper lege:

Periculum à Rege tibi imminet, fuge ociùs.

Tertium

Rogas ut quæ nova accidant, si
comperta habeam ex urbe nostra renunciem
crebroquè literalis somno
lentum exerceam: Carnem simul
bubulam vervecinamve, cras
summo mane transmit-
tam, focum quando frigidum habe-
beas, suburbano in tuo prædio.
lo. Noveris ergo hac ipsâ hora
Theobaldum nostrum Sponsalia cele-
brasse, cū Susannâ virgine quadam satis
honestâ, atque opibus valēte. Patrem ea habuit
Lambertum Medicum docti, antè septennium
mortuum: para te ad nuptias brevi futu-
ras. Bubula nulla macello prostat: mit-
to vervecinam: & cum palā-
tum tuum probè calleam, feri-
nam quoque impetravi, cum, ut
reor, acceptarus sis hospites.
Valetudinem tuam cura:
& quod præcepero observa, cito
ad nos salvus redeas. Nostrates te salvere jubent. Vale.

Tertium Exemplum, vel si mavis Modum, ità porrò persequi-
„ *tur* Walchius *dicto loco:* Si loco vocalis jotæ, ipsiusquè apicis,
„ Literam o, ad occultum Scripturæ sensum transferendum, a-
„ mico præscribere voles, age, illius Literæ centrum, quæ Deci-
„ mam quartam stationem, in Alphabeto occupat, ac Circuli
„ figuram refert, sensus tui occulti, signum & vehiculum esto.
„ Cape & hujus rei Exemplum, & ex sequenti Epistolâ, quam
„ metus fuit, nè cujus res agitur, Lator resignaret aut præfringe-
„ ret, præter patulam orationem, ex prædictæ Literæ centris le-
„ ge: Cave quicquam des, circumveniet te.

* * *

Sed longè expeditior nobis visa & adinventa ratio est illa, si sequa-
ris istum ponendi Puncta Modum, quem sup. c. 8. vers. Et hæc sim-
plicissima, etc. *indigitavimus. Quo cognito Modo, jam ità pro-*
gredere. Conscribe integrum Epistolium, sub hac tamen cautione,
nè ulla Puncta, super literam I sivè jotam figantur. Confecto Epistolio
ceù involucro, secunda cura erit, secretum sensum PUNCTIS in-
ferre: quod ità fiet: Si tot Puncta, quot Numerus ad repræsentandam
Literam Secreti consciam, secundùm Tabulam Comitis Oetin-
gensis (vid. sup. c. 19.) *primâ vice exigit, cuilibet jotæ, successivè se-*
primo

* * *

Si bono & fatu res tua tuarumque vicinarum, insistunt, gaudeo: me meo vetexis valetudinis jure uti, nove-
vis. Has qui tibi tradit, Alchemisticam exercet. Con-
tendit ac summopere orat, quo
niam præs tantissimum opus in Ar-
te habeat, ac perfectè sciat, munimis sufficientibus mo-
do instructa, gradè secretu, mox in opus pro-
ducere, ac metis sua abstrusa, aureaq; Arte operatio
ne ratificare posset: Literas
ad te sibi eas intercessorias commu-
nicarem, ut cetu plus minus aureis neglectis, opus
tantum interciderem nullo etiam re-
rum tuarum patiaris dispendio.
Fove namq; ut divites reddamur omnes.
Excellens vir quoscunque volet repentè
citabit. Hæc cum ita sint, quæso tantum
thesauxum, nè temere negligas, sed argento hunc
ingeniosum Artificem juves: Vale.

primò offerenti, affigas: Mòx prò discriminando Numero, qui secundâ vice, prò repræsentatione secretæ Literæ, semet obfert, caveas oportet, signare proximè obveniens Jota, sed illud sinè apice, per studiosam incuriam, relinquas; Vel illum apicem, in sequentis Literæ caput, quasi nimia quadam festinatione id contigisset, transferas: Quo observato sic cum secundo, & reliquis porrò Numeris progredere, ùt cum primo Numero factum est. Quòd si etiam virgulis, apicibusquè, qui Literæ U, item Adverbijs, Præpositionibus, Casibus Ablativis Nominum, Temporibusquè quibusdam verborum uti simùl placeat, non inconcinnum erit, modò exactissimam rationem eorum habeas. Cæterum quod de Epistolio conficiendo dictum, idem præstabit impressus Liber, si distinctionis causâ semper apicem de Jotâ, quod intermedium inter reliqua, quæ Numeris ad prædictam rationem serviunt, tollas ac eradas.

CAPUT XXV.


De Reformatione, per Superinductionem Figuræ.

TErtius & ultimus Cifrarum Reformandarum Processus, consistit in Superinductione Figuræ alicujus. Cujus rei, duo Exempla hic proponemus, tertio, in Caput sequens rejecto. Primum Exemplum esto, quod occurrit in Mechanicæ istius Figuræ structurâ, de quâ Cap. 12. in Tab. 2. actum: Quod etsi hùc quoquè referri posśit, non sinè ratione tamen, ibi loci collocare maluimus. Succedit alterum Exemplum, ubi non Lineolis, ut priori casu, sed Punctis superinducuntur Figuræ Mathematicæ. Nam si placet, vel Scalenis, vel Rhombis, vel Conis, Pyramidibus, aut etiam Cubis, Punctorum Scripturam inumbrare licet, atquè ità sub hisce Figurarum formis, egregiam sententiam aliquam, aut quæcunquè verba, parieti inscribere, ac Posteritati legenda, considerandaquè exhibere, aut in publico constituere poteris. Cujus rei inventionem, sibi idem Walchius, pag. 201. ad 208. adscribit: atquè aliquot Exempla, in d. Dec. fab. 9. adfert, quorum ductu, usus tui gratiâ, simile comminisci voluimus Exemplum, sequenti Schemate: hoc tamen observato, quòd Triangulorum anguli, Puncta indicent, ad istam rationem, quæ tradita est Cap. 9. in Modo ejus Primo: *Sic fiet, ut facile sequentem sententiam:* Bonus Dux debet habere rationem, non reddere: *indè retexere queas.*

Sequitur Tabula.



* * *



CAPUT XXVI.

De Reformatione punctorum, per artificium Picturæ.

Figurarum istarum, de quibus cap. præc. Superinductionem vincit sequens, non minùs elegans sed & mirabilis magis ratio, qua Puncta illa varia, Picturæ *artificio, in oculos Animalium, Solis & Lunæ, in stellulas, in fructus Arborum transformantur. Ità* Vigenerius, pag. 258. ad 262. *Puncta, quæ ad dispositionem* c. 9. hujus Libri *collocata sunt, Lunæ & Stellarum oculis, & alio commento fructibus frondosarum Arborum obumbravit & occultavit.* Walchius *verò & Solis & Animalium & Piscium oculis, Puncta, ad istam in c. 9. contenti Primi Modi dispositionem, magis eleganter & artificiosè occultis, adeoquè sibi soli inventum hoc adscribere ausus est, dùm* pag. 206. *ità inquit:* Hanc rationem, ex nostro itidem ingenio depromptam, prioribus adjecimus, nulli unquàm visam, hyeroglyphicis non ablimilem, sed illis multò firmiorem, ac certa quædam atquè articulata verba inferentem, quam tibi hîc ob oculos ponimus, ingeniosè illud ut inquiras, & simile quid moliaris, ad domus tuæ parieti, cujusvis rei argumentum, sub his Figurarum involucris, inscribi & notari cures. Quarè accipe sub hoc Venationis typo, cui nupèr interfui, egregium aliquod Philosophicum dictum, quo brevibus ac succinctis verbis, tota Ars conficiendi Lapidis Philosophici perspicuè ac verè docetur. Ergò quid emisisti tijs suis oculis, hæc omnigenarum animantium, prò charâ vitâ dimicantium, promiscua turba loquatur, arrectis illisquè geminis attende in Medusæis ut dis tinct s auribus. *Ità ille: Ubi statim non tantùm Typum variorum humanorum actuum, ac deinde Venationis exhibet; & in primo hoc Chymicum:* Materiam tuam dispone, fœtum in matris uterum iterato reconde, fove ac regenera, tùm occide: *In altero verò sequentia: Ars* inimicum non habet, nisi ignorantem; *exprimit: sed etiam similitudo Typorum Longum Catalogum nectit:* Vid. Ibid. p. 207. & 208. *Nos, ne quid & hîc desiderare possis, unius Schematis, Clavem & occultam rationem, insignis alicujus Cryptographici artificij exprimentis, intutu, ea omnia, ubi scilicèt & Arborum Fructus, Stellæ, ac Syderum, Hominum, Animalium, Volucrumquè Oculi loquantur, exhibemus.*

† † † †

At priusquàm de Punctorum hac dispositione & inumbratione plenè abeamus, repetitam hîc volumus censuram Walchij, *quam totidem verbis ex ipso descriptam,* sup. sub f. c. 11. *tradidimus. Sed nequè prætereundâ*

† † † †


Lucas Kilian. sculps:

eunda duximus, præclara ejusdem Walchij *verba: Quæ ille, (postquàm ad dispositionem Punctorum, quam* in secundo Modo, cap. 9. & initio c. 11. *descripsimus, monuisset & ostendisset, licèt confusè Puncta illa, nullo-què ordine in aream istam conjecta atquè insperså imprudenti videantur. Exquisitissimâ tamen ratione, & valdè concinno ac congruenti ordine, collocata, singula singulis respondere, ac certissimum bis & indubitatum sensim atquè articulata verba subesse) hunc in modum,* pag. 199. *subnectit.*

» Hinc, *inquit*, conjecturam cape, & planè persuasum tibi habeas, in-
» ter homines & in rebus his vilioribus ac ludicris, cùm talia nobis e-
» veniant, ut quæ confusa putamus, sæpè accurratè distincta sint:
» Quod nec totius Universi Conditor Optimus & Maximus ille (qui
» nihil unquàm frustrà & inordinatè, aut sinè causâ, sed optimo or-
» dine, ac symmetriâ pulcherrimâ, cuncta fecit ac disposuit) rutilan-
» tia ac fulgidissima illa corpora, Stellas putà, nullâ cum ratione nec
» ordine, augustæ illi firmamenti plagæ, infixerit, temerevè dissemi-
» nârit (ut quidem non magis confusè cœlo inspergi illas potuisse, &
» minori diligentiâ, superiori illi Mundi machinæ, omnis generis
» asteriscos, sua quàm verso colonus agro semina committit, archi-
» tectum illum insevisse, primo obtutu, imprudenti videntur) sed
» maximo & admirando potiùs, nobis incomprehensibili, hactenus-
» què haud observato ordine, distinxerit concinnaveritquè. Cùm
» Planetarum præsertim cursus, quos erraticos vocamus, nequaquàm
» errones sint, ac dubijs passibus agantur, sed illorum consideratio,
» in maximam, optimos quosquè & qui aliquâ corporum illorum
» cœlestium contemplatione afficiuntur, admirationem rapiant, di-
» ctorum syderum dùm constitutiones, officia, apparitiones, quas
» nos incrementa vocamus: miraculosam item dispositionem, cur-
» sus certitudinem, conjunctiones, virtutes atquè effectus consyde-
» rant, & ob oculos sibi ponunt, erectos quotquot ad sydera vultus
» tollunt. *Hactenùs* Walchius, *qui in eo, quod de Scripturâ stellarum asseruit, astipulatorem habet etiam* Petrum de Aliaco, Ep. Cameracen-
sem, posteà R. E. Cardinalem, in Lib. de Concordiâ Theolog. &
» Astrolog. Veritatis, *dùm ità differit:* Nihil magni, *inquiens*, in hoc
» Mundo evenit, quod non habeat testimonium aliquod in cœlo.
» Est enim Cœlum velut quidam Liber, manu Dei scriptus, in
» quo tanquam Literas legibiles, Stellas
» Cœli posuit.

CAPUT

CAPUT XXVII.

De Connotatione Cifrarum seù Punctorum in genere.

HActenùs dictum, ibi Ciphræ per se significant, licèt prò majori obfuscatione, aliæ res quandoquè ijs accedant. Nùnc, ubi non nisi cum Literis *significant, sequitur videre: quod jàm* suprà cap.1. *fieri innuimus*, Connotatione, *quæ Punctis tantùm expeditur: De quorum officio, quod hactenùs habent ulteriori, nùnc videndum. Ubi notandum est, etsi Puncta & Literis & Cifris sæpiùs accedant,* ut passim Lib.5.& hoc 6. *dèprænditur, id alio tamen respectu fieri. Ibi enim non habent rationem significandi aut designandi Literam, sed Clavis aut ordinis, quô Literæ diversìm collocatæ officio funguntur. Hìc verò aut designant vèl referunt in cumulo & acervo Literarum, Literas significantes: aut significant variâ appositione unâ cum Literâ, quæ Clavis vicem refert per se, aut ad structuram alterius Orationis. Ex quo non obscurum est, circà hanc rem triplicem quoquè dispectionem desiderari, quarum Prima consistit in Punctorum Connotatione*, ad designandas certas Literas: *Secunda, in Connotatione Punctorum* per Clavem: *Tertia in Connotatione* figuratâ, ad structuram externæ Orationis alicujus. *Cæterùm Connotationis verbo, & hìc & infrà uti maluimus, tùm quia cum Literis, hìc simùl fit Notatio, tùm quod* Adnotàtionis *verbo posteà in strictiori significatione tantùm utamur:* vid. cap. 33. & ultimum hujus Libri.

CAPUT XXVIII.

De Connotatione Cifrarum, certas Literas, in cumulo Literarum designante.

PRimus Modus est, ut præcedenti Capite innuimus, ubi Punctis in acervo & cumulo Literarum, aliam quamlibet sententiam præ se ferentium, certas Literas designamus, quibus secreta intentio continetur. Nec tantùm Punctis hìc procedimus, sed etiam alijs Notis, veluti sunt Musicales. Punctis contingit, quandò in apertâ aliquâ oratione, sivè ea scripta sit, sivè typis excusâ, Literæ quædam ad significandum, per consignationem destinantur: cæteris ociosis manentibus. Et quidem ità per Puncta, ut in Libro impresso, aut aliâ Scripturâ Amico transmittendâ, ea figantur ad Literam, quæ ex instituto significare debet. Quâ in re, si de plano procedere velis, instructione ulteriùs non indiges: Si placet Exemplum vide apud Schvventer: pag. 199. Sed si palpum obtrudere placet, fac ità progrediaris, ut aut orationis tuæ secretæ verba, in duos ordines Literarum partiaris, atquè hinc ex primo, mòx ex secundo ordine, Literas in Libro, fortuito ordine occurrentes, aut etiàm ex compositio, hac vel illâ paginâ vel lineâ electâ, signes.

Quod jàm de Connotatione ad Literas diximus, idem evenire potest, si adhibeatur Connotatio ad quasi Literas seu Notas, quæ nimirùm Literas repræsentant.

Zag. *mcceclxxxii.* Zeg. *mcceclxxxiii.* Zig. *mcceclxxxiv.* Zog. *mcceclxxxv.* Zug. *mcceclxxxvi.*
Zal. *mcceclxxxviii.* Zel. *mcceclxxxviii.* Zil. *mcceclxxxix.* Zol. *mcceclxxxx.* Zul. *mcceclxxxxi.*
Zam. *mcceclxxxxii.* Zem. *mcceclxxxxiii.* Zim. *mcceclxxxxiv.* Zom. *mcceclxxxxv.* Zum. *mcceclxxxxvi.*
Zan. *mcceclxxxxviii.* Zen. *mcceclxxxxviii.* Zin. *mcceclxxxxix.* Zon. *md.* Zun. *mdi.*
Zap. *mdii.* Zep. *mdiii.* Zip. *mdiv.* Zop. *mdv.* Zup. *mdvi.*
Zar. *mdviii.* Zer. *mdviii.* Zir. *mdix.* Zor. *mdx.* Zur. *mdxi.*
Zas. *mdxii.* Zes. *mdxiii.* Zis. *mdxiv.* Zos. *mdxv.* Zus. *mdxvi.*
Zat. *mdxviii.* Zet. *mdxviii.* Zit. *mdxix.* Zot. *mdxx.* Zut. *mdxxi.*

Quælibet Syllaba, uti vides, habet Numerum appositum: Quo invento, Syllaba eo Numero venit designanda. In quo totum artificium reconditum est, hoc tamen observato, quòd quotiescunquè contingit, Syllabam, ultrà duas Consonantes & unam Vocalem, adhùc quartâ vel etiam quintâ constare, tùnc Syllaba dividenda, ità ut trium priorum Literarum primò, deindè quartæ vel per se, vel cum quintâ concurrentis, investigetur Numerus. E.g. Si occurrat Vocula NUNC; investigetur Syllabæ NUN, Numerus. Quo facto, Literæ C seorsìm suus quoquè Numerus apponendus venit. Ità si vocula FRAUS occurrit: Primò FRA investigetur, mòx US inquiretur. Quibus sic præmissis, si usitatis Numeralibus Cifris, uti velis, tùm Numerum, asteriscò vel punctulo quemlibet Numerum ex Tabulâ Syllabarum de-

pro-

promptum distinguere oportet, ad hunc vel alium modum; si hanc Sententiam e.g. occultare placet: Tu quod Jura volunt *&c: 96 † 1130 † 56 † 82 † 1370 † 216 † 37 † 29 † 168 † 74 † 173 † 172 † 169 † 1 † 65 † 83 † 1008 † 998 † 1392 † 1143 † 1137 † 1154 † 1154 † 115 † 168 † 88 † 98 † 939 † † Sin juvat Latinis Numeris uti, quemadmodùm in Tabulâ vides factum, tùm Literas minusculè efformes: quod eò tibi inservire potest, ut, si distinctionis gratiâ non Numerales Literas antè vel pòst quemquè Numerum, interposueris, quod subindè faciendum est, magis ità eludatur Interpres, dubiusquè relinquatur, Numerisnè, an Literis transpositorijs res peragatur. Exemplo sit, sequens Jure Consultorum Regula, quæ extat in* l. cum pater 77. §. Titio 31. de Legat. 2. Fraudem non committit is, qui se plùs, quàm alterum diligit; *ad hanc normam & formam, ità obtecta:* Gcccxliifcxxuı acxluuıpmxlkdluncmxcıxhmcccxxxıxfclxıxqmcxxıuſlxxxuuıtccc lxxxıpxuuırmcxxxuuırcxlıoxcuıbmcxcuızxxxıunlıxfdcclıxer. *Sed & ulteriùs, has ipsas Numerales Literas, in alias fictitias Numerales, eo quo dictum suprà,* Lib. 5. c. ult. *est modo, transpone. Nè etiam nimiùm excrescat Numerus Literarum Numeralium, in certas paginas, has Syllabas distribues, & singulis paginis, viginti saltèm Syllabas deputes: Undè viginti tantùm Notis vel Literis opus habebis: quæ omnibus paginis inservient: Has Paginas verò, singulari aliquâ Notâ exactè signes, vel Literis non Numeralibus, ut sciri possit, quam Syllabam Literæ illæ Numerales, singulis paginis subindè recurrentes, nùnc in hypothesi designent.*

CAPUT VI.

De occultâ Positione Dictionum, per Dissemination em, Dissem inatarum Inversionem & aliarum Ociosarum Superinductionem contingente.

PAulatim à Literis ad Syllabas progressi sumus, ùt tandèm in Dictionibus desineremus; de quarum occultatione, nùnc agendum. Ea contingit vel Interruptione Ordinis, vel Permutatione, vel Notatione Dictionum. Interrumpimus vel Disseminando *Dictiones per se: vel disseminatas* Retròscribendo: vel ijs *Dictiones* Ociosas Superinducendo. Dissem inatio Dictionum *per se fieri potest ad dispositionem Disseminatarum Syllabarum*; (Sup. c. 2. h. lib. in pr.) *Ut verò hæc Simplex ratio, eò magis tegatur, Altero illo* Retroscriptionis *Modo, vestienda erit, ad hunc modum constituto ejusmodi artificio. Exemplo:* Aser Osaslef Ynoux Aneyerdi Aniek Aneruabs Idnu Ahcise Gremazlesa Psade Inedrovvs Edniky Otlevvu Ohconnec Osniatipaca Peihlap Ulhafe Oseneir Leiso Eruze Ethcarbegk Ob cand Sbievvy Amig Etahu Unegarteguzy Anedy Anednutla Aic gidnebely Stegruvvres Unebegebi Enier. *Ubi scias Secretum hoc, prater Dissem inationem & Retroscriptionem, etiam alio adhùc constare artificio. Cùm enim Germanici Idiomatis Dictiones, ob concursum præsertim plurium Consonantium, & geminationem earundem, quibus nonnullæ Dictiones desinunt, in Dictiones benè sonantes se inverti non sinant: Et rogquarum Dictionum Inversio, adhùc faciliùs deprehendi possit: Indè tum initio tùm fine, Vocalis aut Consonans ijs Superinducitur, uti hìc vides factum. De quo Superinductionis genere hoc ipso Capite, mòx agemus. Sequitur ità breviter delineatis Dissem inationis & Retroscriptionis Modis, Superinductio* Ociosarum Dictionum, *vel quandoquè etiam* Literarum. *Hanc ita distinguemus, ut nobis alia sit Vulgaris: alia Recondita: alia Media.* Vulgaris *penè non indiget peculiaribus præceptis: Et ex Exemplis quæ* suprà Lib. 3. c. 14. *ex* Trithemij Steganographiâ *adducta sunt, judicanda est. Cujus generis plura Exempla,* Schvventerus pag. 213. usquè ad p. 219. *suppeditat: Quò, quia res facilis est, te remittimus. Recondita Occultatio est, ubi singulari artificio Dictiones occultantur. Quod artificium, quomodo procedat, ad explorandos profectus tuos, quos in hâc Arte feceris, in Exemplo* Sexti nostri Modi, Lib. 9. cap. 5. infrâ *extantis, traditum enucleabis.* Media *ratio hìc occultandi est, quandò Dictiones retroscribimus, & tùm in fine & initio Ociosam unâ vel duas Literas, ipsam Dictionem flectentes apponimus. Exemplum, quod hìc etiam quadrat, dabit* hoc Cap. sup. *adductum, uti monuimus. Cæterùm quia Dictiones variis hac ratione prò fictitijs venditantur, hinc fictitiæ aliæ ociosæ Dictiones, variè & penè ad lubitum, interjici possunt, cùm facilè abjectis ociosis, veræ Dictiones internoscantur:* Vid. Modum nostrum primum j. lib. 9. c. 5.

CAPUT

CAPUT VII.

De Permutatione Dictionum quarundam.

SEquitur *Alterum Occultationis Genus, quo* Dictionum *fit* Permutatio: *Contingit, quandò varijs fabulosisquè Vocibus aut Dictionibus pro veris, scriptum involvimus. E.g. Si Regem, Apollinem: Galliam, Scorpionem: Hostes, Caudam vocamus: Item si Muscas prò Militibus: prò Decade, Unitatem: Et prò Interficere, Osculari ponamus. Ut si ejusmodi Epistola, ad Amicum adornanda sit, juxtà filum* Portæ, p.129. Scito Regem consueto itinere, ad suam se « conferre Urbem, é Galliâ, longè veritum hostium insidias, nè pro- « perdidisse, Civitatem depopulari, & omnes in sui exitium conspi- « rare. Nonaginta Milites, qui Castri portam custodiunt, necabun- « tur: Eaquè primò captâ, facilè traducto Exercitu, ac strato ponte, « Arx capietur. Classis enim secundo vento concitata, magnaquè vi « remigantium, subibit portum: Capientur mulieres & homines: « Et Civitas funditùs eruetur, ut nunquàm erigatur. Ipse autem meo « nomine Tabellarium mactato. *Jam hæc in talem formam, præeunte* Portâ Lib.2.Cap.17. *convertenda:* Scito Apollinem, Signorum or- « dine, Leonem subire, longè à Scorpione, suæ vim caudæ noscens. « Sensit enim alium, sua lauro tempora præcingere, & monte potiri. « Osculabuntur tacitè novem Musæ, quæ pendicibus præsunt: & « facilè ad fontem devenient. Undè montem totum perambula- « bunt. Veniet enim rapacium avium turba, secundâ aurâ: Sic « flores herbasquè destruet: Fons ità exarescet, ut verear, neminem « posthàc Poëtam, eò labra proluiturum. Tu verò prò me Tabel- « lionem osculator. *Idem* Porta, *aliud ibidem Exemplum subnectit, ubi illa familiarium & rerum necessariarium nomina, ad res familiares tra- ducta, reperiuntur. Quod cui placet, ibi quis videre potest. Hoc Genere sivè Modo, in Satyricis suis Scriptis, &* Euphormio *est usus.*

CAPUT

CAPUT VIII.

De Dictionum Notatione. &c.

TAndèm de *Dictionum* Notatione, Connotatione & Annotatione *nobis est disserendum. Primo autem loco de* Notatione, *de quâ semel exactiùs aliquid monendum, nè tanta Vocis generalitas, in quâ hactenus eâ usi sumus, confusionem pariat aut obscuritatem. NOTAS in genere describere possumus, quòd sint* Signa Scriptilia, *quibus vel Literæ, vel Dictiones, vel Res significantur. Vocem in propriâ Significatione accipimus, non metaphoricâ, quæ Ignominiam denotat. Eodem sensu,* Imagines *vocantur, à* Quintil. Lib. 11. c. 11. *nostris* Zifræ *dicuntur:* Spiegel: de V.S. Turneb. Lib. 14. Adversar. c. 24. *quæ sit à ab Hebræo* Zepher, *quod est Scribo; sicùt* Cariad Zepher, *h.e. Crocitas Literarum, in Scripturâ Sacrâ, quòd ibi Literarum studia florerent, dicitur:* Herm. Hugo, c. 28. in f. de Orig. Scribendi. *Diximus, quòd per Notas significemus* Literas *aut* Rem. *Ex quo primò duplex differentia patescit. Quòd quædam Notæ, tantùm sint & maneant Elementa, exhibeantque eas, quas quotidiè usurpamus ac in usu habemus Literas: Zifras & Characteres nominare solemus. Quâ significatione, utpotè generaliori, hîc non utimur, sed ea pertinet ad præcedentem præsertim Librum. Hi enim Characteres, licet figurâ solitâ non sint Literæ, sunt tamèn Literæ potestate. Ideoquè istis non tàm notamus, quàm scribimus, quasi Literis. Quædam verò sunt Notæ, quibus non Singularias Literas, sed Dictiones, aut integrum Sermonem indicamus, quas Notas ità propriè appellabimus. Diximus præterea, quòd sint* Scriptilia Signa & Imagines. *Quæ cùm non sint unius generis, in Genera ea inquiremus. Quædam Notæ scribebantur Literis, quas* Singularias *vocant, ut S. P. Q. R. quæ antè sonabant* Salva Populum Quem Redemisti: *Posteà ad Romanam Rempublicam translata:* Senatus Populus Què Romanus. *Tales erant Notæ Judiciariæ: A.* Absolutionis: *C.* Condemnationis: *N. L.* Ampliationis: Sigon: Lib. 2. de Judic. 5. 22. *Hæ & similes Notæ, sunt figurâ tantùm Literæ, potestate verò Dictiones. Undè post* Lipsium, Herm: Hugo, Tr. c. 18. *sic distinguit Notas: In Notas non Literas, & in Notas, quæ sunt Literæ. Quædam verò proximè ex Literis sunt, & ad earum Figuram accedunt; ut sunt illæ* Notæ Ciceronianæ (*E.g.* W *prò Mundum,* M *pro Modum*) *quæ cum etiam denotent Dictiones, cum priori potestate coincidunt. Quædam ulteriùs non sunt Literæ, & propriè Siglæ vel* Siggla *dicuntur. Quâ de re* Cujac: 12. Observ. 10. *ut quandò prò Literis S.P.Q.R. hanc Notam* ꝯ *ponebant. Quædam porrò, nec sunt Literæ, sed Integræ Sententiæ Signa, quales sunt* Notæ illæ Hieroglyphicæ. *Habentur etiam aliæ Notæ, quæ Scripto censendo accedunt, ut*

Notæ

Notę Platonicæ & Grammaticorum, *quas* Isidorus *vocat* Notas Sententiarum. *Deniquè quædam sunt Notæ, quæ tùm & ipsæ sunt Literæ: Ità Transpositoriæ Literæ, Notæ quasi sunt Transpositarum Literarum: Sic Dictiones permutatæ, Permutatarum Dictionum Notæ quasi sunt:* vid. j. c. 12. hîc. *Hæc ut & alia Notarum genera, quibus adhùc ratione subjecti, quod Notas recipit & ijs utitur, ulteriùs distinguuntur, (quo de* Herm. Hugo, in Tr. de Literis, c. 19. & novem seqq. *videndus est) observari poterunt: Ità tamen, ut ea quæ Cryptographiæ propria sint, separentur ab ijs, quæ hùc non pertinent. Interim tenendum, hujus loci tantùm esse, illud Notarum Genus, quod est* Compendium Dictionum, *quod propriè Authores appellant Notas. Quò facit elegans Notarum definitio* Lipsij, in Cent. 1. ad Belg. Ep. ad Less. 27. *his verbis proposita:* Quòd sint Scripturæ quædam Compendia, cùm verba non perscribimus sed signamus. *Quâ definitione satis constat, illas Notas, Cyphras seù Characteres, quibus singulis, singulas exprimimus Literas aut Dictiones, ceù hactenùs dictum, sub propriâ Notarum, de quibus nùnc agimus, appellatione non contineri.*



CAPUT

CAPUT IX.

De Notatione Dictionum, quæ fit Literis Singularijs Rectis vel Inflexis & Siglis.

EX *Notis omnibus*, Cap. Sup. *recensitis, restant tantùm* Literæ Singulariæ, Rectæ, Inflexæ, *& quæ proximè has accedunt*, Sigla. *Notandi id Genus, quod* Literis *sit* Singularijs, *constitit olim angustis terminis: Nec hodiè quoquè usu longè serpit: quin penè nostro instituto inutilis esse videtur, & intrà cujusquè intima penetralia, si quâ usus adhùc quidam nùnc supersit, abditur. Alterum verò per Signa, Sigla, varias flexuras & catenationes in immensum excrevit, ut teste* Isidoro & Senecâ, *horum Signorum omnium, contracto digestoquè numero & aucto, opus effectum quinque millium. Undè tandem extitit* Ars Notaria: *Cujus Origo antiquissima. Etsi enim inventionem eius Latinis adsignant,* Isidorus, Plutarchus, Eusebius & P. Bembus Lib. 5. Ep. 8. ad Jul. 2. P. M. *aut etiam Græcis, & inprimis* Xenophonti *Philosopho & Historico, tribuit* Lipsius, d. Ep. 27. Hermann. *tamen* Hugo, cap. 18. circâ f. in Tr. de Scrib. Orig. *tùm authoritate* Ps. 45. v. 2. Lingua mea calamus Scribæ velociter scribentis: *tùm indicio vetustissimarum Notarum Hyeroglyphicarum, motus, longè antiquiorem esse indagandam tradit. Propagationem verò & auctionem insignem Latinis non detrahimus. Sed an* M. Tullio Tyroni, *& alijs Libertis, an vero Patronis ipsis,* Ciceroni, Senecæ, Mœcenati, *adscribemus? Variant Authores: de quô videndus* Lipsius, d. Ep. *Usus est duplex, privatus & publicus. At postquàm* Justinianus Imp. *Notas illas publicas,* Constit: de vet: jur: enucl. *proscripsit, & in posterum, in conscribendis Juris Libris, ijs uti vetuit, cum publico ipso usu, & privatus paulatìm concidit, & Notæ ipsæ ità exoluerunt, ut fuisse magis, quàm quid fuerint, sciamus, inquit idem* Lipsius, d. loco: *Et antè ipsum* P. Bembus, in d. Ep. 8. lib. 5. *Indè non mirum,* Psalterio Davidico, *Notis istis* Ciceronianis & Cypriani *exarato, ejusmodi ex merâ inscitiâ quandoquè contigisse superscriptionem,* Psalterium in Armenicâ Linguâ, *cùm tamen esset Latinum. Quod se, in* Bibliothecâ Argentinensi *ità reperisse & inscitum errorem, beneficio cujusdam Libri, hujusmodi Notas Ciceronis & Cypriani exhibentis, statim detexisse, narrat* Trithemius Lib. 6. Polygr. p. 600. *Similis Codex, in nostrâ etiamnùm servatur Bibliothecâ. Nostra ætate, ad votum olim* P. Bembi, & J. Lipsij, *prò utilissimâ Arte reducendâ, Notas Veterum Romanorum, Authoribus* Tullio Tyrone, & Annæo Senecâ, *ex tenebris eruit & publicè edidit* Janus Gruterus: *Quem Librum est, ut videas, & si placet, utèris eôdem ad hoccè occultè Scribendi Genus tibi comparandum. Nequè enim, ut hic plura, de eo addamus, instituti fert ratio.*

CAPUT

CAPUT X.

De Connotatione & Annotationis Genere Primo.

CONnotatio Dictionum *eâdem ratione, quâ* sup. Lib. 6. c. 28. & hoc Lib. 7. c. 5. *dictum, fieri potest. Quòd Annotationem* (vid. sup. Lib. 6. c. 33.) *attinet, ea trifariàm hîc accidit. Aut enim 1. fit* designatione Cifrarum facili: *Aut 2.* designatione earundem operosiore: *Aut deniquè 3. fit* annotatione præcedentium & subsequentium verborum. *De primo Modo*, hoc Cap. *de posterioribus in* sequentibus. Facilis designandi ratio, *coincidit planè cum illâ, quæ* suprà *de Literis tradita est. Nam & Folium, & si opus est Facies vel Columna, Linea item & Numerus, quotus in Lineis reperitur, Signis denotanda & describenda sunt. Hoc interest, quod alia præterea Dictioni accidant, ut* Cap. seq. *latiùs videbimus, cùm contrà Litera, semper sui similis sit & maneat. Hinc consultum est, ut ejusmodi Liber comparetur, qui & quotidiana contineat & copiâ verborum ità abundet, ut diligenti perquisitione ejusmodi nomen & verbum inveniatur & consignetur, quod Genere, Numero, Casu, Modo, Tempore & Personâ, Secretore spondeat. Nam si intentioni nostræ non conveniunt, evenire sæpè solet, ut Lector scriptorum intelligentiâ, planè frustretur.*

CAPUT XI.

De Secundo Genere Annotandi, per omnia Verborum & Nominum Accidentia.

QUia verò superior illa investigatio, satìs imperfecta & manca deprehenditur: Ideò Jacobus Sylvester, in libello Ziferarum, huic, quem modò indicavimus, defectui, comparatione tot Signorum, quibus Accidentia Nominum & Verborum quoquè designentur, mederi voluit hunc in modum: Accidentia Nominum sunt tria, Genus, Casus, Numerus. Hisce Signa hac ratione attribuit, ut Genus Masculinum, A: Fœmininum, B: Neutrum, C designaretur: Sic Casuum primus sivè Nominativus, D: Genitivus, E: Dativus, F: Accusativus, G: Vocativus, H: Ablativus, I: Et Numerus Singularis, K: Pluralis, L denotaretur. Verbis accidunt, Genus, Persona, Modus, Tempus, Numerus, Participium, Gerundium & Supinum. Generis Signa sint Activi, M: Passivi, N: Personæ primæ, O: secundæ, P: tertiæ, Q: Modorum, Indicativi, R: Imperativi, S: Optativi, T: Conjunctivi, U: Infinitivi, V V: Temporum, Præsentis X, Præteriti Imperfecti, Y. Præteriti Perfecti, Z: Plusquàm Perfecti, a: Futuri, b: Numerorum, Singularis, c: Pluralis, d: Deniquè Participij, e: Gerundij, f: & Supini, g. Signa hæc in Numerorum Cifras & alios Characteres, mutari possunt. Præterea Ordo ipsorum Accidentium interverti potest: quò fiet, ut alia atquè alia Signa, singulis obveniant. Si tamen semèl constituta sit, designandi ratio, ea probè observanda, donec alitèr convenerit. Tabulâ verò designatoriâ ità confectâ, jàm conveniendum de certo quodam Dictionario impresso, vel si placet conficiatur exindè peculiaris Liber, in quem simpliciter, ad ordinem Alphabeti, conjiciantur partes omnes Orationis, & quæ aliàs Scriptioni deservire possunt: ut sunt Nomina propria &c. quocunquè Idiomate volueris, quod perindè hìc est. Hic iterùm duo designanda sunt; 1. Classis cujusquè Literæ: ut Classis eorum Vocabulorum, quæ incipiunt ab A, designetur numero majusculo Latino I: Incipientium à B, numero II: & sic deinceps: Deinde quoquè denotandus Numerus Vocabuli, quoto quodcunquè Vocabulum reperitur, suo numero minusculo. Formulam istiusmodi Libri, subjiciendam putavimus, quò faciliùs imitari posses.

A, I.	B, II.	C, III.	D, IIII.	E, V.
1. Amo	1. Beatus	1. Comprehendo	1. Dolor	1. Eximo
2. Adoro	2. Bipertio	2. Conor	2. Demùm	2. Eligo
3. Accepto	3. Blandior	3. Communis	3. Dono	3. Erigo
4. Apud	4. Bulla	4. Cor	4. Deus	4. Exul

5. Adeò 6. Affligo 7. Auxilium 8. Appeto
5. Blatero 6. Bis 7. Belligero 8. Batuo
5. Concludo 6. Communio 7. Cùm 8. Circumcido
5. Do 6. Deleo 7. Dextra 8. Demo
5. Eremita 6. Elegans 7. Equus 8. Exorbito

F, VI.

1. Flagellum 2. Frons 3. Flere 4. Fallo 5. Facies 6. Fraus 7. Fido 8. Frater

G, VII.

1. Gaudio 2. Gemo 3. Gestio 4. Grex 5. Gratia 6. Gero 7. Granum 8. Glacies

H, VIII.

1. Habeo 2. Halec 3. Honor 4. Hiatus 5. Heres 6. Hæreo 7. Hilaris 8. Humidus

I, IX.

1. Inuro 2. Invoco 3. Justus 4. Jacto 5. Jacio 6. Judico 7. Immitto 8. In

L, X.

1. Laudo 2. Lux 3. Lynx 4. Latro 5. Lac 6. Lambo 7. Lucerna 8. Liberalis

M, XI.

1. Manus 2. Misceo 3. Mitis 4. Membrum 5. Maneo 6. Mutus 7. Musca 8. Muto

N, XII.

1. Nimirùm 2. Nox 3. Nugor 4. Nuncupo 5. Nucleus 6. Nanciscor 7. Nauclerus 8. Negocium

O, XIII.

1. Obædio 2. Oraculum 3. Os 4. Opto 5. Onus 6. Orior 7. Occasus 8. Ordo

P, XIV.

1. Pax 2. Præmium 3. Pœna 4. Privo 5. Paciscor 6. Privilegiũ 7. Plenus 8. Pectus

Q, XV.

1. Quies 2. Quantùm 3. Querela 4. Quæro 5. Quare 6. Quoniam 7. Queo 8. Quotannis

R, XVI.

1. Rabies 2. Religio 3. Rapio 4. Rideo 5. Rosa 6. Requies 7. Repto 8. Rixa

S, XVII.

1. Saxum 2. Serpens 3. Salto 4. Sicùt 5. Scribo 6. Signum 7. Sileo 8. Semen

T, XVIII.

1. Taceo 2. Trabo 3. Trans 4. Turbo 5. Tracto 6. Tribuo 7. Triduum 8. Tango

V, XIX.

1. Vado 2. Venio 3. Ventus 4. Ungo 5. Uxor 6. Utinam 7. Verbera 8. Virgo

X, XX.


1. Xenium 2. Xenodochium

Z, XXI.

1. Zelus 2. Zizania 3. Zodiacus 4. Zona 5. Zingiber

Si itaquè jam hac ratione, tibi ſcribendum ſit, ex hactenùs dictis re-colligas, ſequentia eſſe deſignanda; 1. Claſſem Literæ: 2. Vocabuli ſtatio-nem: 3. Ponenda Signa illa Accidentium, tùm Nominum tùm Verborum, & ſi quæ aliæ Partes Orationis, ijsdem Accidentibus afficiuntur. Status tamen, prudentiâ nonnunquàm utendum, nec temerè ubi opus non eſt, ac-cumulanda Signa, Generùm, Caſuum Numerorum, Modorum, Tempo-rum: cùm Lector interdùm ex præmiſſis & ſequentibus, ea Tempora & Caſus &c. ſuo Marte, deprehendere queat. Evenit quandoquè, ut alio adhùc Signo indigeas, ad Librum nempè deſignandum, quo uti velis. Id quod eo caſu obtinet, ſi plures ejusmodi Libri, habeantur. Quibus ſic conſtitutis, jàm omnia facillima ſunt: Addamus ſaltèm Exempli gratiâ, dicti illius Gregoriani; Cùm juſtus in facie laudatur, in corde affi-gitur: *deſignationem, ex Tabulâ Vocabulariâ hoc modo factam.*

III. 7. IX. 3. IX. 8. VI. 5. I. K. X. 1. N. Q. R. X. IX. 8.
III. 4. I. K. I. 6. N. Q.
R. X.



CAPUT

CAPUT XII.

De Tertio Genere Annotandi, per Dictiones.

TErtius hujus Generis Processus contingeret, si quælibet Dictio prò quavis, ad eam denotandam substitueretur: Quem Modum prætermittere nolumus, non ut certò affirmemus, ejus rationem nos tenere, sed ut exploremus, quid tandèm statui possit. Interìm qui hujusce Modi scientiam planè sibi vendicat, Trithemium tibi sistimus, quem de hoc miraculo audias, in Explan. Lib. 2. Polygr. p.64. ità differentem: In Steganographiâ autem locupletiores sunt Modi, secretissimè & sinè aliquâ suspicione scribendi, ubi non Dictio Literam, sed quæquè aliam integram, & ad mysterium convenientem repræsentat Dictionem. Cujus rei ponamus Exemplum: Ut, si velis præmonere amicum de aliquo imminente periculo, sub tali narratione verborum: *Conspiraverunt in necem tuam Melancius, Tyberius, Joannes & Petrus, famuli Comitis de Asoto, & quartâ die post Laurentij in nocte, circumvallabunt domum tuam: Provide quid agas.* Hoc Secretum, Steganographia sic palliat. *Oro te Amice charissime, ut mutuo mihi transmittas, decem florenos cum latore præsentium, quia sunt mihi valdè necessarij, prò constructione cujusdam ædificij, eos tibi fideliter restituam.* Quis hoc arcanum crederet, aut suspicaretur latere in sermone præscripto? Quod idem sub aliâ etiam narratione ponamus: *Domine Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui homo fieri, prò nobis pati & mori voluisti, miserere mei peccatoris indigni nùnc & interribili horâ mortis meæ.* Ecce jam unam cordis tui occultam sententiam, duplici habes narratione, sub Steganographiæ limitibus velatam, sermone brevi, at fideli: quam totus mundus nec suspicari quidem poterit, nec si annis quærat centum, ullatenùs invenire, etiamsi omnes docti convenirent. Deniquè hanc ipsam sententiam cordis tui secretam, non solùm unâ vel duabus narrationibus præscriptis, sed penè infinitis modis, jam dicta Steganographia docet abscondere, & cui volueris tutissimè, secretissimè ac securissimè nunciare. *Hæc ille. Sanè* Cardanus & Porta, *id hac ratione fieri autumant, si Dictiones vel præcedentes (vel etiam sequentes) ex Libro impresso annotarentur, quæ ex composito, secretas illas dictiones sequentes designarent. Audiamus primò ipsum* Cardanum: *Is* Lib. 12. c.61. de rer. varietat. p. 805. *ità infit:* Capiemus duos Libros, ejusdem typi, putà Plinij Epistolas, aut Ciceronis, & sensum quem exprimere volueris, collige ex Dictionibus collectis, vel per singulas paginas, in lineis ejusdem numeri, vel in eadem paginâ, lineis autem ordinem servanti-

NB. NB. NB. NB. NB.

„ vantibus: vel in utrisquè numerorum ratione eâdem servatâ. Sem-
„ per autem tres Lineas ad facilitatem computa. Melior autem est
„ primus ac tertius Modus. Hac perfectâ Epistolâ, oportet aliam, ex
„ antecedentibus verbis aut proximè sequentibus connectere. Licet
„ autem in utrisque, casus, tempora, numeros, modos, generaquè ac
„ ejusmodi, in singulis mutare, verbum attamen non. Eligatur ex Li-
„ bris, qui Dictionum varietate præstat, aut contextu verborum
„ floreat. In primo Genere sunt, Plinius, Volaterranus, Rhodiginus,
„ Munsterus, Gesnerus, Biblia, Gellius, Macrobius, Crinitus. Ex Poë-
„ tis, Virgilius, Horatiꝰ, Ovidius. In secundo verò Cicero atquè Quin-
„ tilianus. Sed præstat rem facilem, quæ forsan ardua videbitur ali-
„ quibus, Exemplo qualis sit, ostendere. In Plinij (gratiâ Exempli) E-
„ pistolis, Aldi 1518. mens. Junij pag. 19. *Tu fortasse me putes indulsisse a-*
„ *mori meo, supraquè ista, quàm res patitur sustulisse: Dabis veniam placeat.*
„ *Est illud inculcandum pulchrè, & tui rationem non habenti mulieri, vitam*
„ *te odisse.* Ergò si prò his totidem verba sequentia, in eisdem paginis
„ legas, nõ observatis lineis, quòd perbreves sint paginæ, habebis hanc
„ Epistolam: *Ego fide meâ spondeo, ut omnia longè ampliora, quàm à me*
„ *prædicantur, invenias, pœnas si debitas cautissimè infigas Petro Namuto.*
„ Hæc igitur est ratio integra tantæ industriæ, ut serves paginarum or-
„ dinem. Numerum verò primæ, â quâ cœpisti, numero dierum Men-
„ sis, significabis. Nomina, Prænominaquè Literis Capitalibus Dicti-
„ onum effinges. Ut verò initium habeatur & finis, Literas Capitales
„ duas majores formabis, inter quas Nomen & Pronomen jacet. Ubi
„ verò ad complendum sensum Epistolæ, quam scribis, Dictio aliqua
„ desit, eam aut (si plures sint) eas, inter duo parenthesis parva signa
„ collocabis: ut illud (veniam) Hæc enim Dictio si legatur, ut interpo-
„ sita ex Libro, omnem ordinem pervertet, & maximam confusio-
„ nem pariet. Sufficiet igitur pro Signo, nomen Authoris habere, ac
„ ejus qui excusit, ut Exemplar consimile emere liceat. Eo habito,
„ numerum dierum Mensis quære, aut alium frustrà interpositum, &
„ paginam ei numero correspondentem, in quâ leges verba Epistolæ
„ tuæ, quotquot continua inveneris. Indè totidem proximè sequen-
„ tia transcribes: deindè ad sequentem transi, & modò (ut dixi) vi-
„ gula non obstet, singula verba expendes, totidemquè sequentia re-
„ pones, donèc ad Literas Capitales Majores devenias, tùnc ex inter-
„ medijs, hominum Nomina & Prænomina nosces. Facilis per se res,
„ etiam absquè usu, facilior usu adhibito. Possumus & in parte Epi-
„ stolæ, illud solùm efficere. *Idem pag. 817.* Ut verò breviter absolvam:
„ Seù ex titulo, seu ex primis verbis collectis Literis, aùt (quod pul-
„ chriùs est) Dictionibus, per singularum Literarnm numerum con-
„ suetum, seù permutato initio, accipere antecedentem aut conse-
„ quentem in singulis: ut,

a b c d e f g h i l m n o p q r ſ t u x y z
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22

Sic ergò Elementis: *NDX PCRZ HOHP HQYNX.* Dictionibus autẽ ex Lexico ſumptis. Aliter contingit initijs ac ſecundis & tertijs Elementis, ſub unâ Dictione, velùt in priore Exemplo, *NTF ZCLT NUHR TVIPE.* Atquè ità in numeris alijs Modis. *Hactenùs* Cardan⁹. *Porta verò facilioreratione rem explicat, quit*) typi, duo parentur Libri, quorũ alterum, amicus apud ſe, alterum nos domi retineamus: in hoc, charta aliqua, ex univerſo erit elegenda, in quâ ſcribere volum⁹, ejuſquè numeri priùs conſcium amicum reddamus, vel dierũ menſis & anni, vel alterius rei numero, quâ habitâ, ubi noſtram ſententiam brevitèr perſtrinxerim⁹, in ſtatutis illius paginæ locis, ea vel ſimilia verba reperiemus: & tamdiù paginas vel lineas permutabimus, donèc totum ſcripto tali cõmutemus: quod ubi fecerim⁹, denuò à ſummo capite rem aggrediemur, & verbum eadẽ lineâ præcedẽs vel ſubſequens, vel numero diſtans aliquo accipiamus, ac denuò ſcribemus alia conſurget Epiſtola, ſed diverſæ ſententiæ. At cùm ſinè ordine, & ſinè verâ aliquâ ſignificatione veniet, ſic eam accommodabimus. Multa inſeremus verba, ut ordine aliqua ſignificent, & ut ſupervacua noſcantur ab amico, lineâ notabimus, vel ſigno aliquo in calce, vel inter duas parentheſes, accentu, majuſculâ inprimis Literâ, vel aliquo ſigno. Reliqua verò verba permutare poſſumus, tempora, numerũ, caſus, perſonas & genera pervertendo & accommodando, ut congrua magis conſurgat oratio. Idquè tamdiù faciemus, dùm totam conſarciamus. Libri quibus uti poterimus, verborum omnium generibus ſcateant, uti Cicerone, Plinio, Rhodigino, Ovidio, & cæteris ſimilib⁹. Sed Exemplo res fiet clarior: *Africam abſterreri clementiâ infantium audivi, fœminam indignam mulceri pœnâ, generoſiſſimam iracundiâ flagellari, generoſitatem ſolam in periculis ſpectari. Auguſti 16. hor. 8.* Si Plinium legimus, octavo libro, cap. 16. p. 133. Baſileæ, ex officinâ Frobenianâ impreſſum, id reperiemus ſequentib⁹ verbis pervertendo: *Urbs eadem in ſupplices, non (iratos) multorum profugit, ea alloquitur verum cuiquè eorum vi maximâ, tueturquè (ſe) coacta poteſt capi. Hæc* Porta. *Verùm hæc* Cardani & Portæ *commenta, ſunt aliquid ad hanc rem. Sed* Frithemiano *inſtituto, quod ità contortum non eſt, vix ſatisfaciunt, ut verè noſtrate Proverbio, jactare poſſimus, quoſdam ſubulcos quidem intraſſe, at cui ipſam adijſſe urbem contigerit, reperiri neminem. Sed quid? Annè ea erit ratio, ut rem hanc præſtare valeamus, ſi Dictionarium nobis ejuſmodi conficiamus, in quò prò Subſtantivis alia Subſtantiva; pro Adjectivis alia Adjectiva: pro Verbis, Verba alia conſignemus? Subſiſtimus. Arduum enim hoc, & penè infiniti & deſperandi laboris eſſet. Malumus itaquè & hìc ampliare.*

CAPUT XIII.

De Scriptione occultâ ex Sensu, & primò Figurato.

SCriptionis Objectum Internũ triplex est: Literæ, Sensus, Idioma. Literæ *cum suo ambitu, Radicale:* Sensus Intentionis, *Principale:* Idioma, *Ministrale est Objectum. Hactenùs autem satis dictum est de* Literis, *tùm per se; tùm quà Syllabas; tùm quà Dictiones constituunt. Sequitur dispectio de* Sensu, *quem fecimus Scriptionis Objectum Intentionis seu Principale, ut patet per se. Occultatio autem hìc fit, cum à nativo sensu recedimus & usurpamus tropicum: 2. Si aperto quidèm sensu utimur, sed Notâ quapiam occultâ positâ, contrarium indicamus: & 3. Sinec figuratâ nec apertâ oratione utimur, sed tantùm Signo aliquo conveniente, sensum non vulgari ratione denotamus. Hinc triplex oritur Scribendi Modus: Primus fit per Sensum Figuratum: 2. continens Notæ Grammaticæ seù Sententiarum appositione: 3. Notatione procedit Hyeroglyphicâ. Scriptio Occulta per* Sensum Figuratum *fit, quando à nativâ significatione recedimus, seù quotiès non propriè, sed figuratè scribimus. Quâ de re nonnihil, ubi de Sermone nobis sermo fuit,* sup. Lib. 2. c. 1. *diximus: Sed hìc in Scriptionis materiâ, usus ejus longè est uberior & magis Philosophicus. Undè* Walchius Decad. 9. Fab. p. 224. & seqq. *omnium quotquot anteà tradidit, hanc occultissimam, artificiosissimam atquè præclarissimam Scribendi rationem esse, deprædicat. Videndus in hanc rem omninò. Sed nos ea linquimus Hermeticis & Chemicis illis Philosophis: Prætermittere verò nolumus, quòd nec hæc scribendi ratio, Epistolicum usum abhorreat. Etenim Amico, sed non nisi solerti, clàm aliis Effectuum ac Consequentium, non minùs artificiosâ, quàm tectâ insinuatione, rem aperire & præscribere valemus. Cujus rei Exemplum esse potest, Epistola illa, quæ à quodam Conjuratorum & Proditorum in Anglia ad* Baronem Montaquilium, *ejus præmonendi gratiâ, ne ob famosissimi illius proditorij pulveris pyrij periculum, Curiam in quâ Conventus Regni habendi essent, accederet, scripta & missa est. Literæ ità habebant:* Nobilis Domine, amor & amicitia, quæ mihi cum aliquot cognatorum tuorùm intercedit, facit, ut Salus & prosperitas tua, cura mihi cordiquè sit. Quapropter sis præmonitus ut si salvum te cupis, indicto conventu abstineas, quæcunquè effictâ excusatione. Deus enim & Homines conjurarunt, in criminum, quæ sæculum hoc ferax produxit, vindictam & abolitionem. Noli autem hoc facere hanc monitionem, quin properè domum abeas, & expectes eventum securus. Nam licèt nulla initia & indicia Seditionis alicujus appareant, scio tamen & sanctè affirmo, conventum hunc

ictu terribili conquassatum & convulsum, nec tamen laceratos à lacerantibus visos iri. Hoc consilium, quod saluti, non verò damno tuo esse potest, nè asperneris. Periculum enim transibit simùl, ac Literas has combusseris. Confido, consilio hoc te rectè usurum Dei ductu, cujus sanctæ protectioni te commendo. *Literis illis ad Regem & Consiliarios delatis, consilio habito, vident quidem ingens aliquod flagitium, quod immineret, significari, sed quid rei siet, latet omnes: Excidium Literæ minabantur, sed quonàm dolo, vix ullus suspicari poterat: Soli Regi, aut virgulâ divinâ, aut summâ quâ valet sapientiâ, in mentem venit, istis verbis:* terribili ictu convulsum: *junctis illis:* nèc tamèn laceratos à lacerantibus visos iri: *Item:* Periculum enim transibit, simùl ac Literas has combusseris: *quibus conjiciebat, descriptam celeritatem periculi, tam subitò incidentis, quàm facilè & citò papyrus ista, flammis exustuletur, pyrotechniam occultam designare. Id quod indagine facta patuit, atque ità sulphurea illa proditio, divinitùs detecta fuit.* Vid. Lib. Georg. Mayeri, sub titulo: **Beschreibung der Büchsenpulverschen verrätherey.** *Voluit scilicèt, divina Omniscientia ostendere: Quemadmodùm, si occultandi Arte, licitè quis utatur, ipsi dispicere nequeat: Ità è contrà, nihil juvare homines illos nefarios, etsi quàm occultissimè sua scelera habeant, aut scriptionis dolo innectant.*

AB. NB. NB.

CAPUT

CAPUT XIV.

De Scriptione occultâ, per appositionem Notæ Grammaticalis.

SEcundus Modus is est, uti diximus, qui provenit ex appositione Notarum Grammaticarum. *Notas Sententiarum illas dici, innuimus* suprà Cap.7. Isidori *authoritatem secuti, adhibebantur autem ad dogmata, peculiaresquè opiniones, vitia & virtutes Scriptorum denotandas. De quibus præterea videri potest* Casaubonus in Notis Laërtij, pag. 57. ubi in f. post Indicem Authorum, *Figuræ harum Notarum subjiciuntur;* Sixtus *item* Senensis, Lib.3. Biblioth. Pythœus Lib.2. Adversar. c.3. Wouverius in Polymath. Robertus Titius Lib.10. c.14. *Ad Sensum verò occultandum, ut ad nostrum institutum accommodemus, hujusmodi obelis & asteriscis uti possumus, ut quod apertâ Scriptione narramus & enunciamus, contrariâ per positionem obeli, asseruisse videamur.*

Cautio verò erit, ut quàm tectissimè ejusmodi NOTÆ *apponantur.*



CAPUT

CAPUT XV.

De Notatione Hieroglyphicâ.

TErtius occultè sensum prodendi Modus, expeditur Figuræ Animalis & aliarum rerum, sivè pictione, sivè aliâ efformatione. *Vetustissimum inventum Ægyptiorum & Chaldæorum, ea ratio perhibetur. Theodosius verò Imperator, apud* Cassiodorum Var. 3. Ep. 51. *Signa Chaldaica hæc, quasi Literas vocat. Pro Literis enim fuisse Animalia, & alia Signa secretiora, tradit* P. Gregorius, 16. de Rep. c. 1. n. 6. *quibus aut singulas Dictiones, aut integram sæpè orationem exprimebant:* Porta Lib. 1. de Occult. Notis, c. 9. *Qui eo etiam refert insignia & demonstrationum commenta, quibus sæpè parietes, peristromata, lacunaria, fores & clypei ornantur: Equitum etiam capita, dùm hastis concurritur, festivis Ludis solent insigniri: Vulgus Cimeros,* Alciatus *vocat Emblemata. Hæc enim tacitis rerum demonstrationibus, quicquid velint, exprimunt, veluti subjectis Exemplis aliquot, accommodata sit, de eo instituto (de quo videndus, præter antiquum illum* idem Porta, *ibidem demonstrat. Cùm verò hæc res, non tàm ad Epistolicas occultandas, nè indignis hominibus, Doctorum Sensus prodantur, quàm ad insigniores quasdam Sententias Philosophicas & Politicas explicandas, quæ Horum Apollinem Niliacum,* Johannes Pierius Valerianus, Bolzanius Bellunensis, in insigni Opere, quod inscripsit, Hyeroglyphica, sivè de Sacris Ægyptiorum) *pluribus ex professo explicare supersedemus. Ne quid tamen desit, Exemplum uti unicum singulare ac rarum, ita semetipsum, excellentissimi ingenij, ac summæ eruditionis gratiâ, uberrimè commendans, subjiciendum duximus: Quo* Joachim. Hopperus, Phil. 2. Hispan. Regis in Belgio Consiliarius, *totius Universalis Justiciæ negocium, quod aliàs* Libb. 12. de verâ Jurisprudentiâ *latiùs exposuit, eleganti hac Picturâ (quam deinceps, breviter ac magis simpliciter & perspicuè, atquè ab ipso* Hoppero in Themide suâ Hyperboreâ seu Tabulâ Regum Frisiæ *factum, explanabimus) ob oculos ponere & feliciter adumbrare voluit.*

† † † †

Pictura hæc in Tabulâ quadratâ, tribus circulis constans, monstrat JUSTICIÆ *Naturam, quæquè cum eâ hinc indè complicata sunt: Ubi ad hæc tria advertendum: 1. Quæ Justiciam antecedunt; Ut est* Homo & Respublica, *seu subjectum quod primò cognoscendum. 2. Quæ ipsam Justiciam spectant, atquè ex eâ profluunt; Ut est* Lex & Judicium. *Denique 3. quæ Justitiam sequi videntur; Ut quomodò* in Homine Accommodatio seù Applicatio ad Justitiam, *secuta sit.*

I. Quòd Rempublicam *attinet, de eâ sicùt & de Origine in Familiâ, Pago & Vico, nihil habet Pictura à priori, sed eâ demùm, ubi varia*

†††† *Homi-*



Hominum ad Justiciam applicatio exhibetur, designatur. Quia veri fundamentum hujus reperitur in ipso homine; Homo verò tùm ex Mundo tractus & delibatus, tùm ad Imaginem Dei conditus est: Hinc quædam de DEO, in Circulo Extimo: Deindè de MUNDO, in Circulo Medio: Denique de HOMINE, in Circulo Interiori exprimuntur. Habent veri, uti patet, Circuli, hanc inter se rationem, quòd ille Extimus, reliquos continens, à nullo contineatur, & appelletur DIVINUS: Alter Interior, sequentem continens, à Primo contineatur, & vocetur MUNDANUS: Tertius Intimus à reliquis comprehensus, nullum ipse comprehendat, quem HUMANUM dicunt.

In Exteriori *itaquè* Circulo, *adumbratur DEUS, observatis priùs vestigijs quibusdam, quibus ad DEUM (qui aliàs, habitans lucem inac-*

cess-

cessibilem & tenebras ponens latibulum suum, suprà sensum & suprà omnem intelligentiam humanam est, & infinitis modis, omnem captum humanum excedit) ascendi potest, quæ sunt UNUM & DUO, quæ TRIA efficiunt. Ultrà quæ nullus ampliùs Numerus progreditur, nisi quod quemadmodum MONAS Principium, ità QUATERNARIUS, omnium Numerorum est complementum, dùm UNUM, DUO & TRIA, in se comprehendit, & ex omnibus TRINUM-UNUM efficit. Et quidem quod explicitè sunt DECEM, ultra quæ nullus ampliùs est Numerus, sed repetitio duntaxàt Numeri, hoc implicitè sunt QUATUOR. Nam Unum, Duo, Tria, Quatuor sunt Decem. Ac cùm MONADIS sit substantiam rebus tribuere per id quod est: BINARII distinctionem per unum & alterum: TERNARII verò, ordinem per Motum & Quietem: QUATERNARII est, concentum ijs tribuere, secundùm Proportionem Arithmeticam, Geometricam & Harmonicam: Item Hypate, Meze & Nete; nec non Pondus, Numerum & Mensuram: Idquè secundùm Diatessaron, Diapente & Diapason, quæ omnia in Quaternario insunt. Si itaquè his probè notatis, de DEO ità quis cogitaverit, quòd & TRINUS sit & UNUS, secundùm Numeri Quaternarij rationem, uti & Nomen ejus TETRAGRAMMATON indicat, atquè assimilatione quadam per Quatuor illas in Solio sedentes Reginas, ascendendo primò à Tribus Inferioribus, ad illam quæ summo loco sedet; Et deinceps secùm expendendo, licèt Tres, numero diversæ Personæ sint, ità ut una non sit alia, ab unâ tamen naturâ & substantiâ comprehendi, (quod Pallij Expansione hìc indicari videtur) quodammodò DEUM & PERSONAS Sacrosanctæ TRINITATIS adumbratas ratus fuerit, non longè quidem is aberret; sciat tamen, uti ipse DEUS infinitis partibus superat omnem rationem, ità de ejus Naturâ parcè cogitandum; parciùs loquendum aut scribendum; parcissimè quid effingendum esse. Quocircà missis ijs, hanc Picturæ partem, potiùs Principijs à Deo proximè profluentibus, omniumquè rerum fontem continentibus, addicimus: Quæ sunt TRIA, addito QUARTO: Vèl NOVEM, adjuncto DECIMO. Tria *sunt 1.* Id quod est: *2.* Verum: *3.* Bonum: *Quibus accedit* Unum, *Quod reliqua omnia* comprehendit. Novem *sunt 1.* Potentia seù Memoria: *2.* Ejus quod est, *per 3.* Firmum: *4.* Scientia *5.* Veri, *per 6.* Perpetuum: *7.* Amor *8.* Boni, *per 9.* Pulchrum. *Quibus Novem,* Decimo *loco accedens Unum, omnia comprehendit, & in unum redigit. Quæ secundùm Numerum Quaternarium, in* Tribus & Quartâ superemisnente Reginis & Deabus *exhibentur, ac sub Nominibus* JUNONIS, MINERVÆ, VENERIS & THEMIDIS, *quæ Præsidet, vendi*tantur, & *inter se* Notis Unitatis, Binarij, Trianguli, Quadranguli, in earum Vestimentis consperfis, *discriminantur. Quibus si pone con*sistentes Virgines Sex *jungas, Numerus Denarius existit.* Tantùm de

Primo Circulo: Nam reliqua in eo depicta, in ſpecie ad THEMIDEM *explicandam propriè ſpectant, de quâ in Secundo Membro.*

In Circulo Medio, *adumbratur* MUNDUS, *qui ex operibus* Pulchri & Neceſsitatis *factus, in Tres Regiones Lineis binis per transverſum his ductis, dividitur: Quarum Summa Regio totâ Lucida: Infimaè contrà tota Umbroſa: Media verò partim Lucida, partim Umbroſa eſt. In* Supremâ Regione, *quæ Beatarum Mentium ſedes eſt, reperiuntur res verè exiſtentes, uti* Memoria ejus quod Eſt: Scientia item rerum Verarum: & Amor rerum Bonarum. *In* Infimâ, *quæ propter tenebras inaſpectabilis eſt, ubi Simulachrorum & Imaginum eſt locus, & leves Umbræ circumvolitant, è contrà deprehenduntur* Oblivio eorum quæ non ſunt, per Inane: Phantaſia Apparentium per res Momentaneas: Et Deſiderium Convenientium per res Placitas. *In* Mediâ, *quæ horum eſt domicilium, continentur,* Natura Corporis Animati: Opinio Veriſimilium per res Temporales: & Appetitio Utilium, per res Delectabiles. *Ad quæ omnia rectiùs exprimenda, primùm in quacunque Regione,* duæ Lineæ Transverſæ *habentur: Deindè totus Orbis, à ſummo ad imum, duabus Lineis,* formâ Ovali *deſcriptis, in tres partes dividitur, quô neceſſariò fit, ut cujusquè Regionis, Novem ſint partes, ſub Denario Numero compræhenſæ. Quæ igitur in* Supremâ Regione *ſuis quaquè locis depicta conſpiciuntur, tùm quidem ad DEOS pertinent, in quibus Potentia ejus quod Eſt, per Firmum ineſt, quæ per* Canem, ramum Lauri in ore habentem; Lapidem quadratum; Et Circulum *ſignificantur: Tùm autem ad DOEMONES, quorum eſt Scientia Veri, per Perpetuum, quod* Bubo; Cupreſſus; & Pomum *deſignant: Tùm verò ad HEROAS, quorum Amor eſt Boni, per Pulchrum, quod* Ignis; Lilium; & Roſa *exprimunt. Porrò quæ in* Mediâ Regione *cernuntur, partim Naturæ ſunt, cujus Ortus & Occaſus in Tempore, per* Colum ac Fuſum; Serpentem in ſe revolutum & Scarabæum, *denotantur: partim Opinationis, circà Vereſimile in Diuturno, quæ per* Veſpertilionem; Quercum & Speculum: *partim Appetitionis rerum Utilium per Voluptuarium in neceſſario, quæ per* Clavum; Plumam Pavonis & Cornucopiæ *ſignificantur. Jàm quæ in* Infimâ Regione *videntur, atquè uti Media Suprema rum, ita Ipſa Mediorum Formam & Imaginem referunt; Ea tùm quidem Oblivione conſtant eorum quæ non ſunt, per Inane (Mortem nempè & Summnium) quæ* Linx Animal; Lingua & Gladius *ſignificant: Tùm autem Phantaſia Apparentium per Vacuum, quæ* Cancer, Umbra & Bulla cum Larvâ: *Tùm Affectione jucundi per Vanum, quæ* Dypſas Serpens; Nota Numeri Decimi Sexti (*qui Symbolon libidinis Venereæ, ut* Petrus Bungus, *in elegantitractatu,* de Myſterijs Numerorum, *ipſo hoc Numero XVI tradit*) & Ficus *denotant. Et verò prò harum Partium differentiâ, & trium Regionum, Quaternario Numero compræhenſarum, diviſione*

visione fit, ut quicquid toto Orbe, Rerum, Scientiarum & Actionum est, certis generibus, gradibus ac nominibus, secundùm Ternarium & Quaternarium, Novenariumquè & Denarium Numerum (uti de Divinis, undè hæc promanant & profluunt, diximus) dividatur.

In Circulo Intimo, adumbratur HOMO, qui in ipso totius Operis Centro, per quod Axis, sivè recta Linea illa, de quâ infrà dicemus, transit, nudus depictus cernitur, ad denotandum, ipsum esse Compendium Universi, atquè adeò ex duobus superioribus Circulis esse haustum, delibatum ac expressum, secundùm Ternarium & Quaternarium Numerum; Item Novenarium & Denarium, quod paucis nùnc attingendum. Hausit enim Homo ex Mundo Animam, quæ Regionis superioris est; tùm Corpus; tùm deniquè Umbram, quæ Infimæ. Ex quibus Tribus, per Quaternarium Numerum inter se junctis, Exterior Pars Hominis constituitur: In quâ quidem, cùm Animæ Facultates sint, Naturalis, Vitalis & Animalis: Corporis autem principes Partes, Caput, Cor & Hepar: Umbræ verò aliæ sint, quæ à Corpore emicant; Aliæ quæ Corpus sequuntur; Aliæ, quæ ab eo effluunt; perspicuum est, (siquidem in unum ea jungas) etiàm ex Novenario & Denario Numero hanc Partem constare. Quod Divinum Circulum attinet; Homo partim etiam factus est, ad Imaginem & Similitudinem Dei: Quæ Pars Divina Hominis, partim Mente, partim Animo, partim Spiritu constat. Ex quibus Mentis rursus partes sunt, Memoria, Intelligentia, Voluntas: Animi, Ratio, Animositas, Cupiditas: Et Spiritus, Cogitata, Dicta, Facta. Sic ut & hîc, Quaternario simùl & Denario Numero, omnia contineantur. Idquè haud paulò præclariori ratione, quàm in Interiori Hominis Parte: Quia cùm illa cum Beluis sit communis, hæc propriè Hominis, non modò generatim ad Dei similitudinem, sed & speciatim ad Imitationem propriæ Imaginis ejus expressa: Undè admirabilissimum DEI & NATURÆ opus, HOMO vocatur.

II. Quibus ità præmissis, nùnc Justiciæ negocium in Picturâ declarandum, quod potissimùm in Circulo Extimo seù Divino, depictum extat hac ratione, ut in ejus Summo, Internum, in reliquâ parte Externum Regnum describatur.

Internum ità, quòd Themis in Solio Regali, affabrè, atquè antiquo artificio facto, tribusquè gradibus alto, partim clarissimâ luce, partim nubeculâ suaviter umbrosâ, quæ lucem ambit, circumfuso, sedeat, ceù Regina, facie honestâ & gravi, majestatisquè plenâ, radijs Solis (cujus à quibusdam Filia dicitur) coronata, quæ tùm quidem Pallio, Quadrangulis (quo Numerus Quaternarius, qui Justiciæ & Perfectionis proprius dicitur, denotatur) consperso, quod per totum Solium diffunditur, omnesquè in eo sedentes comprehendit, induta sit: tùm autem Stolâ Denarij Numeri Notis distincta, dextrâ manu Palmam, sinistrâ Olivæ ramum gerens & in gremio Origanum herbam positam

sitam habens. *Ad cujus* dextram paulò inferiùs *alia; atquè alia Regina* ad siniſtram; *sicùt & in* gremio *tertia*, Notis Unitatis Binarij & Ternarij, inter ſe diſtinctæ, *aſsident, quibus ſingulis* binæ Virgines Symbola in manu gerentes, *adſiſtunt, ut jam ſuprà, ubi de communium Principiorùm adumbratione actum fuit, quoquè innuimus. Omnia enim & hic congruunt, niſi quod applicatio ſaltèm tenenda; Quæ conſiſtit partim in* Juſticiæ *ipſius ſummâ commendatione, quòd nimirùm omnium Virtutum Caput, Regina & Domina, non Heſpero modò ac Lucifero, ſed & Sole ipſo ſit illuſtrior: partìm in Regni ejus Imitatione, cùm* Juſtitia, *in cœlo habitans, conventibus Deorum, authore* Homero, *præſit; Quod omni Regi ac Principi, qui juſtè & legitimè regnaturus ſit, omninò cognoſcendum eſt, & imitandum, ut Humana cum Divinis congruant, & ad eorum imitationem exprimantur: partìm deniquè in adumbratione Naturæ partium ac effectuum ejus conſiſtit. Natura in bonâ voluntate, cum Scientia Veri, per æternum ſivè perpetuum: Et Potentia ejus quod eſt, per firmum ſivè conſtans, conſiſtit, ad jus ſuum cuiquè diſtinctè & ordinatè, & prò cujusquè proportione tribuendum ac terminandum, unde* Termini *figurâ depingitur. Cujus quæ à priore parte oriuntur, partes & membra ſunt;* Prudentia, Fortitudo, Temperantia, *cum ſuis Matribus*, Fide, Spe & Charitate: *Et Filiabus*, Lege, Judicio & Juſticiâ minori: *A quibus* Rectum ipſum & Severum, Æquumquè & Bonum, Item Voluntas, Metus & Spes *exiſtunt: Quæ à Secundâ:* Proportio Arithmetica, Geometrica & Harmonica; *à quibus* Juſticia Commutativa, Diſtributiva & Mixta, (*quas vocant*) *proficiſcuntur. Et quidem uti priora, vitam conſtantem & perpetuam, claramquè inducunt, propter Voluntatem, quæ principium Actionis eſt & Vitæ: Ità poſteriora, pacem afferunt & concordiam, proptèr Harmoniam. Undè ſumma felicitas & beatitudo exiſtit, quam cum ambroſiâ & nectare Themis inducit, Jovis cum Amaltheâ Nutrix.*

Porrò ad Regnum Externum Juſtitiæ, *quod foràs eminet depingendum, pertinet* Linea, quæ à pede ſolij infrà Reginam illam, quæ in gremio Juſtitiæ ſedet, incipit, & inſtar axis Mundi, utrumquè Orbem interiorem, à ſummo ad imum ſecat: Ad cujus exitum, in Imo hoc Circulo Externo, *de quo agimus*, aliud eſt Solium inferius, ſuperiori ex adverſo poſitum, non Regale quidem, ſed Judiciale, in quo Regina ſedet, Sceptrum tenens, antè quam Virgo ſtat pennata, Nunciæ ſimilis. *Hoc igitur Regnum, illud Themidis quod ad Externa ſe effundit, putandum eſt, cujus Caput eſt* Juſtitia, *quam ſuperior Thronus notat & deſignat: Medium autem* Lex, *quæ quia ad omnia pertinet, per ſupradictam Lineam ſignificatur: Reliquum autem, Judicium, quod per Thronum inferiorem, antè quem quæ ſtat Virgo pennata*, Nemeſis Dea *eſt, quæ ob Bonorum & Malorum denunciationem, Judicij Angelus vocatur,*

tur, denotatur. Atquè ad hæc quidem Externa rectè administranda, scitu dignum est, cognoscere, quæ ejus rei gratiâ, in eodem hoc Circulo extimo, ad utrumquè latus sunt depicta: Ut sunt Terni Radij, utrinquè ex caligine illâ, quâ superior Thronus circumfunditur, erumpentes: Deindè ad media latera, à dextris tres Virgines, quæ manibus junctæ vestibus indutæ sunt floridis; & à sinistris aliæ tres stolatæ, cum Coronis, ex quibus una Colum, altera Fusum, reliqua Forficem in manu habet. Deniquè ad imum propè Circulum, tàm ab unâ, quàm ab alterâ parte, ternæ quoquè Virgines, ex quibus Dextræ, benigno vultu & nudæ sunt, quarum una Rosam, altera Talum, tertia Myrthum manu gerit: Sinistræ autem oculis torvis ac ferocibus, pellibus ferinis vestitæ, cum Flagellis in manu, Serpentes habentes prò Coma. Quæ omnia ad Regnum istud Themidos Externum rectè administrandum, pertinent. Nam per superiores Radios, latentes Themidis Deæ vires significantur, quibus Justitia, in animos humanos infunditur. Ac quantum ad Medias Virgines attinet; Dextræ, Horæ sunt, à terminando & ornando dictæ, Themidis & Jovis Filiæ, primo partu editæ, Eunomie, Dice & Irene: Sinistræ autem Parcæ, secundo editu ijsdem parentibus prognatæ, Atropos, Lachesis & Clotho: Ex quibus Illæ, Divinas Leges, à Pulchra profectas: Hæ Naturales ex Necessitate ortas, significant.

Atquè tantùm etiam de Justitiæ Regno Interno & Externo; Quibus & hoc adjiciendum, quòd Justiciæ, Mundus, in sequenti Circulo, uti dictum, expressus subjiciatur: tùm Regni ejus Terminus statuatur Homo, ad quem Intimus spectat Circulus. Mundum itaquè quod attinet, & Partes ejus Tres diversas, ex continentur Numero Quaternario, qui est Justitiæ & Perfectionis proprius, ut antè annotatum est. Undè evenit, quòd omnes totius Mundi Res, Scientiæ & Actiones, cujuscunquè generis, gradus aut nominis sunt, tùm rectè & justè sese habeant, cùm ad ea, quæ suprà Mundum sunt, respiciunt, ubi Justitiæ, Clara illa sedes esse reperitur: Tùm autem male & injustè, cum ad ea, quæ infrà Mundum sunt, se cõvertunt, ubi Injustitiæ Tenebrosum est domicilium, quod in hâc Tabulâ sub hemisphærio secundi Circuli, nempè Mundani, ex adverso Throni Themidis, subdensæ ac squalidæ Umbræ specie, depictum cernitur: Ubi degens Injustitia, Justitiæ quantùm potest (Nam per se nihil est) tàm omittendo, quàm committendo, uti vulgò dicimus, adversatur, arreptis sæpè, ob deformitatem suam, quibusdam ex infimâ parte simulachris & imaginibus Justitiæ, quibus induta, prò Justitiâ ipsa sese venditat. Ex quo perspici potest, Mundum medium Justitiam inter & Injustitiam intercedere: Et has duas, toto Mundo ab invicem distare & separatas esse: Quô fit, ut quæ ex Mundo decerpta sint, habeant se ut indifferentia: Qualia sunt; Favorabile, Odiosum, & quæ his medio loco intercedunt, Utile, Necessarium, Delectabile: Quæ cùm Justitiam nonnunquàm & Injustitiam ad se alliciant, id justum

vel injustum faciunt, quod cum Favore vel Odio, Necessitate què Utili vel Delectabili conjunctum est, &c. Hominem *verò quod spectat, ei nihil magis ob supradictam rationem convenit, quàm* Justitia, *quæ in eam rem, mediante* Lege, (*quod Lineâ illâ, utrumquè interiorem Circulum, à summo ad imum dissecante, cui Homo adfixus depingitur, significatur*) *se illi communicat, licet ipsa in cœlo maneat: Cui* Legi *si* Homo *adhæreat, particeps fit* Justitiæ. *Quod Exemplo Solis fieri intelligitur, qui cùm in cœlo maneat, & Terra ac Maria, in quibus degimus, infrà sint, in medio splendorem à se erumpentem & ad terram usquè pertingentem habet; per quem fit, ut inferiora Solis fiant participia.* Homo *verò observatis rerum qualitatibus, quæ vel in ipsâ substantiâ, vel in Naturâ, vel Extrinsecùs adjunctam* Justitiam *habent, Animo, Corpore & Umbrâ; hoc est, Internè, Externè & Gestibus Externis, per Liberum Arbitrium,* Justitiæ *se conformem reddere potest: Quod qualitèr is præstitit, jam sequitur hîc conspiciendum.*

III. *Igitur* Hominis habitus ad Justitiam vel Injustitiam, *ulteriùs in Tertio Circulo potissimùm exprimuntur, sub triplici, Aurei, Ferrei & Ænei, hoc est, Justi, Injusti, aut Mixti Seculi differentiâ.* Aureum *quidem* Seculum *commonstratur in* Summo hujus Circuli Intimi, ad sinistram partem axis, ubi Regio lucida, summoquè fulgore conspersa videtur, quæ arboribus consita & fontibus irrigua est, ubi Novem venustissimæ Virgines, facie ad axem conversæ, manibus junctis choreas ducunt. In quarum medio, cæteris altior stat Regina, cytharam pulsans. *Quæ omnes hoc sibi volunt, quod in hoc Seculo Aureo tres supradictæ sivè novem superiores partes Hominis (quas inferiores sequebantur) ad Legem Dei conversæ, Trium supradictarum vel Novem partium Justitiæ (quæ media stans,* Astræa & Urania, *à quibusdam vocatur) fuerint factæ participes; undè suavissima illa Harmonia, de quâ suprà quoquè dictum est, cum omnium rerum abundantiâ & copiâ, ipsaquè adeò summa felicitas & beatitudo existebat.* Ferreum *autem* in Imo Circuli, ab eodem latere *conspiciendum se præbet,* ubi in loco tenebroso & horrido, tres sivè novem Homines, ab axe aversi, Canem tricipitem in Altari depictum, (propter quem Binæ utrinquè stantes Mulieres, pocula manu tenentes) adorare, nonnulliquè in Semicrines, Lupos & alia Fera Animantia conversi, in montes & sylvas se abdere cernuntur: *Ut ostendatur in hoc Seculo Ferreo, tres sivè novem partes inferiores Hominis (quæ superiores ad se inverso ordine trahebant) à Lege Dei aversas, & ad se conversas, partim Erroris & Ignorantiæ, partim Doloris & Voluptatis potu plenas (undè omnis Injustitia & Discordia existit) relicto vero Deo, sui ipsius, secundùm triplicia, Animi, Corporis & Externa Bona, cultores & Idololatras fuisse. Undè ad summam infelicitatem & extremam miseriam Homines redacti, in Belluas commutantur. Tristis sanè exitus. Et quidem,* qui inter utramquè Regionem, Aurei & Ferrei

Ferrei Seculi Fluvius interjectus reperitur, Lethęus est, *cujus primùm potu, malum hoc cõtrahitur, ut à Superiori Regione ad Inferiorem transeatur, & de* poculis illis Mulierum *bibatur. Deniquè* Æneum Seculũ *adumbratur* ad dextram Axis partem distinctè, tribus Regionibus: Ex quibus Infima & Media Mari: Suprema autem & Media Montibus disterminatur. *Quod indè accidit; quia hoc Seculum ex Justo & Injusto mixtum sit: Eaquè Mixtura sic se habeat, ut vel plùs Mali in eâ insit, quam Boni, plusquè Caliginis quàm Lucis, quod Infimæ Regionis est, quæ Stellarũ lumini dubio est similis; Undè &* Stella ex adverso ei picta est Axis sub Pedibus Hominis: *vel æquæ utriusquè sint partes, quæ Lunæ luci ob id comparatur:* quæ in eodem Axe, suprà Caput Hominis depicta *conspicitur: Vel plùs boni quàm mali, plusquè lucis quàm caliginis, quod Supremæ, undè Solis claro splendori confertur*, qui ad summũ Circuli, in eodem Axe depictus *cernitur. Quos diversos gradus, Hominem ad Justitiam vicissim perducendi, Deus constituere voluit, quia placuit, ut non aliter, quam Voluntate Hominis, reversio fieret. Undè necesse erat, cùm Mens humana, post contractum peccatum, tàm omni ex parte coinquinata fuerit, ut veram perfectamquè Justitiam, nullo modo statim recipere posset, ut paulatim procederetur, haud aliter atquè Infanti primùm lac; deindè ubi grandior confirmatiorquè fuerit, pulmentum aut simile quippiam; mòx ubi totus adolevit, solidus Cibus datur. Quòd itaquè Primum gradum seù Vitæ genus attinet, hoc ità* in Infimâ Regione *describitur*, quòd utrinquè ferè, Mari & Fossis munitus sit locus, & Campi, Fluminibus ad fertilitatem pervij cõspiciantur: *Dehinc* in ipsâ Mediâ Regione, Tribunal Regiũ adsit, juxtà quod ab uno latere Tres stant Sacerdotes; ab altero totidem Prophetæ; antè autem Judices totidem: Infrà quos ad Dextram Vir stat Armatus; ad Lævam Togatus; & infrà illos, in Imâ Regione, tres insuper, Agricolæ, Opificis & Mercatoris habitu. *Ad denotadum vitam illam sub Lege Naturæ corruptæ, per* Librum apertũ *hìc expressâ, quam post labem peccati contractam, diversi ubiquè Heroës cõstituebant. Nam* Panem Ceres *monstrabat;* Vinum Bacchus; Rem Pastoralẽ Pan; Bellicam Mars; Fabrilem Vulcanus; Medicam Æsculapius; Textoriam Minerva; Venationem Diana; *Et sic porrò de aliis. Deindè autem matrimonia jungebant, domosquè & familias fundabãt; post verò parvas quasdam Civitates & Respublicas, partìm necessitatis, partìm convictus communis causâ jungebant. Rempublicam autem ad exemplum Hominis, qui constat Corpore & Animâ. & indiget Rebus Externis, constituebant. Nam prò Rebus Externis, sunt Agri, Sylvæ, Paludes &c. ad Victũ: Prò Corpore, Muri, Portæ, Fossæ, ad muniendum: Prò Animâ, Homines seu Civitas, ad Vitam & Motum tribuendũ. Quæ ipsa Civitas constabat iterùm, secundùm ipsius Hominis descriptionẽ, partìm ijs qui imperarent: partìm qui parerent: partìm qui parerent simùl & imperarent; uti fit in Homine, ubi Ratio*

tio imperat; Cupiditas ad moderatum usum parere debet; Animositas partìm imperat, partìm paret. Ad illos denotandos, qui imperant, Rex in Solio sedens, Tres Sacerdotes, Tresquè Prophetæ adpicti: *Ille, qui majestate præfulgeat: Isti quires Divinas, Sacrificia & Ceremonias curent: Hi qui prudentiâ Reipublicæ invigilent: Quos necesse est Regi astare. Ad hos verò exprimendos, qui partim Imperant, partim Parent,* Magistratus, Miles & Judex in medio positi *sunt: Magistratus, qui Loca Publica, Census & Judicia curabant: Miles, qui defendebat Rempublicam: Judex qui exercebat Judicia. Ad istos deniquè qui parent significandos, in unâ parte Regionis collocati sunt,* Agricola, Opifex, Mercator. *Etsi verò Lex Naturæ, ad cujus ductum hæc Vita constituta, in suo genere minimè mala, imò verò optima est, & ad Justitiam, Libertatem, & Rerum Necessariarum copiam, (qui sunt tres cujusquè Reipublicæ fines) ordine directa: Quia tamen multis modis imperfecta est; Indè* DEUS, *educto Populo Isrælitico per Mare (quod hîc inter Infimam & Mediam Regionem intercedere videtur) ex Ægypto, aliam Legem & perfectius Vitæ genus instituit, promulgatâ Lege Mosaicâ. Quô pertinet proxima Media Regio, in quâ depicta reperiuntur,* Tabulæ Decalogi; Sella Judicialis; Et Ara cum Sacrificio; *ad repræsentandas Leges Morales, Judiciales & Ceremoniales, quibus totum hoc institutum continetur. Restat suprema Regio, quâ continetur Legis Gratiæ descriptio, quæ pura puta à* DEO HOMINE FACTO, *constituta, omnibusquè numeris perfecta, non modò Legem Naturæ corruptæ, sed & Mosaicam (quantùm quidem ad exteriora Sensa pertinet) omnibus rebus superat & ad veram Regni Dei agnitionem, ejusquè Justitiam nos reducit. Ad quam quidem adumbrandam, tùm* Agnus; Urbs quadrata, limpido flumine irrigua; Et Vincula media interposita *(quæ omnia in Tabulâ cernuntur) pertinent, quibus Caput, Corpus, & Nervi Regni Dei continentur: Tùm autẽ* Tres Virgines, cum Cruce, Anchorâ & Columbâ, cum Numero Duodenario, Senario & Novenario *juxtà positæ,* Fides *nempè (respiciens duodecim Articulos Symboli Apostolici)* Spes *(innitens sex rebus sperãdis, quibus septimo loco accedit Clausula generalis, juxtâ Orationem Dominicam)* & Charitas, *(consistens in tribus Præceptis, tribus Consiliis, & tribus Operibus, quæ novem sunt, & medium tenent inter duodecim & sex) quibus ejus Justitia pulchrè exprimitur. Quæ quidem in Summo hujus Circuli posita sunt, ut demonstretur illud verum demùm Thronis esse Regnum: Illamquè veram Justitiam, quæ à Regno Dei, ejusquè Justitiâ profluit; illiusquè fermento, quoad ejus rectè fieri potest, fermentatur. Quod quidem ut ità fiat, Omni Regi, Sacerdoti & Prophetæ, omnibus omninò studio conandum & adlaborandum est: Sic ùt quicquid est in Republicâ, in unius* JESU CHRISTI *Domini nostri, qui solus verus Rex, Sacerdos & Propheta, verequè ter Maximus & Ter Unus* NOMEN *concertatur, & ab eo solo dependeat.*

CAPUT

CAPUT XVI.

De occultâ Scriptione, ex Idiomate.

TErtium *Objectum Scriptionis fecimus* suprà cap. 12. h. Lib. *ipsum* Linguæ Idioma: *quod ideò Ministrale appellavimus, quia Scriptioni inservit: Cùm* Litera & Sensus, *prætereà Radix & quasi Anima sint ejusdem: At* Lingua & Idioma, *tantùm sint indumentum Literæ & fomentum Sensus, in hâc Scriptionis materiâ. Cæterùm triplex, ab Idiomate itidèm sperâda, Occultandi ratio. Prima est,* si simpliciter recedimus ab Usitato, & usurpamus aliud Peregrinum Idioma, *quod satis tamèn tutum non erit, præsertim hoc eruditissimo & inprimis Linguarum sagacissimo Sæculo. Altera ratio potest esse,* cùm retinetur quidem Idioma, sed tamen apponitur vèl intermiscetur accommodata, fortè fortunâ reperitur. *Res ex subsequente Exemplo, qualis sit, facilè addiscitur, quod ità habet, perpetuâ Idiomatis persecutione:*

Als man zahlt sechszehen hundert neunzehen Jahr "
Ein Königlicher Wahltag war "
Zu Franckfurt in der schönen Stadt "
Kommen die Khurfürsten zu Raht ꝛc. "

Hi Versus ità scribuntur Idiomaticâ Notâ: Primò Literis exprimitur Dictio Als: *Deindè quia particula,* Man / *hìc usurpata, aliàs denotet Virum, hìnc statim apponitur pictura Viri. Sic cùm actus numerandi possit exhiberi quoquè aliâ picturâ, ubi aliquis mensæ assidens actu numeret, hinc sequens verbum* Zahlt / *ejusmodi Figurâ adumbratur. Tertiò Numerus Annorum exprimitur Notis numeralibus: nì velis voculam* Zehen / *digitis pedum; Dictionem verò* hundert / *duobus canibus, additis* rt / *denotare. Quartò sequitur vocula* Jahr; *iterùm suis Literis exprimenda: Pari ratione proceditur in secundo versu: Ubi postquàm prima Vocula* Ein / *literis scripta est; sequens* Königlicher *ità denotatur, ut pars istius vocis, picturâ Regis, pars reliqua* licher / *iterùm Literis veniat exprimenda, & sic deinceps. Hæc ratio jocis & sarcasmis potiùs destinata est, quàm ut Cryptographus eâ utatur: Veluti hodiè videmus fieri, ubi ejusmodi Tabulæ passim in Bohemorum irrisionem circumferuntur: Authore plærarumquè, nì fallimur,* Electoris Colonienſis Morione aulico Jonâ.

CAPUT

CAPUT XVII.

De Tertiâ ratione, ex Idiomate occultandi Secretum.

VT *Altera ratio jocis destinata, ità Tertia hæc, de quâ nùnc verba facturi sumus, seria admodùm esset, si dari facilè posset.* Suprâ Cap. 8. hujus Libri, *diximus, ejusmodi fieri posse Notas, quo unius Idiomatis Dictiones denotarentur. Quò posito, facilu impossibile non esset, ejusmodi Notas, etiam ad alia Idiomata, ut Latina, Germanica, Italica, Gallica & alia, beneficio Dictionarij Calepiniani undecim Linguarum, transferre, atquè ejusmodi Notas ità usurpare, quasi etiàm ad illas peregrinas Voces, illa Signa essent accommodata. E.g. Nota hæc* W *significat* Latinè Mundum; *Eadem refert* Germanicum Welt; Gallicum Le Monde, Et Italicũ Il Mondo &c. *Infiniti sanè laboris, impossibile tamen non esset, hæc effectui daré. Exemplo sint nobis Sinenses & Japones, quos linguâ tàm esse dissimiles,* Nicolaus Trigaultius, in Exped. Sinens. *asserit, quàm Hebræi sunt & Belgæ: nihilominùs tamèn mutuos Libros & Scriptiones legere atquè intelligere, idem fidem facit. Undè* Hermann. Hugo, in Tract: de Orig. rei Literariæ, Cap. 4. *non veretur astruere, in universum tot Literarum Notas fieri posse, quot sunt Voces, quas omnes omninò Gentes, etiamsi distinctissimis Linguis utantur, legere, intelligere & scribere valerent. Quæ res cùm incredibilis & instar portenti, ipsius verbis habeatur, audiamus ipsum, hâc de re,* in d. Cap. 4. p. 59. ad 63. *ità differentem:* Porrò etiamsi portenti instar haberi debet, tàm parvo è Literarum Numero, tantum tam diversorum in omni Linguâ Vocabulorum Numerum conflari posse: Illud tamen longè admirabilius est, effici posse, ut omnes omninò totius Orbis Gentes, etiamsi distinctissimis utantur Sermonibus, sese intelligant, non quidèm Locutione, sed Scriptione. Adeoquè si cui tàm sagax fuisset ingenium, tempore Babilonicæ permixtionis, potuisset is, omnes homines Locutione dissidentes, unâ Literarum societate vincire, & in Turris exædificandæ officio continere. Jucunda dignaquè hæc res est, quam Eruditi expendant: Quemadmodùm nempè, non obstante Sermonum dissimilitudine, solæ Literæ sarcire possint, dilaceratam tot Gentium societatem.

Si singulæ Literæ impositæ essent, non Vocibus sed Rebus ipsis significãdis, eęquè essent hominibus omnibus communes: *Omnes* omninò Homines, etiamsi Gentes singulæ, res singulas diversis nominibus appellent, singularum Gentium Scriptionem intellige-rent. Apparet ea res, in Literis Astronomorum Hieroglyphicis. Hi Taurum verbi gratiâ, scribunt hoc Signo ♉: Geminos isto ♊. Qui-

bus

bus ijsdem Signis visis, Taurum & Geminos esse, facilè intelligent omnes, & Hebræi & Græci & Latini & Galli, & Itali & Hispani & Angli & Poloni & Germani & Belgæ &c. Si tamen locutione eas-dem res exprimant singuli, nulli intelligent se mutuò: Taurum enim appellant Latini: Schor/ Hebræi: שׁוֹר, Græci: Toro, Itali & Hispani: Taureau, Galli: Verre, Belgæ: Stier/ Germani: Beick, Poloni: Abulle, Angli. Ità Geminos, Latini: Theomim Hebræi: Διδύμοις, Græci: Gemeaux, Galli: Doppij Itali: Zwillingen/ Germani: Tweelinghen/ Belgæ: Doblados, Hispani: Dvvoisty, Poloni: Angli, Tvoo. Atquè ità Sinenses & Japones, qui linguis tàm sunt dissimiles, quàm Hebræi & Belgæ, mutuos tamen Libros & Scriptionem legunt atquè intelligunt, quia earundem Rerum significativis Literis ijsdem utuntur, ut scribit *Nicolaus Trigaultius noster, in Sinensi expeditione*.

Est autem hujus Arcani hæc, ut puto, ratio; Quòd Res & earum Conceptus, in omnium hominum animis sint ijdem; (Nequè enim Hebræi aliter concipiunt Canem aut Equum, atquè Hispani & Galli) Undè & Signa earundem rerum significativa, si omnibus fuerint communia suggerent quoquè omnibus, eosdem rerum conceptus. At si Signa fuerint non Rerum sed Vocum significativa, voces quidem illas facilè legunt omnes ij, quibus fuerint ea Vocum Signa communia: At certè (Quia apud Singulos ferè diversæ sunt ejusdem rei Voces, ut patet in Tauro & Geminis) non intelligent, quid illæ Voces significent. Non enim Græcus intelliget Librum Gallicum, Græcis Literis scriptum etsi eum facilè leget. Ergò ut & legere & intelligere quivis posset quælibet Scripta, necesse esset, omnibus communes esse Literas aliquas, non vocum sed Rerum proximè aut conceptuum significativas. Sic nempè coire possent denuò Homines omnes, Veterem illam primi Orbis societatem, tanto olim Sermonum divortio dissipatam: Sic nullo uspiàm opus esset Interprete: nulla Hominum Librorumvè esset in accessa Sapientia.

Sed fortè objiciet quispiam, rem esse omninò fastidiosissimam, ac desperandi laboris, tot Literas facere & discere, quot sunt Voces: atquè adeò nec ità satis fore octoginta Literarum millia, quot Sinenses habere narrantur. Huic ego Respondeo: Fac esse Centum Literarum millia, fac esse plura; cedo, annon in quolibet cujuscunquè Gentis Idiomate, tot Vocabula sunt & plura: annòn ea omnia discit & memoriâ tenet, quivis opilio & subulcus: An non suas omnes Literas callent Sinenses, qui totidem habent, quot Voces? Cur ergò difficilius esset, Nos etiam & quosvis alios, totidem Literas discere ac Voces? Velim æstimetur hæc res, nequè difficilior opinione esse credatur. *Hactenus* Hugo, *& hic Liber Septimus*.


LIBER

LIBER OCTAVUS.

De SCRIPTIONIS INSTRUMENTIS &c. ET QUASI SCRIPTIONE.

TABULA Synopsin hujus Libri docens.

- Modi in genere, (vid. Tab. 2. sup.) spectant vel
  - Scriptionem & ejus Terminos
    - Sermonem & quæ eò pertinent.
    - Formales, de quibus suprà.
    - Materiales, (vid. Lit. I. Tab. 2.) & hoc respectu Modi occultandi contingunt, c. 1. ratione Materiæ
      - In quâ, vel
        - Solitæ, at certâ ratione dissectæ, c. 2.
        - Insolitæ, Materiei solitæ substitutæ
          - Animatæ.
          - Vegetabilis.
          - Inanimatæ.
        - Peculiariter adhibitæ, uti est Filum, c. 3.
      - Ex quâ, per peculiarem usum atramenti alterius-vè liquoris, reddendo literas invisibiles quæ legi nequeant, c. 4. nisi
        - Admotâ certâ re: ubi triplex Processus
          - Simp ex. Compositus
            - Vetustior.
            - Recentior.
          - Mixtus ubi adhibetur
            - Pulvis.
            - Aqua.
            - Ignis.
        - Adhibito lumine Candelæ vel Siderum, c. 5.
        - De noctu, c. 5.
      - Sinè quâ non, seù instrumenti: Et oritur Occultatio per insolitum stylum, c. 6.
    - Accidentarium seù Externum: Ut est Missio Clancularia (vid. Lit. K. tab. 2.) & contingit occultatio, c. 7. ratione
      - Inclusionis.
      - Tabularij occulti.
      - Itineris insoliti per
        - Terram.
        - Mare.
        - Aëra.
  - Signa Scriptionem exprimentia, (vid. Lit. L. tab. 2.) Hi Modi fiunt triplici ratione, c. 8. vel
    - Inter Absentes,
      - 1. Per transmissionem fili vel alterius rei, ad significandum certâ ratione, in subjecto certo adaptatæ: Ubi proceditur, c. 9. vel viâ
        - Rectâ.
        - Obliquâ, more
          - Veterum, in osiculo tereti per foramina:
          - Recentiori, per glomerationem In Instrumento.
            - quadrato,
            - circulari.
        - Compendiariâ.
      - 2. Citrâ transmissionem abstrusiori, quod fiet c. 10.
        - Speculi peculiaris adornatione,
        - Nauticæ pyxidis peculiari confectione,
        - Antecedente communicatione, aliquot guttularum Sanguinis.
    - Inter Præsentes,
      - 3. Per significantia sensilia objecta, ubi proceditur vel
        - Cominùs, modo
          - Simplici, c. 11.
          - Compendioso, c. 12.
          - Obliquo, c. 13.
        - Eminùs, c. 14. modo
          - Simplici.
          - Compendiario.
          - Obliquo.



CAPUT PRIMUM.

De Scriptionis Instrumentis & Connexo: Ac quasi Scriptione in genere.

HACTENUS ITAQUE DE SCRIPTIOnis Objecto, *veluti sunt* Literæ, Sensus & Idioma; *Seu de* Formalibus, *à quibus Modi, per terminos Literarum, Syllabarum, Dictionum, Sensus & Idiomatis pendent*, Libris septem præcedentibus, *satis superquè, uti opinamur, dictum est. Nùnc agendum restat, tùm de terminis* Materialibus, *seù de* Materiebus & Instrumento; *tùm de terminis* Accidentarijs, Externis vel Accessorijs, *seù de* Connexo & Consequenti; *Et hinc indè dependentibus Modis, occultè quid significandi. Quibus recensitis, subjungenda Doctrina, de* quasi Scriptione, *quæ pars* Synthemographiam *vel* Semæographiam, *de quâ* suprà Lib. 1. c. 2. *propriè complectitur. Succedit enim ipsi Scriptioni quàm proximè, quo de* suprà d. Lib. 1. c. 3. *quoquè est admonitum. Quibus absolutis, Alteram partem, quæ est de* Mediorum Tractatione, *similiter finiemus. Eo verò ordine, quo indicatum, jàm singula prosequemur.*

CAPUT II.

De occultâ Scriptione, ratione Materiæ In Quâ, seù Subjecti contingente, ejusquè duobus prioribus Modis.

SCriptio Occulta, non tantùm ratione Objecti, Literarum, Syllabarum, Dictionum, Sensus & Idiomatis instituti, sed insuper respectu Partium, sivè mavis Terminorum Materialium contingere potest. De quibus nùnc in specie differendum. Partes Materiales cùm dicimus, intelligimus Materiam in quâ; Materiam ex quâ; Et Instrumentum, sine quo non scribitur. Nam hæ concurrunt ad Scriptionem seù Efformationem Literarum. Illa, ut Subjectum Externum has recipiens: Ista velùt Materies fœtus: Hæc ut Principium productionis, sinè quo nec illa recipit, nec ista ad Formæ actum pervenit. Quocircà secundùm hæc tria diversa genera, in tres, inter se ad istam rationem diversos, Modos, hoc Genus Occultandi, non incommodè dispesimus: Ut Primus Modus, circà Subjectum Scriptionis: Secundus circà Atramentum, vel simile aliquid: Tertius, circà stylum occupetur: De Primo, in hoc & sequenti Capite.

Primus Generalis Modus, iterùm triplici ratione ab ipsius materiæ seù subjecti adhibendi, diversitate, ductâ, expeditur. Nam aut retinemus Materiam usitatam seù Chartam, sed non nisi dissecatam, & oritur Primus Specialis Modus: Aut eligimus Materiam planam & quodammodò habilem, sed tamen inusitatam, & oritur Secundus Specialis Modus: Aut adsumimus Materiam per se inhabilem & prorsùs inusitatam & nascitur Tertius Modus: De quibus nùnc ordine.

Primus Specialis Modus, qui cum Chartâ seu Materiâ Usitatâ procedit, fit, quandò Charta tenuitèr in oblongum, ità paratur, ut instar ligno tereti polito, quod Scytalen Laconicam, Veteres vocabant, aptè ad Scriptionem circumvolvi, ac vicissim avelli possit. Res ità docente Cardano Lib. 12. c. 61. pag. 816. de rer. variet: peragebatur: Duo ligna tereti polita æqualiaquè omninò, chartâ sic ad cocleæ instar strictâ & æquali, à summo usquè ad imum involvebant alterum, ùt nihil omninò è ligno conspici posset, indè alterutrinquè capita, quæ non integebantur, præcidebant in formam, quam à latere vides. Unum ex his lignis, Imperator Exercitus accipiebat, reliquum apud se retinebant. Ubi opus esset Epistolâ, chartam lignô prædictâ ratione involvebant, capitibus utrinquè affixis, & in medio etiàm, tenuissimâ

simâ cerâ certis locis: indè inscribebant, quæ vellent: eaquè à ligno "
avulsa, Epistolæ loco transmittebant. *Hactenùs* Cardanus. *Fit autem* "
hoc modo, ut quandò Charta, à cylindro seù ligno avellitur, quòd Literæ & Syllabæ ac Dictiones ità distrahantur, ùt non facilè, sinè Ligni alterius æqualis beneficio, ad lectionem & intellectum jungi possint: imprimis si ligna quam tenuissima sint. Sed quia hic Modus non satis tutus, ideò Scaliger. Exercit. 317. *hanc Artem ridet, & Laconica nugalia appellat. Videatur autem hâc de re, inprimis* Gellius, lib. 17. c. 9. Athenæus, L. 10. c. 17. Ausonius, Ep. ad Paulinum: Porta Lib. 16. Mag. Natur. c. 5. *Contingit præterea, itidèm in materiâ solitâ (velutiest Pergamenum) alia ratio occultandi, si, postquàm Pergameno inscripseris, illud lumini candelæ, aut igni admoveas. Fit enim ut tùnc totum in se convolvatur & crispetur, ut pristini vestigij vix quicquam retineat, quod si quis aspexerit, prorsùs nullius doli capax existimabit; At cùm legere illud quæsierit, quid in eo contineatur, locis humidis exponat, vel lenitèr aquis irroret, & dilatabitur, rugæ evanescent & in pristinum statum redibit, ut impressi Characteres, sinè impedimento legi possint: utì tradit* Porta Lib. 16. Mag. Nat: c. 5. *Fit & tertio Modo, docente eodem* Portâ, d. loco, *in materiâ quoquè solitâ, hac ratione: Quum Liber optimè adligatus & recisus erit & nigro colore tinctus, si aperiemus eum, & chartas revolvemus, ut incurvatæ sint, & in obliquum ductæ, poterimus in chartæ extremitatibus scribere, & nostræ mentis conceptum exarare, ubi verò remissus erit, & chartæ suo loco redierint, nil videtur aut conjectari potest in eis scriptum. At qui eas literas legere voluerit, in jam dictum modum Librum accommodanti, Literæ fient visibiles.*

Secundus Specialis Modus, occupatur circà Materiam aliquam planam & ad scribendum quodammodò habilem, sed inusitatam. *Ea reperitur variè in* Animatis, *in* Vegetabilibus *& in* Inanimatis: *Quam historiam nùnc pertexemus. In* Animatis, *putà in* Cute & Capite humano. De Cute *ità* Ovidius:

Hoc caveat custos prò chartâ conscià tergum, "
Præbeat, inquè suo corpore verba ferat. "

Sic Author Discursus, cui Titulus Spinolisches Friedens Unruhe/ pag. 103. *refert*, Franciscum quendam, Delphar *cognomine, tergo Tabellarij, secretissima quæquè, ità ut non nisi adhibito pulvere, ad hanc rem accommodato, videri legivè possent, inscripsisse, atquè eo ipso Cladem Prægæ, Anno 1620. 8. Novembr. acceptam, valdè promovisse. Quod institutum ille omninò ex* Portâ, Lib. 16. Mag. Natur. c. 8. *hausit; ubi* sub fin. Cap. *hac de re ità scribit:* Fit in dorso Scriptura, quæ per loturam cu- "
jusdam humoris duntaxat visibilis, quam penetrare nemo poterit, "
nisi qui secretum penitùs cognoverit. Vitriolo aquâ dissoluto u- "
bi scriptum fit, ex decocto gallarum fit visibilis. Si acuatur penetra- "

„ bit cutem, & fient indelebiles Literæ, uti possumus ejus oleo. Sal
„ ammoniacus cum calce sivè sapone, cæruleum colorem inducit: Si
„ sithargyrij oleo detergantur, lacteæ videbuntur, cum vitæ aquâ, vel
„ ejus compare aceto distillato & aquâ Salis. De Capite *videatur* Hi-
„ stiæi Milesij *factum*, *apud* Poliænum Lib. 1. & Gellium, Lib. 17. c. 9.
Quod satis tutum tamen non existimat Porta, Lib. 16. Mag. Natural.
c. 8. *cùm sudore, cui caput est obnoxium, facilè Literæ Capiti inscriptæ pos-*
NB. *sint aboleri. In* Vegetabilibus, *veluti in inciso viridis, ac adhùc virentis*
ligni Cortice. *Author* Theophrastus *est, referente* Cardano d. Cap. 61.
NB *Illud ità fit: Viridi cortice introrsùm excavato, quantum ad Epistolam ab-*
dendam satis est, occuluntur ità Literæ intrà arbores, ut successu tempo-
ris, cortex denuò, cum reliquâ arbore, concrescat. Sed hoc ex Theophra-
sto, *inquit* Porta Lib. 2. c. 21. de furtivis Notis; Et Lib. 16. Mag. Nat.
c. 6. *potiùs ad rei similitudinem inductum, quàm ut ad præsens, remedium*
facere possit: Diuturni siquidem temporis, ad id, successione, opus esse.
NB. *Aut in* Pomo: *ità* Acontius, *Pomo inscripsit has Literas, ut in Templo*
Dianæ Cydippam *deciperet:*
„ Juro tibi Sacræ per mystica sacra Dianæ
„ Me tibi venturam Comitem, sponsamquè futuram.
„ *Aut in* Fungo: *Ità* Xiphilin⁹ in Trajano *refert:* Fungus ingens ad Tra-
„ janum allatus est, in quo scriptū erat Latinis Literis: Burros, Socios-
„ què omnes à Trajano petere, ut pace facta domum reverteretur. *De-*
„ *niquè in* Inanimatis: *veluti in* Scipione, *in* Hastâ *& sic etiam in* Vaginarū
NB. interioribus: *In hæc enim à quibusdam inscriptas Literas, narrat* Fron-
tinus Lib. 3. c. 13. & Ammian: Marcellinus Lib. 18. *Deindè in* Pugilla-
ribus seù Tabulis novis, post Scriptionem ceratis. *De hisce audiamus*
„ Gellium, d. Lib. 17. c. 7. *ità loquentem:* Legebamus id quoquè in ve-
„ tere Historiâ rerum Punicarum, Virum indidem quempiam illu-
„ strem, (sivè ille Hasdrubal, sivè quis alius est, non reniteo) Episto-
„ lam scriptam super rebus arcanis, hoc modo abscondisse: Pugilla-
„ ria nova, nondùm etiam cerâ illita, accepisse: Literas in lignum in-
„ cidisse: posteà Tabulas (uti solitum est) cerâ colliviſſe, easquè Ta-
„ bulas, tanquàm non scriptas, cui futurum id prædixerat, misisse: *)
„ Eum deindè ceram derasisse, literasquè incolumes, ligno incisas, le-
„ gisse: *Hactenùs* Gellius. *Prætereà in* Ligno *quoquè poterit quis, inopi-*
nabili fraude Characteres inprimere, qui non conspiciantur nisi volueris,
„ *hac ratione ut tractat* Porta d. Lib. 16. Mag. Nat. c. 5. Sit Lignum car-
„ nosum & molle, populneum, tiliaceum vel hujusmodi: & ferreis
„ typis illis, quibus Typographi, quùm in matribus æneis Literas im-
„ primunt, vulgò ponzones vocantur, Literas suprà Lignum impri-
„ memus, semidigitali profunditate: mòx doletur lignum, dolabrâ
„ fabrorum lignariorum ad profunditatem impressorum Characte-
rum:

rum: At ubi omnia explanata & exæquata fuerint, amico mittes baculum, aut tabulam rei gnaro, qui lignum aquis immergens, tumens lignum foràs eminebit, quod ictu fuerat contractum, & Literæ conspicuæ fient, exteriùs prominentes. Id enim vasis ligneis, torno expolitis, exequi poterimus, si ubi circumtornati fuerint, literas exprimemus, ac denuò torno reddemus: Expolitum & amico missum, si aquis immerget, &c. Sed nec hoc prætereundum, quòd optimè hoc scopo, in *chartis lusorijs* scribi possit: Si nempè rato ordine eas accommodaveris, ut altera alteram sequatur, & rectæ inversæquè sint inter eas. Ubi eas simùl composueris & accommodaveris, in cæsuris omnia scribere poterimus; ubi eas postmodùm permiscueris & invertes, nil prorsùs pristini scripti retinebit, sed solùm inordinata puncta curiosiùs spectanti videbuntur. At qui eas legere concupierit, in ordinem redigendo puncta, & lituræ coibunt, & omnia optimè legentur. Possumus & in *alarum pennis* Columbarum aliarumquè albarum Avium describere, eas sursùm invertendo: Nam ubi ad suum locum redierint, nil ostendent. Sed si ad pristinum modum diductæ, Literas perleges, quod non parùm utilitatis afferre poterit ijs, qui prò internuncijs eis utentur: Vid. Portam d. Lib. 16.

NB.

Cap. 5.



CAPUT III.


De Modo Particulari tertio, per Materiam inhabilem seù Filum quoddam contingente.

HAbuimus hactenùs Primum & Secundum Particularem Modum: Restat videndus Ultimus: Ubi adsumimus Materiam adscribendum per se prorsùs inhabilem, veluti est filum: Et intjusmodi tenuissimis Filis, Puncta loco Literarum notamus. Quod fit vel modo crassiore vel subtiliore. Crassior Modus traditur à Portâ Lib. 16. Mag. Nat. c. 5. *ubi planè ad Exemplum quô Charta dissecta Surculis circumvolvitur,* (*de quo* Cap. præcedenti) *filo tereti, surculo ità continuè revoluto, ut nihil ligni appareat, per longitudinem baculi Literæ exarantur: Ubi* Idem *addit:* Si priùs filum aquæ immerges, in quâ sit solutum alumen, atramentum non diducetur, sed restrictum nitidiùs Characteres continebit. Mòx filum à bacillo revolutum, in glomerulum accommodato. Vel ùt occultissimum sit, interularum & sudariorum ora revolvimus, & amico absenti mittimus. Nil enim in filo curiosior Interceptor, nisi quædam Puncta dissemināta conspiciet. Amicus eodem bacillo filum revolvendo, curandoquè ut Puncta ex superiori parte veniant, & cohæreant aptè, amici conceptum facilè percipiet. *Subtiliore verò Modo, res ità,* Schvventeiro Lib. 5. p. 284. ren. Edit. *docente, peragitur. Conficiatur Tabula lignea, vel chartacea, velè chartis sivè foliis lusorijs. Superiori & inferiori parte Tabulæ, Alphabetum parallelum ponatur: ità ut è diametro Literæ similares, lineis viginti duabus perpendicularibus* (*quarum quælibet Literam significet: quô etiam fit, ut Alphabeti connotatio expressa, non ità necessaria sit*) *se excipiant: deindè ab utroquè latere, ad illum modum Tabula vel charta, ad excipiendam filorum glomerationem incidatur, quem exhibet sequens Tabula:*

† † † †

Paratis ità duabus Tabulis, atquè adhùc ad angulum superioris sinistræ illarum partis, penè sub Literâ A, exiguo foramine perforatis, Scriptor assumptâ atquè retentâ Tabulâ, rem ità aggreditur: Scripturus hoc vel simile Secretum: Cave Latorem præsentium, quoniam tibi insidias struit: *Subjectum Scriptionis, nempè Filum, ità Tabulæ applicat, ut illud per foramen trabat, atquè obducto nodo, nè foramen egrediatur, sinet, mox per effectas illas incisuras, ordine filum illud circùm Tabulam volumine recto complicet, tantâ serie, quantam prò scriptione esse satis conjiciet. Hoc facto, si jam Secreti Litera, E. g. C. sit exprimenda, per artificiosam Punctis notandi rationem, in primâ Lineâ transversâ (quæ*

† † † †



uti vides, in Tabulâ, loco fili ducta) eâ parte, quâ à lineâ perpendiculari, Literam C denotante, tangitur, Punctum figes: Quòd si sequens Secreti Litera, Literam C in Schemate Alphabetico sequitur, in eodem filo adhùc aliud Punctum, eam Literam exprimens, ponendum: Sin verò præcedit, statim ad secundum vel sequens fili ligamentum, transeundum est. Atquè ità facilè, totum artificium scribendi capies. Id filum, Punctis ità inscriptis, revolutum ex Tabulâ, Amico commenti conscio transmittitur, qui assumptâ compari Tabulâ, eâdem ratione indagabit occultam Scriptionem, quâ Alter in eâ conficiendâ usus est, quemadmodùm suprà jam expositum est. Occultiùs erit, si Literæ Tabulæ, non ad seriem Alphabeti, sed ex arbitrio & composito disponantur. Expeditius verò erit, si multa scribenda sunt, ùt utrumquè latus Tabulæ, ad supradictum modum sit paratum: vel etiàm si prior pars Secreti atramento, deindè altera minio scribatur: vel insuper si filo uni, quo secretum integrum non potest absolvi, alterum aut plura superaddantur: Ubi cautio erit, ut fila rectè involvas, nè amicus revolvere nequeat. Occuli etiam hæc fila possunt, in excavatâ nuce, atquè sic transmitti: De quo tamen Cap.7. infrà plura dicemus. Sed nec hoc præ-

prætereundum, filis, citrà Scriptionẽ, Literas porrò eodem modo posse præsentari: sed de eo, suo demùm loco, Capite nimirùm ultimo, tractabimus. Deindè alius Modus & ratio est, per Filorum interpunctionẽ, occultè scribendi: Assumatur Regula illa, quam descripsimus Lib.6.c.9. *atquè ad illam mensuretur filum, usquè dùm Litera Secreti attingatur, ubi semper Punctum filo imprimendum venit. Res difficultate caret; Ideò nihil addimus: Videndus* Schvventerus p.238. *ubi unam atquè alteram variationem tradit; Et infrà* Cap.9. hîc. *Adhùc alius & tertius hùc pertinens Modus reperitur, ubi citrà usum Instrumenti seu Regulæ, amicus conscius, in Secreti notitiam pervenire potest. Quod fiet ità, si Scriptor, illius distantiæ, quæ ipse beneficio Circini Alphabetũ dimensorium, junctis quoquè intervallis disposuit, duobus nodis, ad eandem distantiam, initio fili nexis, ex composito Amicum commonefacit. Eo enim facto, Lector, jam solius Circini usu adhibito, dispositionem Alphabeti mensurantem habebit, ità ut ad mensuram fili interpuncti, Literæ Secreti, se statim exhibeant.* Schvventerus (vid. p. 291. in auct. Steganol.) *ostendit, etiàm citrà duos nodos, distantiam Literæ unius, ab alterâ indicantes, posse adinveniri hoc modo: Primò in Alphabeti ordine ponendo, conveniant Scriptor & Lector, qui sit forsàn talis:*

x z k r y g n l p b t o f q i h m u e v v d f c a.

Scriptor in mensâ figit, beneficio Circini, viginti quinque Puncta, æquâ spacio ab invicèm distantia. Ad primum Punctum nihil addit; ad reliqua apponit viginti quatuor Literas: mòx per mensurationem illam de quâ in Modo secundo, Signa in filum imprimit: Lector verò qui de distantiâ, quâ Literas ad Lineam Scriptor posuit, certam Regulam, ut in proximè præcedenti Exemplo, non habet, primò necesse habet venari ejusmodi distantiam, quod ita fit: Figit primo Punctum in mensâ, in quo Fili initium, quod nodi implicatione signatum quasi sit, sistit: Et indè ad Punctum seù Signum primum quod occurrit in filo, respicit, quo viso filum extendit, & ad signi inibi extantis indicem, aliud in mensâ Punctum figit; mòx à primo puncto, per alterum lineam ducit, quæ ad hoc inserviat, ut viginti quinque Puncta ibi figere, commodè possit. Deindè Lector, primum post nodum ità repertum fili signum, ad punctum primum sistit, circumspiciens, ubi loci secundum in filo existens signum, porrò Lineam attingat: Quo animadverso, iterùm figit Punctum. Tertio Lector secundum illud Signum, ad primum Punctum sistit, & ulteriùs lineæ, iterum fixo Puncto, tertium Signum applicat, & ità deincèps pergit, donèc duo vel plura Signa, ità appropinquata concurrant, quò justam illam distantiam, unius Literæ ab alliâ se inveniisse opinari possit. Repertâ ità distantiâ, jàm nullo negocio, viginti quinque Puncta, adscripto Alphabeto, figere, & ad illa, Literas, mensuratione iterùm factâ, recolligere valet, quâ Scriptor antè Signa filo impresserat.

CAPUT

CAPUT IV.

De Occultâ Scriptione, per Atramenti, Aquæ, alteriusvè liquoris usum; sivè de secundo Modo Generali.

MAteria à quâ *Literæ ducuntur, est triplex: Primò ea,* quæ Literas ponit ob oculos: *Altera, quæ* commento clandestino subducit: *Tertia,* quæ iterùm restituit. *Deinde hæc ità affecta esse potest, ut ponatur ob oculos, ad quamvis lucem, de nocte tantùm, vel tantùm interposito lumine Siderum aut Candelæ. Tertiò accidit, ut vel Pulverem, vel Ignem, vel Aquam exigat & desideret. Hinc triplex nobis, circà hunc alterum Generalem* (vid.c.2. initium hîc) *Occultandi Modum, futura quoquè dispectio, ità ut primò ejusmodi Speciales Modos considerare necesse habeamus, ubi Literæ ità occultantur & invisibiles fiunt, ut tamen certâ re adhibitâ, luci restituantur, quò interdiù æquè atquè accenso lumine, legi possint: Deindè ille explanandus venit Particularis Modus, qui interdiu & noctu invisibiles, si tamen interponas lumen Syderum aut Candelæ, visibiles exhibet Literas. Deniquè in specie referemus talem Modum, ubi ad omnem lucem, Literæ sunt invisibiles, noctu verò tantùm legi possunt. De singulis ordine: Sed antè videatur etiam* Porta Lib. 1. c. ult. *ubi* initio Cap. *ostendit, quando in universum hoc occultandi genere, potissimùm uti debeamus. Primum deindè quod attinet Particularem Modum, is vicissim subdividitur. Est enim* Simplex, Compositus, Mixtus.

Simplex Modus *est, ubi tantùm una Materia ex quâ adest, quæ primò ponit ob oculos Literas, pedetentim verò eas evanescere facit. Quâ de re videatur* Porta, Lib. 16. Mag. Natur. c. 9. *& post illum* Schvventerus, Lib. 7. p. 297. *Nos nihil addimus: tùm quia non ità ad institutum nostrum pertineat; tùm quia abusui maximè obnoxius sit hic Modus. Quid enim si nebulo pessimus, Syngraphâ datâ, pecuniam mutuans, hac ratione utetur? Sic econtrà alium Modum tradit* Porta, d. lib. 16. c. 9. *ubi Literæ, post aliquod tempus, visibiles fiant: Quod evenit,* ait *Ille, si succo citriorum vel aranciorum descripseris suprâ æs cyprium vel commune, ac circitèr viginti diebus reliqueris, suprà locum virides Literæ videbuntur. Idemquè multis alijs Modis fieri poterit, scilicèt Sale ammoniaco, si aquâ dissolveris & super æs scripseris, citiùs locus ærugine vestietur.* NB. NB. NB. NB.

Compositus Modus *est vel Vetustior, vel Recentior.* Vetustior *ille est: Si atramento forti, secretum pictoriæ Tabulæ inscribatur, & scriptis*

„ *ptis ità Literis, albus color, citrà Gummi aut Olei mixtionem inducatur:*
„ *quòis sinè difficultate refricari, & pristinæ Literæ refricatæ, apparere pos-*
„ *sint.* Recentiorem *ità describit* Porta, d.l.1. c.ult.p.62.63. Et in Lib.16.
„ de Mag. Natur. c.1. vers. Fatiscat vitriolum, &c. cum seq. Stillatitio
„ Chalcanti liquore (vel affusâ in illud ferventi aquâ, dùm illud solu-
„ tum fatiscat) super papyrum, arcana Literarum lineamenta, deli-
„ gnentur: cum arefactæ sint, illicò celantur. Cæterùm ut inane
„ scriptum deleatur, hac ratione fiet. Combusta palea, vel salicis
„ carbones, super porphyreticum marmor triturentur: tùm ompha-
„ cite galla, in albo vino decoquatur, sicquè humore in spongiam at-
„ tracto, vernaculus color ater obliteratus delitescet; Pristinus verò
„ qui delituerat, refricatus apparebit. Fiet idem, si commune atra-
„ mentum tantùm aquâ diluatur, quantùm illa, occultandis Litera-
„ rum lineamentis, satis sit: Eoquè modo totum id, quod volumus
„ latere, describatur: tùm atramentum ex carbonis Salicis, vel palea
„ combustæ polline paretur, eoquè super albicans scriptum inania,
„ quæ velimus, describantur. Hujusmodi atramentum, parùm aut
„ nihil, à verò differt colore. Cæterùm ut arcanum scriptum legi
„ possit, vino in eâdem gallâ decocto, spongiâ pagina detergitur: Sic
„ quod priùs apparebat scriptum delitescet, quod verò cerni non po-
„ terat, indicabitur. *Hùc pertinet & sequens, ejusdem* Portæ *Modus*
„ p.61, *descriptus:* Epistola ab ejus rei, quæ scribitur, suspicione pro-
„ sùs aliena sumatur, tùm omissis spacijs minimè necessarijs, Literæ,
„ Syllabæ & Dictiones, oportunè humenti succo citrij, vel medicæ
„ mali, vel cæpæ, vel omnium ferè acrium succo, iterùm delineentur:
„ Nam siccato humore, inconspicuæ fiunt: Et eæ tantùm, quas scri-
„ lum atramentum delineavit, apparebunt, cæteræ delitescent; ità, ut
„ qui legat, tabellam inutiliter scriptam & vanam opinetur: At si pa-
„ gina, igni admota incaluerit, Literarum rursùs lineamenta clarè
„ simè indicabit. Walchius *verò*, d. Dec.9.Fab. *hunc Modum, in genere admodùm commendat, atquè ejus rationem pluribus explicat, & verborum floscul is exornat atquè Exemplis. Adhùc alius Modus est, quo niger charta, albos characteres conspicuos reddit. Ratio ejus, apud* Portam,
„ pag. 63. 64. *Et* Cap.3. in f. Lib.16. Mag. Nat. *hæc est:* Ovi luteum al-
„ bumenquè commiscentur, ut instar scriptorij atramenti liqueſcat:
„ Eo liquore Literarum figuræ, in papyro protrahuntur & exiccan-
„ tur; tùm super exsiccatam chartam, color ater inducitur, eaquè rec-
„ rùm exsiccata mittitur. Verùm ut Literæ conspici possint, lato
„ ferro, chartæ superficies eraditur. Sic enim fiet, ut sublato indè
„ atramento, ubi Literæ erant, earum albi coloris signa, conspician-
„ tur. *Sed hunc Modum, non tàm ad Epistolicam rationem, quàm ad alias artificiosas Tabulas & Scripturas accommodatum æstimat* Schventerus *Tertius*
pag.292.

Tertius Modus sequitur, qui indè Mixtus *dicitur, quod non ità constet duabus Materijs, tàm eâ quæ ob oculos ponit, quàm illâ, quæ commento clandestino subducit Literas, ut superior: sed contenta sit posteriori illâ Materiâ, quæ Literas aspectu subducit; Sic tamen, ut aliud quid adhibeatur, quod apparere vicissim eas faciat. Qui Modus itidem triplex est, ratione illius, quod adhibere necesse est:* Pulveris *nimirùm, vel* Aquæ *vel* Ignis. *Primus particularis Modus, qui* Pulvere insperso, *demum apparet, fit, ubi vel in albâ Chartâ, vel in corporis parte, putà brachio, dorsaliovè membro, Literas aceto, urinâ, lacte, lacte herbæ tithymalli (quam & Lactucam caprinam vocant) adipe, sepo, pinguedine, gummi, inscribimus. Statim enim Literæ incipiunt delitescere, & arefactæ protinùs aspectum fugiunt:* Vide Portam d. cap. ult. p. 59. & 60. *Ubi etiàm ex* Polianeo *refert, Attali astum insignem, Victimæ inscriptione impressâ (quam ille priùs in dextram manum, contrito Gummi inscripserat) Exercitum hac ratione, ad Victoriam animantis.* Idem Porta Lib. 16. Mag. Nat c. 3 *ejusdem generis alia addit, in hunc modum:* Est & inopinabilis " tectina suprà crystallum describere. Nam cùm undiquè diapho- " num sit, nullum afferet doli suspicionem, & Literæ intùs latentes " esse possunt: *Hoc ità peragitur:* Dissolvatur Gummi Arabum in a- " quam, vel tragacanthæ, ut clara sit, & ubi optimè solutum fuerit, " nequaquàm Crystallum defœdabit, suprà illud describens, sivè " cyathum sivè phialam; ubi Literæ resiccescunt, inconspicuæ fiunt, " Nemo dolum suspicari poterit, si carceribus detento, cyathus im- " mittatur, aut phiala vino plena; ubi Literas visibiles voluerit, com- " bustam papyrum, vel paleam super illud adfricabit, & Literæ illicò " apparebunt visibiles. Addemus (*pergit Idem*) aliud dignum pro- " fectò habendum Secretum, ut Literæ in Chartâ solùm terreno pul- " vere insperso legi possint. Solvatur adeps hircinus, cum pauculo " terebinthinæ resinæ liquore cartam adfrica & servato: Cùm amico " nunciare vis aliquid, appositâ papyro, delinitâ adipe suprà tabel- " lam, quam amico mittendam destinaveris, ferreo stylo suprà calca- " bis & imprimentur notæ adipis tabellæ; mittito, quæ intercepta, " nequè aquâ visibiles fiunt, aut alio artificio, nisi tantùm terreno " pulvere insperso. *Secundus particularis Modus, invisibilis Scriptionis, fit visibilis, beneficio* Aquæ, *aut alterius liquoris. Quò pertinet, quod* Cedrenus, in Vitâ Constant: Imp. Leonis Filij, pag. 502. *de Nicolao quodam his verbis refert:* Is Nicolaus, in nigro linteo, literas, ad Tho- " mam Logothetam scriptas, miserat, quæ lynteo aquâ eluto appa- " ruerunt, hanc continentes sententiam: Nolite vobis " metuere, à rufâ ave Ducâ. Stultè enim "

NB. NB.

NB. NB.

„ res novas molietur, & ſtatìm peribit.
„ *Rationem quâ id fieri & hodiè poßit, hanc tradunt:* Alumen aquâ diſſol-
„ vitur (*inquit* Porta, pag. 61. 62. *quod &* Idem *repetit*, Lib. 16. Mag.
„ Natur. c. 1. Verſ. Ut diximus; Et verſ: Solvatur:) eoquè diſſoluto,
„ Characteres deſcribuntur, qui cum ſicceſcunt, conſpici deſinunt:
„ Ut verò legi poſsint, charta aquis immergitur, ſic immerſa, chara-
„ cteres conſpicuos reddit. *Idem etiam aliter fit:* In vitreis Chymiſta-
„ rum vaſis, è calchanto humor diſtillatur, eoquè in Papyro Chara-
„ cteres formantur, & ſic fallent intuitum: Ut verò cerni poſsint, in
„ omphacitis gallæ aquam, Charta, vel in vinum, in quo ea inferbue-
„ rit, mergitur. Ut verò alibi magis, quàm in chartâ ſcribi poſsit,
„ hoc modo ſcriptum fiet, quod lactis candorem imitabitur: Lithar-
„ gyrus primò teritur, tritus in fictile, ubi ſit aqua, aceto commixta,
„ immittitur & decoquitur, & per colum trajicitur, mòx ſervatur:
„ tùm in Limonis citrigeri ſucco, in lapide, vel aliquâ corporis parte,
„ vel alibi exarantur Notæ: Illæ, ſiccato humore, minimè appare-
„ bunt: ſed ut legi poſsint, eæ, lithargyri aquâ madefactæ, conſpicien-
„ tur lactis candorem imitari. Porta Lib. 16. Mag. Nat. Cap. 1. inf.
ejusmodi tradit rationem, quâ lapis in aceto merſus, Literas demonſtret,
„ *hoc modo:* Hirci adipe ſuprà lapidem literas exarabis, reſiccatæ in-
„ conſpicuæ prorsùs. Si lapis aceto demergatur, prodeunt illicò, &
„ foris quaſi ſuperextantes eminebunt. Si autem abſolutâ aquâ fecti-
„ bendo literas nigreſcere jubes, ùt naviùs expeditiusquè itineribus
„ accingaris: Gallas & calcanthum ſubtilitèr pinſito, indè pulverem
„ cartæ inſpergito, panno fricato, rectequè expolito. Ut ſit charæ
„ concolor & pertinaciùs inhæreat, contundito juniperi gummi,
„ quod Scriptoribus vernigo dicitur, addaturquè reliquis, cùm uſu
„ venerit, aquâ vel ſalivâ ſcribito & nigreſcunt, ijsquè ſimillimæ eve-
„ niunt technæ, quas perlongũ eſſet narrare. *Videatur etiàm* Schve-
terus p. 290. & 291. *Tertius particularis Modus inviſibilis Scriptionis,*
fit conſpicuus, beneficio Ignis: *Qui vel ſimpliciter adhibetur; vel ut com-*
burat quoquè ipſum ſubjectum Scriptionis; vel ut id torreat. *Illius de-*
„ *neatio fit ità:* Eſt Salis genus (*inquit* Porta, p. 61.) quod ammoniacum
„ vocant; hoc contuſum & aquæ immixtum, Literas quidem ſcri-
„ benti albas reddit, quæquè cum papyri colore vix internoſcantur:
„ Verùm ſi admoveantur Igni, nigræ apparebunt. Succus autem
„ ceraſorum, ſi calamo adhibeatur, viridi colore, ſi cyclamini, ruſſo
„ Literas deſignabit: Sic varij fructuum ſucci, varios quoquè Igne
„ colores indicabunt. *Alia hujus generis perſequitur idem* Porta, lib. 16.
Mag. Natur. c. 2. circà pr. *Iſtius verò delineatio, ubi ſcilicet combuſta*
papyro, Literæ interniteant, fit ad hunc modum: Literæ Gummi, vel
quovis

quovis Salis genere, vel calce, in papyro producantur: quæ, cùm per ignem apparere nequeant, combustâ denigratâque statim papyro, albicant: Porta d.c.ult.p. 61. & d.Lib.16.Mag.Nat.c.2. *Hujus vero ratio desiderat quoquè peregrinum subjectum. Peregrinum Subjectum dicimus, quod hîc non Chartæ, sed Ovo inscribatur. Id verò ità expeditur, juxtà* Portam, pag. 64. Alumen & galla tunditur, pollis aceto immiscetur, donec atramenti instar liquescat: hoc modo parato liquore, Characteres super ovi cortice designantur & exsiccantur: indè muriæ vel acri aceto imponitur illud: ubi cùm quatriduum permanserit, postmodùm eximitur & exiccatur, ad amicum mittitur. Tùnc enim Literæ ampliùs foris non apparent: Ut verò is Scriptum legat, igni illud admovebit, & tostum emendabit, sic intùs Characterum Signa conspiciet.

Plures Modos quære infrà cap.6.

hîc.



CAPUT V.

De Secundo & Tertio, invisibilibus Literis scribendi Modo.

EUlit primus Modus, cùm suis distinctionibus. Sequuntur nùnc reliqui: ubi tantùm Literæ legi possunt, ad lumen Candelæ, aut Siderum; vel tantùm conspicuæ fiunt Noctu. Ad lumen Candelæ vel siderum *patent Literæ, si hoc artificio scriptæ sunt:*

» Cerussa, aliusvè color, Gummi liquefacto immiscebitur: Ex eâ-
» què immixtione, materia chartæ concolor parabitur, ut nihil abeâ
» discernatur; tùm qui nuncium sit excepturus, chartâ oculis & lu-
» mini interpositâ, subobscuras characterum formulas conspiciet.
» Fit enim ratione Optices, ùt ea materia parùm densa, dùm oppos-
» ta externo lumini, impedit, quò minùs ulteriores radij, ad intui-
» tum nostrum perveniant, conspicuam nobis lineamentorum um-
» bram efficiat: *Hactenùs* Porta, p. 63. *Quæ eadem etiam habet* Lib. 16. Mag. Nat. c. 2. circ. finem. Nocte *verò tantùm legi possunt Literæ, scriptæ aquâ distillaticiâ nitedularum, vel aquâ salicis putrefactæ. Harum*
» *scribendarum ratio est hujusmodi, ùt* Porta pag. 59. *eam describit:* Nite-
» dulæ capiantur, ex quibus humor stillatorijs vasis accuratiùs extra-
» hatur, tùm eâ ex aquâ, graphicè suprà chartam notæ exarentur. Qui
» in re si seduli fuerimus, nequaquàm interdiù Characteres appare-
» bunt: Noctu verò, igneo colore nitentes videbuntur. Alij verò
» secùs, salicis corruptum aquâ lignum distillant, & extracto liquo-
» re, characteres describunt: Licèt hic scribendi Modus, à subtilitate
» potiùs, quàm à facilitate & utilitate commendandus sit. Neque
» enim sinè fastidio sic res perfici potest, & facilè fit, ut opus la-
» borem frustretur. Nam si ab intercipiente, Igni
» exponitur, statim scriptum
» detegitur. &c.

CAPUT

CAPUT VI.

De Scriptione occultâ, per peregrinum ſtylum: ſeù tertio Generali Modo.

ABſoluti ſunt Modi, qui tùm ad Subjectum, (vid.c.2.&3.) *tùm ad Materiam à quâ* (cap.4. &5.) *pertinere viſi ſunt: Reliquus eſt, is Occultandi Modus, qui à* Stylo peregrino *cauſatur. Calamus & Penna frequentata, nùnc Scribendi Inſtrumenta ſunt. Eo reſpectu peregrina ſunt, ſi adhibemus ſtylum ferreum, vel etiam digito pingimus Literas. Sed ſcias, nec ab his inſtrumentis ſolis per ſe, clandeſtinè ſcribi poſſe, niſi & alia concurrant, veluti nùnc dicemus. Si enim ſtylus adhibendus ferreus, ut occulta ſit Scriptura, tùm, juxtà* Portam pag.64. *ità proceditur:* Primò cerâ ovum circumlinitur, in eaquè ſtylo ferreo Literæ delineantur ad corticem, tùm humore ex aceto & gallis comparato, fatiſcentes rimæ complentur & exiccantur: per diem ſubindè ovum in aceto ſervatur, mòx ablatâ cerâ, ad conſcium mittitur. At ille, eo decocto & mundato, in pervio cortice & duro albumini impreſſos Characteres inveniet. *Vide eundem in* Mag.Nat.Lib. 16. c. 4. *ubi addit:* Idem eveniet ſi Limonum ſucco ovum pinxeris: Nam corticem emollit, ut nè fœdet corticem & ex voto fruaris. Si vis autem ùt Literæ ſuprà albumen videantur croceæ & rectiùs, ubi ovum excoctum fuerit: Coque ovum donèc deraſcat & cerâ obline, & inſculpe ceræ literas ſtylo, ut lituræ dehiſcant, imponatur in humore, id eſt, ex Gallis cum alumine tritis. Indè acri aceto impones, & eæ fient penetrabiles, quas cortice detecto, videbis in albumine ovi; Africanus ità docet: Gallas & alumen cum aceto terito, donèc atramenti ſpiſsitudinem habeant, ex hoc quicquid libuerit, ovo inſcribito, & poſtquam ſcriptum Sole deſiccatũ fuerit, ovum in muriam acrem demittito, & reſiccatum coquito & decorticato, & reperies inſcriptionem. Ego in acetum impoſui, & nihil evenit, ſi per muriam non intelligat acre lixivium, vulgò capitello dictum. Cujus cauſa hæc eſt: Quia ovi cortex porоſus eſt & laxis meatibus hiat, argumento, quod recens igni appoſitum ovum ſudat, & foris extillat aqua, & contrà lumen inſpiciendo clarus apparet, & cùm acetum ſubtile ſit, per eos penetrat & tenerum corticem efficit: cumquè remiſtum ſit cum albumine & gallâ, ſecùm eorum ſubſtantiam defert, & albumini ovi imprimit, illudquè in frigidâ aquâ immergens, condenſat & ad priſtinum ſtatum reducit. Sed animadvertendum non eſſe immorandum in aceto:

NB. NB. NB. NB. NB.

„ ceto: Nam totum corticem erodit, ovum nudum & solâ cuticulâ
„ contectum reddit, & si tale aquæ immerseris, cortex non restitui-
„ tur. *Hùc, quamvis ad* Cap.4.sup. *propriè pertineant, referemus alios in ovis (quia semel de his hîc incepimus agere) scribendi Modos, quorum primus est, referente eodem* Portâ, d. Lib.16. c.4. *quandò in ovo Literæ*
„ *scriptæ, pulvere detegendæ veniunt, quod hac ratione fiet:* Suprà cortî-
„ cem, aceto, adipe, lacte ficus, tithymali vel gummi notas delinea-
„ bis, quas ubi conspicuas velis, carbonis polline, aut combustæ pâ-
„ pyri aut paleæ videbuntur nigræ. *Secundum autem Modum, ubi Li-*
„ *teræ in ovo inscriptæ aquâ visibiles fiunt, his verbis docet* Porta d.c.4. Sol-
„ ve calchantum in aquam, & scribe suprà corticem & resiccescens,
„ nil conspicietur. Si vis legantur, gallas vino coque & in eo ovum
„ submerge: Aut suprà ovum aquâ calcis scribe, & lixivio immerge,
„ ubi maceratum erit brasilium, sic Literæ halurgæ videbuntur. Aut
„ scribe sepo, suprà corticem & vitrioli aquâ summergito, post exic-
„ cationem abrade sepum & nil apparebit: ubi prædictō vino mòx
„ immerseris, albæ literæ in nigro cortice candicabunt. *Quâ ratio-*
„ *ne verò Literæ in ovo scriptæ, Igne, (qui Modus tertius est) visibiles fiant,*
„ *tradit* d. loco Porta, *inquiens:* Citriorum succo suprà ovum exaren-
„ tur notæ, cæparum aut ficus lactæ; quod cùm igni admoveris,
„ croceas Literas videbis. Idquè in crudo ovo fie-
„ ri poterit. Nam coquendo Literæ
„ apparebunt.



CAPUT

CAPUT VII.

De Ultimo Modo, à termino Scriptionis externo seù accessorio, Connexo nimirùm pendente & contingente, sivè de Clancularià Missione.

ET ità quoquè explicatum est, de partibus Materialibus. Restat Terminus Scriptionis accessorius & externus, connexum seù ipsa Missio & Transmissio & inde Modus Occultandi dependens, nùnc explanandus. Frustrà enim Epistola scribitur, nisi transmittatur. Indè nùnc de Clancularià Missione, à quâ etiam Scriptio occulta esse valet, dicendum. Hæc verò contingit, tùm ratione Inclusionis: tùm Tabellarij occulti: tùm Itineris insoliti.

Ratione Inclusionis ità: Si (1) Epistola intrà siccas tabulas, aliquantulùm excavatas, & glutine denuò compactas, abscondatur. Aliâ ratione Demaratus usus est: Is enim Literas, tabellæ novæ inscripsit, & mòx ejus sulcis vacuam ceram induxit: Poliænus lib. 2. Cui geminum stratagema, cujusdam alterius refert Gellius, lib. 17. c. 9. Si (2) includatur ovo perforato & rursùm occluso, agglutinatione chartæ; glutine confecto ex albumine ovi, cerussâ & cerâ: Porta Lib. 2. cap. ult. Qui Lib. 16. Mag. Nat. c. 4. in f. subtiliori modo intrà ovum schedulam includendi, tradit hanc rationem: Epistola quæ scribitur sit angusta & longa, ut medij digiti latitudinem vix superet; brevibus verbis ac subtilibus characteribus, tuæ mentis conceptum expone: dein cultri acie in ovo rimam excavato, ac internam pelliculam rumpito, & ex uno capite schedulam immitte paulatìm; nam facilè recipiet, etiam decem palmorum. Indè calce & gummi remistis, scissuram obtura, nè videatur, cerussâ & gummi tragacanthæ: Nam impossibile est, ut videatur. At si vis hoc subtiliùs eveniat. Ovum acri aceto expone, ternis, quaternisvè horis, & ubi reperis remolliri, cultri acie, corticem aperi, papyraceam schedulam impone; mox aquæ frigidæ merge, & macerari curato, & cortex pristinæ duritiei reddetur: Idem (3) in fracto marmore, partibus iterum junctis, prodesse poterit. Fiet & hoc (4) in pomo, ut schedula intùs reponatur, facto parvo hiatu, qui mòx suaptè sponte claudatur. Sic (5) Harpagus, ut est, apùd Herodotum, Justinum & Poliænum lib. 7. Lepori exenterato inclusit Epistolam, ad Regem Cyrum scriptam, quâ eum excitavit, ad oppugnandos à Diogneto Erythreorum Duce, quam ità ad fratres transmisit: Poliænus

nus lib. 8. *Et refert* Porta d. loco: Etc. 6. lib. 16. Mag. Nat. *Scipioni (7) incoxit codicillos, arbitrarijs notis scriptos, Laurentius Medices Florentinæ Reip: Princeps; Et per Nobilem quendam, mendici habitu tectum, misit ad Regem Ferdinandum Neapolitanum quibus eum de Filij salute, certum fecit:* Brutus lib. 8. Hist. Florent. Herm. Hugo in Tr. de re liter: c. 15. *Ità (8) cereæ candelæ inclusas literas, miserunt ad Buciacium, Cameneciæ Urbi præfectum, Tencinius & Drevitius Poloni, per puerulum, cum hoc mandato: ut quandò Cameneciam puer venisset, juberet verbis suis Buciacium, ex eâ candelâ accipere lumen. Buciacius, suspicatus quod erat, dissectâ Candelâ, Epistolam invenit, quæ magnam rebus ejus, lucem afferebat:* Crom. lib. 20. Idem Hugo, d. loco. *Ità Leo Basilij Filius Imp. Constant. ad Andronicum transfugam, literas scriptas cereo (9) inclusit, licèt dispari eventu, ob proditionem cubicularij Samonæ, de quo* Cedren. in Vitâ d. Imp. p. 496. *Pari Ratione & hodiè literas lapidi (10) includere didicerunt; quod sequenti modo fieri, author est* Porta, lib. 16. c. 6.

» Mag. Natur. Silicei, *inquit*, lapides, æneis pilis, tenuissimè tunduntur & in cerniculo cribrantur, mox æneo lebete liquefactæ, colophoniæ, scilicèt singulis lapidis libris, binæ unciæ colophoniæ pulvis addatur & remisceatur, Epistolas in plumbeis lamellis clausas, in medio misturæ condas, & offam in sacculo lineo inde & constringe, ut in pilam conglobetur; post in frigidam aquam immerge, & durescat, & silex videbitur. *Sic* Henric. Rantzovius in Comment. Bellic. Lib. 2. c. 7. *refert, Ericum XIV, Regem Sueciæ, Literas, quibus matrimonium Angliæ Reginæ sollicitabat, baculo (11) excavato recondidisse. Deniquè* Elias Reusnerus, Lib. 2. Art. Stratag. c. 9. *ex* Nicephori Gregoræ Lib. 9. *memoriæ prodidit, Andronicum Seniorem Imp. curasse, literas, tenui (12) linteo & albo inscriptas, tabellariorum vestibus solertèr insui. Sed non solum inanimatis illis & mortuis Epistolæ insertæ, sed & vivis (13) Animalibus concreditæ.* Sunt enim, *inquit* Porta, d. cap. ult. hac tempestate, qui tabellas aliquo esculento involutas, canis glutiendas præbent, ut ex ejus postmodùm interfecti viscoribus, nuncius exigatur. *Ità sub pilis (14) capitis humani, Literas antè capiti inscriptas, de quo* sup. c. 2. *etiàm diximus, absconditas voluit Histiæus Milesius. Ità occultè sub veste teguntur verba, tergo (15) servilibus scripta; uti suprà quoquè* d. c. 2. *ex* Ovidio *docuimus: Et* Porta lib. 16. c. 8. Mag. Nat. *ostendit, tutissimam occlusionis viam esse, si soporifero, ipse nuncius in diuturno somno detineatur, dùm scribantur & reseccentur Literæ: Et ejusmodi liquore literæ scribantur, ut reseccatæ evanescant. Fiunt enim ità, ut nullâ ratione à nuncio, de Literis quid extorqueri possit. Ità quoniàm de Homine nùnc loquimur, vestimentis (16) & adjunctis alijs, Epistolæ inclusæ:* (Vid. Port. lib. 16. Mag. Nat. c. 6.) *Ità soleis calceorum, thoraci, baltheo, vaginæ interioribus, baculis, bastis & id genus alijs, Literæ inclusæ.*

Deni-

Deindè Occultatio Scripti contingit, ratione Tabellarij occulti, *seu habitum Tabellarij mentientis. Ità Harpagus non contentus, Literas suas in leporem abdidisse, misit eas per domesticum, habitu Venatoris indutum. Ità is Mendici habitu simulato, incedebat, qui illas pani incoctas Literas, Ferdinando Regi perferebat. Sic Canum pellibus vestitos, canatimquè reptantes per noctem,* Josephus *Galilæus, à Vespasiano in Urbe Jotapatâ obsessus, tabellarios cùm Literis misit, per vigilum custodias, nequè ea res, nisi serò observata: Idem* Lib. 3. de bello Judaico, c. 8.

Deniquè Occultatio evenit à tectâ ratione Itineris, *eaquè vel terrâ, vel mari, vel aëre.* Terrâ *per Canes. Catellam à Tingitano cive, in oppido Arzilæ relictam, Menesius ad præfectum Tingitanum, alligatis inter pilos Literis, misit hoc astu: In ittore catellam verberibus multis multavit, fecitquè ut ab se velocissimè diffugiens, postridiè antè crepusculum, staret cum literis, ad portas Tingitanas: atquè ità terrestri itinere, tutò nuncium misit:* Osor. lib. 2. de reb. Emanuel: Mari, *per Urinatores & Milites, utribus vectos: Sic Lucullus,* Frontino *Authore, ut Cyzicenis, à Mithridate obsessis, suum adventum indicaret, impeditis hostium præsidio faucibus, quæ modico ponte, continenti jungebantur, maritimum iter quæsivit. Gregarius siquidem miles ad id destinatus, inflatis duobus utribus insidens, ubi Literæ includebantur, duabus regulis inclusis, simulatâ marinæ beluæ specie, per septem millia flumine trajecto, Ducis adventum nunciavit. Quod si sinè utribus quis, idem perficere velit, ei curæ sit, nè scriptum aquis possit aboleri. Ità referente eodem* Frontino, *plumbeis lamellis inscriptis, ad brachia alligatis, milites Satellam amnem tranantes usi sunt.* Aëre, *per Sagittas, literis telo incisis, aut Epistolis telo alligatis; Ità Adelaidæ Reginæ, Nuncium, qui aditu arcis à Berengario triennium obsessæ, prohibebatur, per Sagittam Literas Ottonis I. Imperatoris, pertulisse, refert* Leo Marsicanus Ep. Hostiensis, in Chron: Casinens: Monaster: Lib. 1. c. 64. in f. *per* Aves, *putà Columbas, hirundines, cornices. De quibus sigillatim pluribus* Porta, circà fin. cap. 21. lib. 2. Et lib. 16. de Mag. Natur. c. 7. *Et ex eo* Herm. Hugo d. cap. 15. *agunt Columbarum usum, bello Belgico, nostro ævo Harlemum, deindè Leyda Hollandiæ Urbes obsessæ, ostenderunt:* Thuanus lib. 17. Histor. sui temp. *Et veteres non tantùm Columbarum, sed & Hirundinum & Coturnicum operâ, hac in re usi sunt: ut ostendit* Porta, d. lib. 16. c. 7. Mag. Natur: Et Lipsius, c. 6. lib. 2. Saturnal. Sermon: *Hujus verba hæc sunt:* Columbæ obsessis, arcanorum apud socios, Interpretes: Literarum fidæ administræ: rebus jàm deploratis & tantùm non funere conclamato, solæ indices auxilij salutaris. *Et paulò post:* In re ludicra inquè spectaculis Theatricis publicis, usus olìm similis Columbarum. Nam Patresfamilias, qui in Theatrum aut Circum ibant, undè non prò arbitrio reditus, Columbas secùm sinu ferebant, easquè emittebant cum tabellis,

M.

„ bellis, nuntias domum, quid vellent. Varro de Re rustica:
„ Columbas redire solere ad locū licet ani-
„ madvertere, quod multi in theatro è si-
„ nu missas faciunt, atq; ad locū redeunt
„ quæ nisi reverterētur, non emitterētur.
„ Atquè à Theatro credo illud Brutinæ militiæ Exemplum, obsidio-
„ ne Mutinensi, de quo disertè Duza scripsit:

„ Quid vigil obsidio, quid arces,
„ Aut valla prosunt, per spatia invij
„ Eunte cœli nuntio?

„ Plinius factitatum idem in Hirundinibus observat Libr. 10.
„ Cæcina, inquit, Volaterranus Equestris or-
„ dinis, quadrigarum dominus, compre-
„ hensas hirundines in urbem secùm aufe-
„ rens, victoriæ nuntias amicis mittebat, in
„ eundē nidum remeantes, illito victoriæ
„ (Factionis scilicet ejus quæ vicerat, putà Venetæ, Prasinæ &c.)
„ COLORE. *Hactenùs* Lipsius. *Sic per tormenta bellica, Literas inclu-
sas, unâ parte globorum, qui cadentes, ab alterâ parte, per pyrotechniam
fumum ceù tesseram Tabularij emittebant, in obsidione Stenwicensi
transmissas fuisse, refert* Emanuel Meteranus, Hist. belli Belg. lib. 10.
p. 509. *Vide etiam* Portam d. lib. 16. Mag. Nat. c. 7. *Ubi tradit etiam:*
„ Si res nuncianda, paucis verbis continebitur, posse idem manua-
„ lium tormentorum sclopis effici, ut Epistolæ ità emittantur; Scili-
„ cet complicatam papyrum in loculum immissam, ubi plumbeæ
„ pilæ formantur, suprà plumbum liquefactum, sed non aduren-
„ mittimus & convolutam papyrum plumbo, pyrio pulvere, per æ-
„ ra mittimus. Sed quia parvæ sunt die multas emittere poterimus.
„ Modum solvendi pilam, vel pauco igne, vel in hydrargyrum
„ immissa, pauco temporis curriculo solvetur, &
„ papyrus intacta manet.

CAPUT

CAPUT VIII.

Introductionem in Semæographiam seu occultam Repræsentationem Literarum, continens.

E Longâ navigatione, ad Caput quoddam Bonæ Spei, jam sibi appellere videtur nostra Navis. E Portu enim solvens, non solùm locutionis ambages dudùm præterijt, ac universam rem Literariam ambijt: Sed etiam in reditu, tùm promontoria abstrusorum Sensuum & Vocum, tùm scopulos latentium, ac ex parte invisibilium Literarum, tùm Missionum anfractus prætervecta, jàm de Portu cogitat, quem secundis ventis, æstu & refluxu maris mediante & juvante, proximè assequetur. Absolutis enim quæ ad Loquelæ ac Scriptionis amplissimum Tractatum pertinere videbantur, restat Repræsentatio utriusquè, seu adumbratio per Signa. Quando enim nec tutum loqui, nec Scribendi occasio arridet, subsidij loco, alia adhùc Quasi Locutio, & Quasi Scriptio adinventa est, quam nùnc pertractandam in manus sumemus, atquè simùl ipsi Tractationi Mediorum, finem imponemus. Quia verò Pars ea Signorum, quâ Voces immediatè repræsentantur, quæquè Locutioni propiùs accedit, sup. Lib. 2. c. 1. explicata est: Jam saltem restat videndum, ubi Voces mediatè, per Signa realia Literarum, repræsentantur: Id quod Scriptioni, quæ positu Literarum perficitur, sicuti inditio dicebamus, magis simile est, quàm Locutioni, quæ certè per se minùs indiget Literis, quàm conceptus articulatâ voce: Ideoquè in ultimum locum, ejus tractatio, rejicienda fuit. Admodùm sanè aptè & accommodatè. Sic enim fiet, ut Methodus hæc, circulo quasi constet. A Locutione, quæ aliàs arcanorum conceptuum propalatrix esse debebat, occultationem auspicabamur, ac paulatìm descendebamus ad muta & infinita illa Signa, Voces immediatè referentia. Huic diviniùs illud inventum Scriptionis, quâ infinitos Vocis sonos, pauculis Literarum notis terminamus, mox nectebamus, atquè à primis, intimisquè ejus fundamentis, Literis nimirùm, funem maximâ Circuli parte ducebamus, donèc paulatìm, ad Extrema illa Scriptionis, (de quibus Libris septem, usquè hùc egimus) devenientes, peripheriam penè absolverimus. Restat ut à proximo Tractationis segmento, ad initialem sectionem circulum continuemus, connectamus, atquè ità perficiamus, quod jàm diximus, accommodatè fieri, hac ipsâ Repræsentationis Literarum materiâ. Etenim si respicimus Scriptionis & Epistolicæ rationis terminos, adest primus Modus, qui eam proximè refert: Sin verò ad extrema Locutionis advertamus, adest tertius hujusce

NB. NB. NB. NB. NB. NB.

jusce materiæ Modus, qui finem cum principio, fœlicissimè conjungit. Quippè etsi is naturâ suâ, Scriptioni accedit, (Non enim aliter per se, quam Literarum repræsentatione constat) reipsâ tamen nihil aliud est, quam Locutio. Fit namquè inter præsentes. Et ut vera Locutio confestim audire: Sic hæc inter præsentes, aut non longè distantes, aliquo semper Sensuum, ex sui conditione, & penitissimâ intentione hauritur & percipitur; quò essentialiter ipsa locutio seù collocutio fertur. Undè res in eum locum deducta est, ut nihil reliquum sit, quod Finis & Principij combinationem aut conspirationem probibere queat. Atquè inter hosce, primum & tertium Modum, Secundus & medius quidam, qui de utroquè aliquid participat, intercedit: veluti porrò videbimus. Ex quô nùnc patefactum sit, id omne, quod nùnc tractandum restat, tribus absolvi Modis. Primùl est, id omne, quod nùnc tractandum restat, tribus absolvi Modis. Primus fit fili, aut alterius rei Literas repræsentantis, ad rem certam applicatione: Secundus *contingit mediante præcipuè Speculorum artificiosâ confectione, structurâ & dispositione.* Tertius

expeditur rebus alijs, Sensibus amici præsentis, variè objectis.




CAPUT

CAPUT IX.

De Occultâ Repræsentatione Sriptionis Epistolicæ, Directâ, Obliquâ & Compendiosâ.


PRimus itaquè Modus, quem proximè ad Epistolicam rationem accedere, superiori Cap. diximus, contingit tripliciter: Modo nempè Directo, Obliquo & Compendiario. Directa ratio seu Modus est, ubi singulis diversis Signis, Literæ Alphabeti repræsentantur: Ut hoc Signo, semper denotatur A: isto, B: illo, C & sic deinceps. Fit hic Modus, fili *multiplici tractione & retractione* per foramina, huic fini destinata, *vel* sinè foraminum ambagibus, *solâ fili circumglomeratione*. Priorem particularem Modum *possumus tripliciter itidem instituere: Ità ut vel ad morem Veterum* Oblongo tereti; *vel Recentiorum,* Quadrato *vel* Circulari *utamur Instrumento seù Subjecto. Vetus mos & Modus hic erat: Paratum habebant ossiculum cavum, tantæ longitudinis & latitudinis, ut id vicies quater perforari posset, ad viginti quatuor Literas, repræsentandas. Non temerè autem, sed ordine foramina ibi disposita habebant; ità ut in longitudine, vel ad quaternionem sex foramina: vel ad senariam stationem, quatuor foramina essent effecta. Quo constituto eligebant arbitrariè foramen aliquod, quò Alphabetum ordirentur. Nam electo eo, jam Alphabeti Literæ, ordine, repræsentatione subsequentium foraminum, jungendo ultima cum primis, sequebantur. Sed & extrà hæc significantia foramina, duo alia, alterum superiori, alterum inferiori ossiculi parte, quò filum initiò & postremò fixum illigabatur, necessaria erant. Hisce ità paratis, si conscio interesset scire, pronunciatum illud erant.* Hisce ità paratis, si conscio interesset scire, pronunciatum illud erant. Thomæ Mori, in Utòpiâ: Omnes has, quæ hodie usquàm florent « Respublicæ, animo intuenti ac versanti mihi, nihil, sic me amet « Deus, occurrit aliud, quàm quædam conspiratio Divitum, de suis « commodis, Reip. nomine, tituloquè tractantium. *Turem ità aggredere, ut firmato in alterutro illo supervacuo foramine, filo, illud primò per illud foramen, quò Literam O repræsentandam antè constituisti, acus beneficio pertrahas, atquè statim eò reducas ac retrahas filum foramine, quod literam M valere debebat, & sic pergas cum reliquis Literis, ultimo filo eodem, quo initiò factum, firmato. Amicus verò à fine resolvit filum, atquè retrò eo ordine recolligit, unam post aliam Literam annotando, Secreti orationem. Quia verò operosior debito, vetus iste Processus reperitur, ac, si præsertim ossiculum interius, non satis patulum sit, difficultate*

non caret, hinc Isaac. Casaubonus *expeditiùs esse censet, si instrumentum involutionis planum, è ligno efficiatur, in formam Tabulæ: aut paulò in altitudine, quàm latitudine majoris; aut exactæ quadratæ, aut etiam circularis. Si Tabula quadrata est, fac in quolibet latere sint duodecim foramina, ad tot Literas exprimendas, & in medio adhùc unum, ad filum principiò firmandum. Artificium Repræsentationis hìc idem est, nisi mavelis, retrò quasi hanc scriptionem instituere, quo Amicus in resolutione, ab initio Secretum percipere valeat. Si Circularis Tabula sit, circulariter in margine, viginti quatuor foramina fiant, vel si placet, cuilibet Literæ, aut illis, quæ frequentiores occurrunt, bina foramina parata sint.* Posterior Modus particularis *paulò expeditior est; Caret enim Fili per foramina trahendi & retrahendi molestiâ & circumvolutione contentus est. Res* ità *se habet: Conficiatur Tabula lignea, formata ut pecten* (vide schvventer p. 247.) *quæ superiùs & inferiùs viginti sex ramusculos, ex æquo habeat; à latere utrinquè aliquantùm incisa, veluti vides in sequenti Schemate factum.*



Inter ramusculos illos singulos, significanda veniat Litera aliqua, quemadmodum itidèm Tabula monstrat. Sed tu ex composito & compacto, aliter disponere Literas poteris. Quo constituto si jàm repræsentanda hæc Granatensis Monachi, *sententia:* Non est hominis prudentis
„ requirere, ut omnes res humanæ pendeant in æquilibrio, nec quic-
„ quam desit: *Res* tà *aggredienda est: Filum apud ramusculum quodcunquè occurrit, firmandum: Deindè illi interstitio, ubi Prima thematis Litera reperitur, idem filum applicandum: Ulteriùs ex alio interstitio, ubi Secunda thematis Litera denotatur, vicissim reducendum, atquè ità in reliquis pergendum. Hisce verò Modis, hoc inprimis commune, ut prò re nata, gis occultandâ, tùm prò faciliori resolutione, à fine thematis, per Literarum*

rum retrolectionem, ordiendum sit, quod cujusquè linquimus arbitrio. Tantùm de Directâ ratione seu Modo: Sequitur Obliqua; Quæ est, ubi uno eodemquè Signo, modò hæc, modò illa Litera, per aliud exprimitur. Fit hic Modus, Nodi per certam mensuram in filo, inductione, & planè coincidit cum illo Modo, quem Cap. 3. attigimus: Nisi quod hæc sit differentia: Ibi, ubi ad mensuram venit Litera, puncto filum insigniebamus, ceù quasi Scripturâ: Hic verò nodum, filo tantùm inducimus, statim ac mensura Literam repræsentandam indicat. Cæterùm non tantum hîc filis operari licet, quin idem quoquè præstare possumus, alijs rebus; ut ecce chartis lusoriis, certâ ratione Literarum potestate donatis: Quam tectè inferiùs Lib. 9. c. 5. Modo nostro 7. explicatam dedimus. Tuum erit operculo detecto, artificium istud ibi venari. Compendiosa verò ratio ea est, ubi non tàm diversis Signis, nec uno eodemquè, sed mediâ quadam viâ procedimus, ità ut Literarum & Signorum contractio, per certam dispositionem Literarum, quam sequens Typus exhibet, contingat. Quâ de re, infrà c. 12. ubi de abecedariâ locutione agemus, plura addentur: hîc paucula saltem, quæ ad Epistolicam rationem magis pertinent, & apparatum desiderant, anticipabimus. Typus verò hic est idem, uti videre licet, qui suprà lib. 6. in pr. cap. 19. est traditus.



Rationem Tabulæ explicabimus inferiùs, c. 14. Hîc notes Numeros Perpendiculares designare ordines Literarum quatuor: Transversales verò ordinum Literas, pro certâ Literâ exprimendâ, exhibere Res varijs additis Signis expeditur: Primò Papyri puræ impressis alterutrius philyræ Signis, Ordinem, in quo Litera exprimenda reperitur, ità repræsentes: Si charta sic ordinetur, ut posteriori philurâ, Signum rectè se habeat, tùm primus: Si inverso modo, tùm secundus: Si priori philurâ, rectum vel inversum sit signum, tùm tertius & quartus designetur ordo. Literam ordinis, ità exprimes: Tot chartas, quot numerus requirit, ità uti edoctus es, prò ratione ordines & colloces: Sic fiet, ut papyri puræ volumine integro, viginti libros distincto, secretissimè literas transmittere possis. Idem contingit, si assumas chartam bibulam, typis impuratam, rejiculam: Discrimen

verò ordinis, à chartæ columnis 16, vel 8, vel 4, vel duabus distinctæ, destinatâ & repertâ complicatione & divisione. Idem experieris in folijs lusorijs, eorundemquè quatuor diversis coloribus, sivè (si ijs simùl vis uti, ad exprimendum numerum) notis: vel etiam unicâ cartâ, putà vario ejusdem positu, ut anteà de purâ papyro dicebamus. Unico folio lusorio, Literas quoquè indicare poteris, quando color istius, primum, positus ejus alterum numerum denotat. Deniquè duobus folijs lusorijs, tres Literas indicabis, si non cures, aliquot volumina eorum foliorum misceri: nec solùm tibi curæ sit, color & positus eorundem, sed etiam partiaris folia, sequenti modo: ut Unica Nota, Rex, Regina & Minister, unitatem: Binæ, Ternæ, Quaternæ Notæ, coloris cujusdam, binarium: Quinæ, Senæ, Septenæ Notæ, ternarium: Et deniquè Octo, Novem ac Decem Notæ, quaternarium doceant numerum. De Granis & margaritis, filo si superducantur, idem judicium esto: De quorum usu, vide sequens Schema ex Vigenerio, p. 252. a. desumptum: Distinctionis quoquè gratiâ, Corallium finitæ cuilibet dictioni, ità per signa expressæ, intermisce.:

GRANA	Aurei	Argentei	Eburnea	Uniones
Aurei	a	b	c	d
Argentei	e	f	g	h
Eburnea	m	n	o	p
Uniones	r	s	t	u

Idem ornamentis ex Setâ confectis, quatuor colorum, perficies, quibus quintum colorem distinctionis causâ, adjungere poteris, ad dem- tandum vel initium, vel intermiscendum, si idem color bis recurrat. Loco quatuor colorum duobus coloribus, quandò quilibet propriâ cor- stat distantiâ etiàm uti poteris: vel etiàm unico colore, si distinctionis gratiâ, vacuus inter- sceatur locus. Numeros etiam illos, tabulæ superiori variatæ inclusos, repræsentare poteris, lineis Libri alicujus impressis, ità ut Lineæ notatæ, Numeros, ad Literam tali artificio exprimendam, ap- ptos exhibeant, quod ità fiet: Numerabis semper à primâ Lineâ, quæ tamen excluditur, ad illam Lineam, quæ Numero, quem qrimo loco Litera exigit, correspondet. Deindè à Lineâ, quæ proximè notatam sequitur, incipies numerare, sic ut itidem excludatur, & pergas, ad eam usquè Lineam, quæ Numero isti convenit, quem Litera secundo loco desiderat. Loco Linearum, foliis etiam vel paginis, idem peragere possumus institutum. Hùc quoquè pertinet subtilis Modus, Literas à quatuor partibus interpungendi, de quô sup. lib. 6. c. 31. actum Applicatio talis sit: Loco punctorum apponendorum, acu leviter chartam perforato, ità ut vix sentiri possit: aut foramen illa, ungue pollicis vicissim obturato: Quô factô si conscius chartam inter oculum, & Solis vel candelæ lumen ponat; nihilominùs deprehendere poterit, ad quam partem Literæ, foramina sint sparsa. Ad similem modum foraminibus, acu, sub dictionum significantium quavis factis, proceder poteris, si jàm tenueris illum Modum, quem inter nostros Modos, sub titulo Corollarij, infrâ lib. ult: c. 5. tradidimus, & quandoquè per Connexionem fieri innuimus.

CAPUT

CAPUT X.

De Repræsentatione Sympathicâ seù Magicâ.

IN consideration nùnc venit, *Secundus Principalis Modus, planè mirabilis. Fit enim & hìc inter absentes & longè remotos, ubi nulla ratio sensus, per se intercedere potest: Et tamen citrà ullam Missionem, quæ Epistolici instituti necessarium consequens est, expeditur. Ex quo patet, hunc Modum,* Mediæ *esse quodammodò* Naturæ, *intèr præcedentem & illum, qui proximè sequitur, sicut antè quoquè dictum. Nam etsi sinè Missione sit, sapit tamen magìs Epistolam, quam Orationem, quæ inter Præsentes intercedit: Ad quam tamen paulatìm flectitur, cùm ex mutuo quasi contactu pendeat, eoquè perficiatur. Hujus generis, tres quoquè Modos, recensere possumus. Primus sit ille, ut quis scribere possit in Angliâ, quod alius statìm Constantinopoli, beneficio cujusdam Speculi, magicâ seù occultâ ratione, ad hoc præparati, ad lumen Lunæ noctu legere valeat. Quam Artem* Fridericus Risnerus in Opticis *jactat, sed sinè demonstratione Modi seu Artificij. Undè & nos eum missum faciamus, ut si in effectum dari nequeat, potiùs apud Authorem suum, inglorius evilescat. Secundum Modum exhibet nobis* Schvventer. lib. 3. p. 97. *quod fiat duarum nauticarum pyxidum, artificiosâ confectione, ac mutuâ sympathiâ. Quod artificium, in primâ editione, hermeticâ nebulâ obscuratum, in auctâ demùm Steganologiâ ipse aliquo modo detexit. Qui volet ipsum adeat, atquè artificium ulteriùs perscrutetur. Tertius Modus sit, partis alicujus, duorum corporum, mutuâ vulneratione & instillatione aliquot guttarum sanguinis: Quò certæ tantùm res, inter absentes notificari possunt. De eo etiàm agit* Schvventerus, p. 111. *ubi tradit & ostendit non leve incommodum simùl incurrere, qui hoc institutum amplectuntur. Fieri enim, ubi conscius moriatur & putrescat, ut & eam Sympathiæ destinatam partem corporis, vivente altero, putredo invadat. Undè viventi necesse est contingere, quod cuidam cum naso adscititio acciderat. Lepida est historia, quam ille* d. loco *fusiùs recenset. Sed nos jàm properamus, ad ipsius Tractationis metam & finem; Indicato tantùm eo, superesse hujus generis adhùc alium Modum, traditum à* d. Schvvent. in Steganol. denuò auctiùs editâ; *quem tùm distillato sanguine duorum Correspondentium, ad extrahendum oleum; tùm ferro quo venæ secantur, procedere & perfici, ibi loci latiùs disserit, p. 147.*

NB. NB. NB.

NB. NB. NB.

NB. NB. NB.

NB. NB. NB.

NB. NB. NB.

148.

CAPUT XI.

De Occultâ Repræsentatione Locutionis Abecedariæ Simplici.

AD umbilicum res jam nobis perducta est, si tertius & ultimus Modus, quem jam aggredimur, nobis sit absolutus. Is, uti suprà diximus, ad Locutionem accedit, & prò Locutione est. Etsi verò Lib. 2. cap. 1. suprà, etiam actum sit, de repræsentativâ Locutione, seu quæ fit per Signa; tamen differt hæc ab illâ, quod hîc non per Signa, rem ipsam immediatè denotantia, sed per talia, quæ mediatè, Literarum potestate & vi acceptâ, rem significant, loquamur. Undè & suprà, Signa in Moralia & Artificialia dispescuimus. Moralia definivimus, quibus per se occultè rem demonstramus: Artificialia verò ea esse diximus, quibus per se vocem aut rem non significamus, sed mediatè, nempè rebus certis, potestatem & vim Literarum ex composito habentibus, conscio amico, Secretas voces, veluti Abecedarij præsentamus. Quæ Signa, hujus tantùm sunt loci. Fit autem hæc Repræsentatio, vel Simplicitèr, vèl compendiosè, vel subsidiariè: In hæc enim tria genera, totam hanc disquisitionem non incommodè conjiciemus: Sic tamen, ut explicatis ijs, quæ in propinquo significanda contingunt, deinceps peculiarem subnectamus applicationem, si è longinquo, interdiu aut noctu, quid significandum foret. Simplex autem Repræsentatio procedit, quandò quot Literæ, tot diversæ res seù Signa adhibentur: vel si paucioribus rebus utimur, earum vicem supplet Numerus, aut diversitas Motus: vel etiam Numerus & Motus simùl. Primus Processus simplicissimus est: Quandò nimirùm singulæ res singulis Literis denotandis inserviunt. Quod contingit, si huic membro Corporis, aut particulæ rei alterius, nomen & potestatem, Literæ Assignandæ adscribas: illi B: isti C: & sic deinceps cuilibet membro, peculiarem Literam adsignes, & cùm jàm Signis loqui velis, eas partes moveas aut digito contingas. Exemplum erit, ut si A indicare statuimus, Aures contingamus: Similiter si B indicemus Barbam: si C, Crines, & sic reliquas: Dentes: Epar: Frontem: Guttur: Humeros: Ilia: Linguam: Manum: Nasum: Oculos: Palatum: Quinque Digitos: Renes: Supercilia: Tempora & Ventrem ostendimus, prò ijs Literis demonstrandis, quæ inscribendis primæ requiruntur. Sic Caput, Occiput, Maxillæ, Os, Mentum, Gula, Collum, Brachium, Pollex, Digitorum aliquis, Pectus, Latus Dorsum, Nates, Lumbi, Genu, Crura, & Pes, Alphabetum referre possunt: Vel si mavis, illas partes, quæ geminæ sunt in Corpore, idem expriment; Ut, Aures, Oculi, Nares, Maxillæ, Scapulæ, Brachia, Manus, Latera, Lumbi, Genua, Crura & Pedes. Sin placeant [illegible] potissimùm partes, quæ faciles demonstratu sunt, (sicuti feciſſe vi[illegible]

mus Schvventerum, Lib. 1. cap. 1.) *nihil refragamur. Si itaquè jam ex-*
primendum sit, sequens pronunciatum: Urbs expugnata est: *Jam digi-*
to, ordine demonstrandæ erunt illæ Partes, quæ nomen & potestatem, illa-
rum Literarum susceperunt. Res facilis est, indè properamus ad reliqua.
Quandò autem tot res, aut rei partes non adhibentur, succedit secundus
Processus, qui à Numero & Motus varietate, *supplementum capit: Quò*
pertinet, si ad numerum pulsus, Literas alicui repræsentamus: quod ità fit;
Cùm Numerus cuiquè Literæ appositus est, ad hunc modum:

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16.
a. e. i. o. u. b. c. d. g. h. k. l. m. n. r. s.

Si itaquè significandum foret; Mortuus est: Jam prò Literâ M ex-
primendâ, decies ter: prô O, quater: pro R, deciesquinquies: prò T, (quæ
hic Derit) octies, & sic deinceps pulsandum erit. Eodem etiam spectat Da-
ctylogiæ subsequens species: ubi etsi decem tantùm Digiti sunt, tamen Mo-
tus varietate accedente, viginti Literæ exprimuntur. Res ità se habet:
Cùm utriusquè Manus Digiti, tantùm Decem sunt, hinc primò fac Alpha-
betum tuum, ut constet tantùm viginti Literis: Deindè Alphabetum, or-
dine bipartito, Digitis ita imponas, ut Sinistræ Manus Digitus Mini-
mus, *A & M:* Famosus, *qui &* Verpus *dicitur, B & N:* Medicus, *qui &*
Annularis *vocatur, C & O:* Index, *D & P:* Pollex *E & Q:* Dextræ *au-*
tem Manus Pollex, *F & R:* Index, *G & S:* Verpus, *H & T:* Annularis,
I & V: Minimus, *L & Z, vim & potestatem suscipiant. Quo constituto,*
si jàm clàm alijs, itineris socio significare velis, mentis tuæ conceptum, qui
est: Imminet periculum: *inter gesticulandum, quasi aliud agas, recur-*
rendum erit, ad hoc artificium: Ita tamen, ut ex composito, amicus sciat &
advertat discrimen, quomodo, quandocunquè prior aut posterior Literæ
alicujus Digiti, denotanda veniat; Digitus illo casu porrigatur, hoc verò,
levitèr adhùc incurvetur, aut mensæ attactu leviusculo admoveatur. E. g.
Quia prima Secreti Litera, in priori ordine, Annularis Dextræ Manus
Digiti reperitur, saltèm is porrigendo ostendendus est: At subsequens Lite-
ra M, cùm in posteriori ordine Digiti Manus Sinistræ Minimi, deprehen-
ditur, ejusce modi diversâ, uti dictum, applicatione, demonstranda erit. Se-
quitur tertius Processus, qui uti Secundus Primo: ità Hic Secundo magis
compositus est: Utrumquè & Numerum & diversitatem Motus *inclu-*
dit. Quò accommodanda altera Dactylogiæ Species, quæ computatione
Digitorum, prò exprimendis Literis nititur, & eorundem porrectione, in-
flexione & incurvatione variâ perficitur. De quâ latè Porta, Lib. 1. c. 11.
pòst Bedam, Macrobium, Iræneum Theologum, Lucam
Minoritanum, & Pierium in Hierogly-
phicis; *agit.*

CAPUT XII.

De Locutionis Abcedariæ Repræsentatione compendiosâ.

EXuit Simplex & κατὰ πόδα facta Repræsentatio : Sequitur illa, quam Compendiosam diximus. Compẽdiosam ideò vocamus, quia hìc Alphabetum ad pauciores & maximè necessarias, e. g. ad sedecim Literas, redigitur: (Vid. sup. Lib. 5. c. 10:) Deindè Numerus & Varietas Motus, ad certas putà quatuor Classes Literarum, per quaternionem dispositarũ, coarctatur. Quæ res usum magìs commendat, & quòd incommodè aliàs fiebat, expeditum & planum reddit. Quocircà in eâ explicandâ, tantò erimus diligentiores, quantò magìs ingeniosis, sicpràn obis laudati Comitis Oetingensis, excogitatis, & hìc utifrui, nobis volupe est. Res verò ità procedit: Constitutis sedecim Literis, quaterniones Literarum, cum numeris transversalibus & perpendicularibus, ità erunt constituendi, veluti typo, sivè Schemate, in pr. c. 19. lib. 6. exhibentur. Inserviunt autèm Numeri Transversales Literarum ordini: Perpendiculares diversis Classibus seù Regionibus, in quas Literæ collocatæ sunt. Ad Classes verò seù Regiones denotandas, utimur, vel diversis quatuor rebus, vel unius rei diverso habitu, situ ac positu. Ut autem quænam in ordine cujusque regionis Litera repræsentetur, depræbendi possit, motu, positu vel demonstratione unicâ, binâ, trinâ vel quaternâ est indicandum. Quod Exemplis evadet clariùs: Quæ cùm infinita penè sint, ad quinque Sensuum cancellos revocabimus. Nam omnibus Sensibus, conscij Amici, ità per Signa loquì possumus, ut is, vel Visu, vel Auditu, vel Tactu, Gustu & Olfactu, mentis nostræ conceptus, hac ratione intelligere queat.

Visui repræsentamus Sermonem, Signis variis: putà, Gestu alicujus partis corporis: Usurpatione rei alterius: vel deniquè Immissione Radiorum. Gestu ita: Primò Oculorum Motu, flectendo eos, sursùm, deorsùm, ad lævam, ad dextram: Deindè Numero Motus, prò regione primâ, vel secundâ, vel tertiâ, vel quartâ exprimendâ. Quatuor Digitorum (2) ostensione, utriusquè Manus: Ità ut Lævæ Index primam: Medicus secundam: Annularis tertiam: Minimus seù Auricularis quartam Regionem: Dextræ verò Digiti, cujusque Regionis Literam vel primam, 2. 3. vel 4 referant. Vel uniusManus (3) Digitorum motu unico, bino, trino ac quaterno. Digitorum (4) attactu; ut Frons, primam: Nasus, secundam: Os, tertiam: & Mentum, quartam regionem designet. Pedum (5) secundùm diversas partes, nempè Dextri Pedis digitos, qui primam: Et Calcem, quæ secundam: Ac Sinistri digitos, qui tertiam: & Calcem, quæ quartam regionem denotant; motu singulari vel plurali. Usurpatione rerum aliarum, sic repræsentatur: Gesticulatione (1) Digitorum cum cultello, Ejusdem apicis superiori, primam: inferiori vel versâ parte, secundam: dorso, tertiam: & acie quartam denotant.

tante Regionem. Cum orbiculo (2) aliquantùm elevato, superiori ac inferiori parte, ac utroquè latere, regiones referente, cum impositione alicujus digiti. Crucis (3) formæ usurpatione, in mensâ depictæ, ejusquè quatuor partium contactu singulari aut plurali, proùt Litera exprimenda requirit. Applicatione (4) factâ, ad Foramen Fenestræ quadratum: Baculo, modò superius & inferius: modo dextrum, modo lævum attingendo latus. Rei (5) quadratæ, per fenestram ostensione, & quatuor ejus partium attactu. Sequitur Immissio Radiorum, quæ fit Speculo ceù Instrumento. Primò autem centrum radio Solis figendum est, quod notet is, cui indicare quid volumus: Deindè si ultrà Centrum, radium projicit, denotatur Regio, statio seu ordo primus: Si citrà secundus: Si à lævâ, tertius: Si à dextrâ, quartus ordo. Simili penè huic est, si quis noctu, vel in tenebris, in medio penè fenestræ, Candelam ità collocet, ut aliâ Candelâ, vel suprà vel infrà, vel ad utrumquè latus luminis, quatuor, differentiæ gratiâ, partes, signare & habere possit.

NB. NB. NB. NB. NB. NB.

Auditui porrò etiam variè repræsentamus Sermonem: Ità ut pulsus Mallei, primam stationem: Screatus, secundam: Sibilatio, tertiam: & Palmarum conquassatio, quartam occupet: Atquè Actus tot interveniant, quot Literarum superior numerus, requirit. Ità Lyram, Cymbala, & id genus alia, adhibere licet. Concinnum est, & ad jucunditatem compositum, si quis antè Conclave, ubi Servi & Ministri apparent, quatuor tintinnabula, ordine numeris 1. 2. 3. & 4. insignita habeat, diversis ad differentiam coloribus tinctis funibus, quibus tintinnabula illa agitantur. Quod si jàm Dominus, clàm præsentibus, aliquid fieri velit, alicui Servorum, in conclave istud vocato & intromisso, eo artificio, quod hactenùs docuimus, negocia commendare potest.

Eodem modo Tactu, in tenebris loqui licet, quatuor digitos palpando: utì olim, repentè porrectis digitis, certantium uterquè, numerum divinare solebat: undè Proverbium natum, Micare in tenebris: Cic. 3. Offic. Erasm. in Adag. 1823. Sic per Digitorum, & Calcis utriusquè Pedis contactum, significare possumus. Ità quoquè eodem modo contingit, si attingimus Digitos, Calcem, Plantam & Dorsum Pedis.

Nec ab hoc artificio excludendus Gustus: Si quatuor Potus genera diversa, ut Aquâ, Cerevisia, Vinum vulgare & Malvaticum, quis quasi ad prægustandum, præbere conscio velit toties, quoties Numerus requirit.

Pari modo, si Unguenta diversi odoris adhibentur, procedendum est, ut etiam Odoratus, in consortium hujuscè rei, omninò veniat. Possunt deniquè hi duo ultimi Modi, misceri, ut quædam Gustu, quædam Odoratu perficiantur, secundùm quod conventum est. Hùc insuper quædam ex ijs, quæ suprà Cap. 9. hìc attulimus, applicari & accommodari possunt, quod industriæ cujuslibet relinquimus.

CAPUT

CAPUT XIII.

De Locutionis Abecedariæ Repræsentatione Subsidiariâ.

Subsidiaria nobis appellatur; quia non directò sed per aliud in subsidium Visus, qui aliàs eò pertingere nequit, contingit, ut impediti interstitio, nihilominùs videre queamus, quid alter incoclavi aut præcluso loco faciat. Fit illud beneficio Speculorum tùm recipientium Signa occultæ Locutionis, tùm reflectentium. Structuræ & Collocationis rationem, docet Cardanus, lib. 4. de Subtil. Et de Rer. Variet. Lib. 13. c. 63. pag. 874. *Applicationem ad nostrum institutum ostendit* Schvvent. Lib. 3. n. 1. & 2. *Quò, quia in omnium manibus est, avidum Indagatorem remittimus.*



CAPUT

CAPUT XIV.

De Locutionis Abecedariæ repræsentatione, è longinquo.

DAntùm de illâ Repræsentatione seù Locutione, quæ inter non longè disitos & remotos intercedit: Sequitur, ut breviter percurramus & illos Modos quasi loquendi, qui eminùs contingunt. Ubi eadem procedendi ratio. Aut enim citrà compendium Simpliciter; aut per Compendium; aut per Subsidiarium Instrumentum, fit operatio. Ideò distinctionis gratiâ, genera illa & hic observabimus, & simul in quoquè genere advertemus, ad circumstantias Temporis & Loci. Diversa enim applicatio sit, si interdiu vel noctu, è latentibus Campis in Urbem, vel viceversâ ex Urbe, in latentes campos, desideria nostra manifestare cupimus.

Citrà compendium *contingit, quandò Numerus, quo Litera quæquè insignita est, exprimitur tot bombardarum grandium ictibus, aut campanæ pulsibus, quot opus est. Verùm cùm partim immensis sumptibus, hic Processus constet, partìm pluralitate pulsuum tædiosus sit, vix est, ut extrà supremam necessitatem, usu sustineatur. Eò pertinet Modus ille, noctu ex urbe, unicâ face quid significandi: Sic tamen ut quot Literæ, tot variationes in promovendâ & removendâ face adhibeantur. Quod cùm satis prosecutus sit, qui in omnium manibus est,* Schvventer. in auctâ stegan ol: p. 83. *ideò avidum Lectorem eò quoquè remittimus: Ubi* pag. 89. *reperiet alium Modum, minùs dimidio motuum ambagibus intricatum: Sed ibi necesse est, duas adhibere faces. Quandò verò intercapedo tanta est, ut discrimina motuum, cum facibus peragendorum, oculorum aciem fallant: Tùm ex Turri ostendenda major fax aut Laterna, toties, quoties Literæ numerus, (sicùt anteà de ictibus Bombardæ, & pulsibus Campanæ dicebamus,) ostensionem requirit. Hùc non inconcinnè quadrant sequentia, ex* justi Lipsij Dialog. 9. Lib. 5. de Milit: Romanâ, *desumpta:* Sed « de Turri, alio etiam fine Ignes in turribus aut speculis fuisse, probè « scio: nempè ad indicandum aliquid, aut significandum. Cæsar: « *Ignibus significatione factâ, ex proximis Castellis eò concursum est.* Tale « hoc Genus, Græci dicunt φρυκτὸς. Suidas inter alios: *Phryctì, faces* « *quædam è ligno factæ, quas super muros ferentes, significant vicinis aut so-* « *cijs, cùm vident hostes adventantes. Atquè etiàm cùm socios vel auxilium* « *vident: sed cum istos, gestant faces quietas; cùm hostes, quatiunt & mo-* « *vent.* Talia Scholiastes Thucididis; & res ab ipso Thucidide ali- « quotiès memorata, & crebrò alibi in Græcorum actis. Convenit « quod Polybius ἀφ' πυρσῶν σημαίνειν, *per faces significare* dicit: & varium « usum ejus rei explicat, & posse prò Literis etiam esse. Cùr hodiè « ignorant

NB. NB. NB.

„ ignorant aut negligunt? Et alia usurpant magis molesta & minùs
„ certa. Inventum hoc Sinoni adtribuit Plinius: *Specularem significationem Trojano bello Sinon invenit.* Et Q. Calaber:
„ *Tùnc Sino flagrantem faculam sublime levavit*
„ *Ostendens Græcis Ignis decus.*
„ Sophocles verò, Alcidamas & Gorgias, Palamedi adtribuunt: quod
„ ille invenerit faces, optimos & celerrimos nuntios, in malum Troja-
„ norum. Romani etiàm usurparunt, ut Scipio apud Numantiam,
„ quem Appianus scribit, *divisisse castra & per partes assignasse Tribunis,*
NB. NB. NB. „ *cum præcepto, ut si impeterentur ab hoste, de die panno rubro in hastâ sub-*
„ *lato significarent: de nocte, igne.* Ut Cæsar: *Celeriter, ut antè imperaverat,*
NB. NB. NB. „ *ignibus significatione factâ, ex proximis castellis eò concursum est.* Ve-
getius inter ulitata refert: *Si divisæ sint copiæ, per noctem flammis, per*
NB. NB. NB. *diem fumo significari socijs.* Hæc Lipsius.

Porrò Johannes Barclajus, in Argenide suâ, lib. 1. *hos Ignes ele-*
„ *gantèr sequentibus describit:* Publicos Ignes nefas accendi, nisi regio
„ jussu, & cùm gerendis rebus celeritatem, Salus publica imponit:
„ Nam temerè hi ignes non excitantur. *Et paulo post:* In cujusquè col-
NB. „ lis jugo arbor videtur in longitudinem mali defixa, cujus apex in ca-
„ veæ modum, ferro undiquè per radios præcingente laxatur. Hæ
„ sunt publicæ arbores, ad idipsum constitutæ, ut ad Regis imperium
NB „ impositis in vertice Facibus, negocij signum dent, quod illicò opor-
„ teat per populum procurari. Et hos Ignes (*in Regno Siciliæ*) Anga-
„ ros vocant. Qui primi illos conspiciunt, statim & ipsi suorum mon-
„ tium juga, pari fulgore illustrant, & ab his porrò admonentur qui
NB. „ longiùs colunt, donèc totam Insulam flamma mirabili celeritate
„ percurrerit. Populus interìm in armis stat, ad obsequium cui desti-
„ natur paratus. Et haud mora à Rege nuncius pervadit in proxi-
NB „ mam Urbem, publicequè quid Ille fieri velit, enunciat. Indè Cives
„ recentibus equis deferuntur in proxima oppida, à quibus & in alias
„ urbes, eadem celeritatis fides exigitur. Ità continuatis officijs Si-
NB. „ cilia ad Principis nutum, penè momento erecta est. Nec huic insti-
„ tuto utilitas abest, cùm Hostium Classis furtìm in Insulam timetur
„ appulsura. Nam qui Portubus præsident istâ flammâ admoniti,
„ tùm catenas suis claustris obijciunt, tùm in transtris remiges ha-
„ bent, si opus est, navigia in pugnam provecturos. Sed & populus
„ sub suis Ducibus Tribunisquè à signis non recedit, ut nec si fefelle-
„ rit in littore hostis, in imparatam Insulam possit invadere. Est
N. NB. NB. „ & alius publicorum Ignium usus, si quis Reus, quem publicè inter-
„ sit ulcisci, vel fugam extrà Siciliam adornat, vel in ipsâ Regione,
„ amicorum aùt montium fide contegitur. Nam his ignibus semel
„ accensis, nefas est ullam ex Siciliâ navem solvere, & quisquis suâ do-
mo com-

mo communicaverit Reum, hunc eodem crimine pœnaquè leges censent. *Quæ hactenùs à* Liplio & Barclajo *tradita recensuimus, licet non faciant propriè ad nostrum institutum, sed ad* Cap. 1. Lib. 2. *pertineant, non incommodè tamen ibi omissa hîc supplemus. Sed ad propositum.*

Per Compendium *autem significamus, adhibitâ Tabulâ ejusmodi, qualem suprà c. 9. descripsimus. Nos missis ijs, quæ* Cardanus Lib. 12. c. 61, de rer. variet: p. 811. ad 814. Porta Lib. 1. c. 10. & Schvvent: à pag. 56. ad 86, *hac de re tradunt, elegantissimos* nostri Comitis *Modos sequentes, tantùm attexemus, utpotè qui tùm facilitate, tùm rectitudine alijs præstant. Primus Modus est, si interdiù quid significandum, sivè in Urbe, sivè extrà Urbem.* Si in Urbe, *tùm Vexillum aliquod prægrande, quod formam habeat Crucis, in modum Theatrici cujusdam Pontificalis Vexilli, cujus velum prominus propendeat in prærealtâ Turri, erigatur immobile: Mox aliud assumatur, quod ad quatuor illas partes, pro numero Literæ, semel aut pluriès agitandum.* Si extrà Urbem, *tùm in Campis, edito loco, idem fieri potest: Sic ut is, qui in Urbe est, & ejus gratiâ Turrim ascendit, commodè & discriminatim agitationes illas advertere & percipere possit. Sed commodiùs id fiet, per quatuor vexilla, juxtà se posita. Sin* (2) noctu, *tùm subdio habendus foculus, seù ignitabulum aliquod immobile, & ad ejus quatuor angulos, faces prò numero Literæ agitandæ: vel etiam in medio ejusmodi ignitabulum ponendum itidem immobile, cui quatuor,* (*quæ prò designatione Literæ sursùm deorsumvè moveri debent, in altum trahendo, vel ad imum demittendo*) *apponenda alia ignitabula, ad ordinem sequentis typi.*

1
0
2 0 0 0 4
0
3

Sed & quatuor foculis, juxtà se positis, idem perfici posse, nemo est, qui non videt. Quibus & alijs inventis, jam facilè addi, similequè quid, Praxi & Usu, rerum Magistro Duce & Auspice adhibito, effingi potest, quod jam in medio relinquimus.

Videndum deniquè esset, De Subsidiariâ ratione, ubi Litera è longinquo repræsentata, quam Visus discernere nequit, beneficio duorum Instrumentorum, (*quæ hîc sunt dimidiæ rotulæ seu orbiculi*) *rectè per dimensionem paratorum, & inter se, justâ ratione dispositorum, statim exactè,*

exactè, alicujus lintei, vel alterius rei conſpicuæ oſtenſione, conjici poteſt. Verùm quia, poſt Franciſc. Keßlers/ in Tract. der Ortforſchung/ *tradita, hujus rei exacta deſcriptio, tùm quoad rotulæ ſtructuram, tùm collocationem, applicationem & uſum, apud* Schvvent: Lib. 2. p. 37. & multis ſeqq. *habeatur: Ideò ejus deſcriptione, actum agere nolumus, ſed hic, cum ampliùs nihil reſtet,* Mediorum Tractationi, *cum Bono Deo, finem imponimus.*






LIBER

LIBER NONUS ET ULTIMUS.

De GYMNASIA, SEU EXERCITATIONE, NOSTRÆ CRYPTOMENYTICES.

TABULA Synopsin hujus Libri continens.

- Cryptographiæ 3 pars, et Gymnasia (vid. Lit. M. ab. 1) seù Usus; in quo c. 1. consideratur
  - Subjectum, c. 2. scilicet Persona, vel
    - Quæ occultè significat: Ejus proprietates sunt
      - Justitia,
      - Prudentia,
      - Solertia.
    - Cui occultè significatur.
  - Objectum, c. 3. quod ad Scripturam restrictum, distinguitur, ut Scriptura sit occulta, ratione
    - Literarum,
    - Cifrarum,
    - Utrarumquè.
  - Actus ipse Exercitationis, qui c. 4. consistit, in
    - Rei Tractatione: Imitatione: Ubi in ejus gratiam, c. 5. Septem adhuc Modi Steganographici traduntur, quorum
      - Tres priores Simplices sunt:
      - Quatuor posteriores transpositionis ornatu incedunt.
    - Resolutione Tractatorũ; quæ spectat, vel
      - Artem nostram: Et est Interpretatio; de quâ agitur, in
        - Genere, c. 6.
        - Specie, c. 7.
      - Facta quædam occultata: Et nascitur Detectio eorum, c. 8.
      - Effectum, seu opus quoddam artificiosum, occultâ ratione clausum: uti est, Sera Buteonica, cujus tradenda erit Reseratio. c. ult:



CAPUT PRIMUM.

Generalia de hac re tradens.

COMMUNIS RATIO OMNIS, AD OCcultam Denunciationem pertinens, per Prolegomena, & ipsam Mediorum Tractationem, satis opinamur, illustrata & ad finem, Libris octo præcedentibus, hucusquè est perducta. Nùnc restat, ut Gymnasiam, *quam tertiam partem Occultographiæ nostræ, ab initio constituebamus, adeamus: Campum nimirùm Exercitationis & Usus, qui magis circà Specialia versatur.* Usus *enim, monente* Philosopho, est singularium, 1. Metaphys. 1. *Sicut Usus, mentem deducit ad applicationem eam, quæ est singularium. Cùm verò hæc applicatio, non levem circumspectionem & prudentiam desideret: hùnc operæpretium duximus, ei quoquè rei, Tractationem aliquam impendere, nè quid desiderari meritò possit. Quam partem ut rectè explicemus, necesse est, ùt ad tria hæc,* Subjectum *nimirùm*, Objectum, & ipsum Actum Exercitationis *advertamus. Quæ ipsa, cùm consideraverimus, nihil ampliùs, quàm Comicorum illud*

PLAUDITE, *Lector expectabis. De his ergò nùnc ordine.*

CAPUT II.

De Idoneo Subjecto Cryptomenitices, ejusquè conditionibus.

PErsonam, Rem & Actionem, *necesse est, in re conficiendâ concurrere. Quod &* Justinianum *in Elementali Jurisprudentiâ secutum esse, deprehendimus. Ità hîc nobis usu venit, in nostrâ Praxeos hujusce delineatione, ut de ijs dicendum sit; uti jàm* sup. Cap. *indicavimus. Videamus autem* hoc Capite, *de* Personâ. Nomen *ab ipsâ Arte mutuamur, & in* Personam *transferimus, ità ut* κρυπτομμυτὴς *seù* Cryptomenyticus *vel etiam* Cryptologus, *nobis vocetur. De ratione Nominis in abstracto,* sup. Lib.1.c.2. *dictum est, ut hîc, ubi de concreto agimus, nihil monere ampliùs necesse sit. Est verò* Cryptomenyticus *Persona, circà animi conceptus, occultè alicui nunciandos seù significandos occupata, ùt hac ratione tùm suæ, tùm publicæ, tùm proximi saluti, honestè & utiliter consulat. Proprietates seù virtutes ejus tres sunt,* Justitia, Prudentia & Solertia. Solertia *ejusmodi habitus est, qui inter Præcepta & Usum Artis, medius quasi intercedit, cum vi quadam applicativâ Generalium ad Singularia. Quem non ineptè quis, Pædiam, appellare possit.* Aristoteles Lib.6.Ethic. *vocat* συνεσιν, *quæ sit Prudentiæ Comes quidam. Hæc verò Solertia, nullis acquiritur præceptis ipsius Artis, sed tantùm peculiari manuductione eget, tùm etiàm frequenti mentis descensu ad singularia, seù ad ipsa Exempla. Quâ de re* infrà Cap. 4. *adhùc dicendi locus erit.* Prudentia *ipsa, magis Artis penetralia spectat: Quæ & hîc locum sibi vendicat. Est enim & huic Arti, sua quædam Prudentia, quæ similitudinem habet, cum Prudentiâ Politicâ. Sicuti* Aristoteles, *simile quid, etiàm de Rhetoricâ innuit, si quis rectè ad verba ejus, quæ extant,* Lib.2.Rhet.c.2. *advertat, dùm inquit:* Rhetorica est quid-
„ dam agnatum doctrinę de Moribus. Vide Keckermann: Lib.1.Spec. Rhet:c. 2. *Hæc quia circumstantias Temporis, Loci & Personarum perpendit, mirificè novit se eis accommodare: Exactè conditionem Personarum, quibus clàm scriptum esse vult, ponderat, atquè ejusmodi artificia adhibet, quibus, etsi versutiores sint, eos tamen naso suspendere possit. Ità respicit quoquè Personas, cui vel quibus significatum cupit, ut attemperet se ad captum illarum. Est ubi occultè loquendum vel scribendum vel signo denotandum, alio atquè alio tempore & loco dictat. Perspicit ubi non tàm Scriptione quàm clancularià Missione, & Epistolæ tectâ Absconsione, opus est. Quin & ipsos Modos, sale attemperat, aliterquè sæpè ex composito applicat, ac Præcepta Artis jubent.* Justitia *deniquè, quam hîc consideramus, finem Artis nostræ contingit, qui est, consulere tùm nostræ, tùm privati alterius, tùm publicæ saluti. Consulere autem debet, non quavis ra-*

tione,

tione, sed honestâ. *In honestis enim rebus sitam esse debere Exercitationem hujus Artis, volumus, non ut quis per eam scelera procuret, patriam prodat, aut invidiâ celet, ob publicam utilitatem non celanda. Quod ipsum nè fiat, Justitia Universalis providet,* quæ est, *juxtà* Connan: in Comment: Jur. Civ. 6. n. 10. comes & adjutrix Naturæ, actionumquè omnium nostrarum custos & gubernatrix, ut quæcunquè agimus aut dicimus (*addamus & nos, aut scribimus*) quæ ad alterum pertinent, hujus unius tutelæ subjiciantur. *Ex quô, quâ ratione, Justitiæ universalis istius particula hùc pertineat, obscurum nemini ampliùs esse confidimus. Sunt præterea etiàm facultates & proprietates quædam, ut* Ingenij acumen, Eruditio, *& alia nonnulla, quæ hùc videntur pertinere: De quibus tamen, utpotè magis communibus, non attinet hîc multa congerere.* Adjunctum *necessarium Cryptomenytici, est* alia Persona, cum quâ communicanda negocia: *Quæ ijsdem Virtutibus, Arte & Experientiâ instructa esse debet. Indè ejusmodi & non alia eligenda, nisi fructu laboris, frustrari velis. Cautio verò sit, ùt, imminente ejusmodi necessitatis tempore, quô occultæ Scriptionis usus præcipuè esse possit, de ejusmodi Personâ nobis prospiciamus. Evenit quandoquè, ut is, cui occultè quid, suadente ità necessitate, communicandum est, de hisce, quibus superioribus Libris diximus, nihil prorsùs intelligat. Quid faciendum? Non tàm ad Scriptionis, quàm ad occultè scriptum occultandi Modum aliquem recurrendum, & aditu omninò præcluso, sinequè ullâ ratione occultationis illius præmoneri possit, Signo quopiam evidenti & in oculos incurrente, manifestandum, occultè aliquid latere:* Vid. sup. Cap. 7. Lib. 8. *ubi de Modis Occultæ Missionis egimus: Quæ omnia necessitas, magistra multarum Artium, feliciùs suppeditare solet, quàm hîc tradere potuerimus.*

CAPUT III.

De Objecto seù Rebus, circà quas Exercitatio versari debet.

PErsonarum *conditione explicatâ, de* Rebus *nùnc videndum, quales sunt* Loquela, Scriptura & Indicina Signorum occulta. *Quarum Species eô ordine, quô Libris superioribus, Modos singulos excussimus, enumerare cuivis in proclivi est; nos supersedemus. Sed alia hîc ad usum magìs accommodata distinctio, & quidem* Occultarum Scripturarum (*Nam loquelæ, sicùt & Demonstrationis Signorum, tanta hîc ratio non habetur*) *tenenda est, quæ sit talis:* Scriptura Occulta, *aut est tantùm Literarum, aut tantùm Cifrarum, aut deniquè Literarum Notas simùl appositas habentium. Scripturæ Occultæ primum Genus iterùm est, vel* Literarum hinc indè Dispersarum: *Vel* cum alijs Concurrentium: *Vel deniquè* cum veris Transpositarum: *Quarum Scripturarum illa, quæ constat Literis dispersis, in* Lib.2. *Ista, in* Lib.3. & 4: *Hæc in* Lib.5. *pertractata invenitur. Alterum verò Occultæ Scripturæ Genus, est* Cifrarum, *vel Directò vel Obliquè vel Inversâ ratione Literis respondentium: De quô, peculiari* Lib.6. *actum est. Tertium Genus* Mixtum *est: Habetquè Notas aut Consignificantes, quarum Exempla* Lib.5. *extant: aut seorsìm Significantes:* Vide *Exempla* Lib. 6. c.29. *aut subjectas Literas Transponentes:* Vide Cap. 30.31. & 32. d. Lib. 6. *Qui rectè hæc Genera, & Singulorum jam enumeratas Species distinguere, deprehendere & dijudicare valet, is sciat, ad* Exercitationem *tantò feliciùs conficiendam, se magnum adjutamentum consecutum esse. Est adhùc alia distinctio tenenda, sed quæ tantùm ad* Exercitationis *partem,* Interpretationem *facit. Alia enim Scripturæ est interpretatu difficilis: alia, adhùc operosior: alia, nullâ ratione dissolvenda; Ut illa plærunquè est, quæ Clavi utitur separatâ & prô libitu variabili.*

CAPUT

CAPUT IV.

De ipso Exercitationis Actu.

SEquitur Actus Exercitationis, *quem triplicem quoquè faciemus: Ut unus consistat in* Rei Tractatione: *Alter in* Imitatione: *Tertius in* Rei tractatæ Recognitione, seù Resolutione. Exercitatio, *quæ in* Rei Tractatione *consistit, non indiget ulteriori explicatione. Satis enim de eâ, actum dictumquè est, in ipsâ Mediorum Tractatione, ubi Præceptis Exempla sunt subjecta, usum satis superquè, in singulis Modis demonstrantia: Ubi & illum Usum observandum diximus, quô diversorum Modorum artificia conjunguntur: Quocircà nihil addendum hîc erit, si hoc unum monuerimus, scilicet cum delectu,* Exercitationem *hanc instituendam esse.*

Accedamus modò ad Imitationem.



CAPUT

CAPUT V.

De Imitatione.

SEquitur *Exercitationis alter Actus*, Imitatio, *de quâ rectissimè dixit* Flaccius Albinius: Fructus legendi is est, ut æmuleris, quæ in alijs probas, & quæ maximè in aliorum dictis miraris, in usum tuum, oportunâ derivatione convertas. *Hæc* Imitatio *contingit, quandò discentis conformatio fit ad imaginem alicujus egregij Doctoris seù Artificis. Ità libuit nobis imitari præcellentissimum in hâc Arte* Trithemium, *conscriptione sequentium Exemplorum seù potiùs Modorum: Cùm quodlibet Exemplum, Modum peculiarem constituat: Veluti ex Clavi cuilibet Exemplo præmissâ, liquere potest. Scopus est, ùt calumniis eorum occurramus, qui inventum* Trithemianum, *quod habet in* Steganographicis, *prò nihilò venditant, quasi se nimiùm is dilataverit, quod uno vel altero verbo expedire potuisset. Hìc enim* Steganographica *illa, adhùc majora & magis amplificata damus, ut sentiant boni illi Viri, & plura restare in* Steganographicis, *quæ excoli possunt, quàm ab ipsis sciuntur. Nec etiam dubitamus asserere, eos, etiamsi totum illud* Trithemianum *artificium deglutierint, attamèn parùm de his similibus vè Modis capere, nisi Clavis ministerio eorum rationem, vel beneficio nostro, nanciscantur. In hunc verò locum, hosce Modos rejicere placuit, tùm ut constaret de* Imitatione, *tùm ut* Enodatio Steganographiæ Trithemianæ, *quam* suprà Lib.3. *dedimus, sola & intacta ibi relinqueretur. Cùr verò sola* Steganographica *hìc ad* Imitationem *seleg-rimus, cùm ut patuit hactenùs, abundè, plures essent Modi, de quorum omnium* Imitatione *hìc agendum fuisset, ratio est, quod ex ipsis Exemplis reliquorum Modorum, superioribus Libris explicatorum, de* Imitatione *constare possit, quod hìc secùs. Etsi enim in illis* Trithemianis *Exemplis,* Imitatio *quoquè facilè perspicitur: Quia tamen* Trithemio *placuit magis fundamentum extruere, quam totum ædificium perficere: magis Simplices Modos proponere, quam compositos tradere: Indè ansâ arreptâ hanc partem præcipuè hìc excolere nobis visum fuit, vel hac insuper causâ moti, quod hoc genus, minimè omnium suspicioni sit obnoxium. Ut verò etiam alios, superiùs traditos Modos, sivè illi Dissemination, sivè Transpositione, sivè alio artificio constent, Imitatione & adinventione aliorum Modorum, adaugeat quis & locupletet, tantùm abest, ut ei invideamus, quin potiùs hoc ipso, illum invitatum volumus & cupimus. Cæterùm antequam sequentes nostros Modos aggrediamur, de tribus monendus es Lector, nempè mirùm de* Numero, Materiâ, & *denique* Formâ *horum Modorum.*

Numerum *quòd attinet, in universum tradentur Septem, vèl cum Corollario, octo: Non quòd plures non sint, aut esse nequeant, sed ùt in his*

Modis deniquè etiam modus reperiatur: Cùm, sicut Natura, ità quoquè ars, infinitum abhorreat. Quorum tres priores, citrà Transpositionis involucrum procedunt: Posteriores quatuor, Transpositione exornati inveniuntur. Id quod primo loco benè observes.

Materia quam hìc consideramus duplex est: Interna & Externa. Interna est, quæ intùs veluti nucleus, in putamine latet: Vulgò indigitamus Secretum. Ubi elegimus res plerumquè ejusmodi, quæ Institutum Cryptographicum nostrum, magìs illustrarent & adaugerent. Tradidimus enim & explicavimus, sub plerisquè Exemplis, Modos adhùc nonnullos elegantes, quos studio suprà omisimus, quia noluimus eos ità vulgariter detectos. At verò, cum horum Modorum Explicatio, contextum orationis, satis prolixum desideraret, & proindè Literarum steganographicè occultandarum cumulus excresceret, de Materiâ Externâ, quâ vestienda & tegenda erat Interna, eramus solliciti. Non placebat Trithemiana ratio, è Sacris Literis conferciendi has lacunas, quæ positis Secreti Literis exstiterunt, aut Precum integumento, res profanas obvelandi: Sed nec res Philosophicæ aut Politicæ severiores arridebant: Nec ob nimiam prolixitatem, quæ ratione dictæ Explicationis susceptæ, necessariò emergebat, Epistolicæ & vulgares quotidianæ res, huic instituto sufficiebant. Tandem occurrebant illæ hebdomadariæ Relationes & Discursus, quibus horum Temporum Actus & Facta, vel recensentur, vel dijudicantur. Quæ Relationes & Discursus commodi nobis visi sunt, ut lacunis istis complendis adhiberentur. Contexuimus itaquè exindè Orationem, citrà ullum præjudicium veritatis aut cujusquè Juris. Nihil enim tùm Temporis curabamus, verinè àn falsi essent, sicuti posteà falsos multos deprehendimus: Ineptum rectenè an iniquè judicarent Discursuum Authores. Nequè enim hoc, id est alienissimo loco, de istis arduis rebus, quicquam decidere, cordi nobis fuit: Sed uti diximus, materiam hanc elegimus ita pertractandam, ut ad nos missa fuit; Eo scopo, ut ejus ministerio, secretas Literas, steganographico vestimento, induere possemus. Quocircà te, quisquis eris, monitum volumus, ut præter voluntatem, mentem & scopum nostrum, hæc scripta dictave nè non accipias, nec aliò interpreteris. Et si ad palatum tuum non faciant, averte oculos & mentem à sensu Verborum, & hoc age, cujus gratiâ hæc acta & scripta sunt; Id est, Enuclea tantùm Nucleum.

Tertium quòd præmonendum duximus, spectat Formam. Forma itidem Interna vel Externa est. Interna est ipsa dispositionis ratio, quâ singuli Modi constituti sunt. Hujus Formæ explicatio, præmittitur singulis quoquè Modis, sub titulo Legis seu Clavis, cujusquè Modi. Sed ut hæ ipsæ Leges & Claves intelligantur, cura adhibenda est. Eò autem nonnihil facere videntur illa, quæ de hoc Genere fictitij Sermonis, quò etiam hæ Claves perpetuò constant, suprà Lib. 4. c. 7. in medium prolata sunt, & passim in Resolutione Clavium Trithemianarum, toto Lib. 3. occurrerunt.

runt. Sed deprehendes hìc majorem difficultatem, quod studiosè & artificiosè Literæ magìs hìc disseminatæ sint, uti facilè tibi allucebit. Quocircà in genere, prò resolutione sequentium harum Clavium, Fundamentis loco, probè notabis & observabis, PRIMUM regulariter cujusquè Clavis, & uno casu, qui in Quarti Modi Lege seu Clave contingit, PENULTIMUM VERBUM: Veluti sunt, Geradiel, Soleviel, Pyrichiel, Menadiel, Bydiel & Macariel, Trithemio *Spirituum nominibus donati termini. Hisce enim ceù Indicibus insinuatur Clavis tùm Lectio directa ac retrograda, tùm Literarum & Dictionum certa dispositio: Ità ut ratione integrarum Dictionum, & cum Dictionibus fictis, prò naturâ Spiritûs Literæ dissèminentur, & sortiantur in ipsis illis Dictionibus, ordinem rectum vel retrogradum: Sapienti satis.* Externa Forma *est, Orationis adhibitæ Stylus, quem satis inconditum, disruptum, inæqualem sæpeque barbarum nè mireris, cùm dispositionis* Internæ *conditio, alium respuat. Quippè quæ vetat, liberè vagari, & ità præcisè eum adstringit, ut aliæ Dictiones alio ordine & synonymiâ usurpari nequeant, quàm quæ ab ejusmodi Literâ incipiant, qualis per dispositionem ibi collocata reperitur. Ergò nè indè quoquè cavillandi studio abripiaris, velim caveas. Deindè & hoc observabis: Cùm in ordine Literarum, per quas secretus sensus transpositus est, frequentiùs in subsequentibus Exemplis Literæ X & Z occurrant, à quibus rarissimè Dictiones Latinæ incipiunt: Indè factum, ut defectum dictionum Latinarum ab X incipientium, primò necessum fuerit Græcum X. prò Latino X. quia figurâ similes, substituere, & Dictiones ejusmodi Literâ incipientes, quandoquè usurpare; deindè Literam X solam, vel cum Literis Numeralibus, ad numerum designandum positam instar alterius cujusdam Dictionis, quasi Litera X, eam incipiat habere. Sic si occurrit Dictio hoc modo scripta, 2^do, 21^mo, 22^do, 22^tio, 24^to, &c. tùm hujusmodi contractæ Dictionis, initialem Literam, caveas existimes aliam esse quàm cifra illa 2, similitudine repræsentat, nempè Literam Z. Idem prorsùs judicium esto, si Cifras numerales, sinè Literarum additamento positas, e.g. 2. 20. 200. 2000. &c. reperias. Denique & illud, nè negocium tibi facessat, præmonendum duximus, quod si Prænomina duo concurrant, non prò duabus, sed prò unâ tantùm dictione sint accipienda; quò sic etiam notulâ istâ (-) connectantur. E.g. Johan-Georgius &c. Quibus præmissis, nùnc ordine Modos, ad Imitationem à nobis confictos & constitutos, trademus.*

Primus Modus G.S.

Lex & Clavis Sequentis Exempli.

Geradiel *Macrol Hanlis Ramo Ednop Meot Sirpmalc Itriol Nanu Manroë Paot Ratca Saor Leitel Neal Taru Sertila Ait Pirt*

Atos Sorpam Olterg Tare Enied Onſert Oniatca Anut Lunaos Pert Dret Saboc Eon Sirſtan Sarle Otanlis Arlo Ucrit Lart Raonlied Neot Ritlos Aboit Soair Eaxle Ucloch Notlep Oma Satcli Onru Liamlu Itonſart Orler Ton Naut Ritſtorp Cnaluit Osle Ilvos Onrat Nyrp Lerda Jaboc Lior Omre Elmen Elarmoit Rapodnets Hoarmlin Telruota, Sertniola Crio Sotanoves Relaor Riofrit Nogai Oſtent Ontarc Nabelmeruſyn. h. e. In hoc Modo, &c.

Sequitur Exemplum, in quo diſpoſitiones quædam Literarum, Arithmeticè inveſtigandæ, traduntur.

Tuæ literæ ſunt nobis jàm redditæ: Ex quibus belli progreſſum, caſusquè mirabiles avidè percepimus. Rumoribus ſcribis innotuiſſe, Condæũ ex carcere relaxatum; Quod tempus nobis aperiet, veritatis index haud vanus. Sicut liquidiùs quoquè manifeſtabit, quidnam inter Status utrinquè reſtitutè, tùm Norimbergæ, tùm Virceburgi eſt tractatum. Julius noſter recitavit Principes nobis, qui adfuerunt coràm, item quos ſubmiſerunt Legatos. Fortè enim ſupervenit utrobiquè non infeliciter, cum Conventus iſti agitarentur. Recitavit etiam nobiliſſimam Legationem illam, ad Illuſtriſſimũ Ducem Bavariæ directam; ſcriptamquè nobis exhibuit Propoſitionem, Exceptionem, Replicam, ulterioremquè duplicam; Liberequè deſuper nobis, ſuam is aliorumquè, tàm de Bavari, quàm Evangelicorum Confœderatorum intentione ſummatim retulit ſententias, ſinè omni omninò adfectu, ſicuti ingenuum decet, eandem olim etiam expoſiturus tibi. Propediem enim rursùs (iter Maximus id vertat feliciter) itineri ſe benè parat. Intereà, nè ejus placè ſis inſcius rei, communico Acta Legationis, evolvenda. At verò mi intime amicorũ quæſo te, nè in vulgus Secreta abeant, ſi tu à nobis rebus novis unquàm donari cupis. Ejusmodi enim & ſimilia verticoſa negocia, Reipublicæquè ſecreta, non ſunt temerè evulganda. In quo hodiè peccatur, ſinè judicio, exemploquè vetuſtatis: Omnia quippè indifferentur (quod deplorandum) proſtant lippis, tonſoribusquè. Obſervatione dignum & valdè memorabile (ſi danda fides ſit famæ) in Friſiâ Occidentali viſum eſt chasma. Hìc enim portentoſi depræhenſi ſunt concurrere exercitus, & utrinquè in regione æquoris ſupremâ, acritèr pugnare, denuò occipere fugam exercitum, qui intuentibus Auſtralis notabatur, altero, naviter hoſtem devictum perſequente. Ejusmodi & id (ehèu) generis prodigia cotidiè ſe, non eventu vano, obſerunt. Ità prædictæ literæ tuæ inſimùl nobis affirmãt, motus terræ, circà Rhenicà confinia & Haſſiæ limites extitiſſe recurrentes, qui initium ſumentes circà Boppartum Naſſavienſem diſtrictum, & Haſſiæ indè partem ſubitò pertranſeuntes, exitu Gieſſæ modò ſubſtitère. Nunciatur etiam Viennæ circà idem tempus, remiſſiùs incedentem notatum motum. Alia ejus generis aliorsùm remittimus, ubi ex profeſſo eorum catalogus, varijquè effectus tra-

duntur copiosiùs. Undè ad institutum revertendo, ista communicare lubet, quæ significanda duximus. Marcum **Sittig** / Saltzburgensem Archiepiscopum, & oriundum ex Altempsiorum nobilissimâ familiâ, (Barones enim illius Majores, Vetustas, Parentum deindè ætas, Comites noverat renunciatos de **Hohen-Embs** / undè ortus Marcus Senior, quondam Episcopus Constantiensis, tùm Ecclesiæ Romanæ Cardinalis) afferunt, rebus exemtum humanis, Burchardi die, Anni præcedentis. Eodem tempore Viennâ nobis nunciatum est, quod Primogenitus Liberorum Imperatoris Sacratissimi, nomine Johan-Carolus, Princeps Juventutis Germanicæ, terrestribus cum luctu Parentis extremo, valedixerit. Literis item refertur, Electorem Johan-Sigismundum Brandenburgicum, Anno eodem XXIV Decembris satisfeciisse naturæ, & morte tranquillâ decessisse. Electoratum & Rempublicam maximus natu, Georg-Wilhelmus, avum proavumquè referens partìm nomine isto & omine suscepit, qui compositis negocijs velocissimè discedens ex patriâ, excurrit non solùm versùs Regiomontum, ducalis Metropolin Borussiæ, sed & usquè ad aulam Sigismundi tertij, Potentissimi Regis Poloniæ, ocyssimè penetravit, ubi humanissimè tractatus quidem, minimè tamen susceptum negocium, (licet promissis amplissimis detineretur initio) in Generalia Comitia negocio mox utcunquè rejecto, expedire potuit: Rege forsàn aliorum svasu tendente ad Regni verò Ordinibus aliò vertentibus dirigentibusquè tela. Cæterùm magnum militum numerum à Saxoniæ Electore, Johan-Georgio ferunt ocyùs conscribi tutelæ suorum hactenùs, non aliorum offensioni. Interea Bavarus totus dicitur esse, in suppari, imò reverà longè notabili bellico apparatu, sicut omnes Katholicos videmus militem congregare. Contrà significatur Posonij, status Hungariæ & Bohemiæ, ijsquè incorporatarum Regionum, Confœderationem, ritè adeoquè unanimitèr ex suo voto inijsse, transactis hujusmodi Articulis, quos judicavi tibi communicandos esse. Liquet ergò hinc, cœptam Tragœdiam non sic facilè optatumquè posse exitum sortiri, veluti initio negocij autumârunt quidam. Deus veniat intermedius, tùm subortas Extremitates reducat eò, ut restitui quoquo modo Pax salutifera possit. Veteranum Comenitzium, terriculamentum olim nominis Turcici, ex literis Viennensibus accepimus, carcere liberatum solutumquè XVI Kalend. Januar. vertentis Anni. Eodem quoquè tempore, Cæsarea illa Legatio ad Electores urgere cæpit. Lipsiæ ad XXX diem Januarij, etiam tùm indictus, tùm incepturus ab Electore, alijsquè Saxoniæ appellatæ Superioris, Regulis & Rebuspublicis conventus dicitur, ubi tunc quoquè appulit Legatus Ernestus à Weyer, Rege missus Poloniæ. Quo Bohemos similiter, suos emisisse Legatos tabellarius tuus retulit nobis. Eventus verò explicabit rei gestæ seriem pertiùs. Eodem accepimus tempore veterem, votis nuncupatis, confœderationem, quam inièrе olim Hinricus IV Rex Galliæ famosissimus, tùm

Angliæ Regina celeberrima Elisabeta, Franciæ atquè Britanniæ Reges mo-
dernos, Parisiorum Lutetiæ cum summâ hilariquè festivitate & solenni-
tatibus inter se, sanctè renovasse, aureâ perisçelide, à Jacobo, Equestris
dignitatis Britannicæ ergò, votivè Ludovico Regi transmissâ. Utpotè ba-
bent ejusmodi Reges in more, vinculo hujusmodi ligare se, arctiori familia-
ritate. Tralaticium ità, Reges Hispaniæ, Velleris aurei equestrem digni-
tatem solere prò more, vel Imperatori ipsi, vel alijs etiam, in notam mi-
tatis fraternitatis obferre. Esset animus, istis missis, referre, quæ
nùnc Bohemiam infestant. At dabunt Francofurtenses Nundinæ noviora.
Ea (nisi excursiones Militum Nundinas impedient) ultrò expectare sata-
gimus. Cæterùm nupèr nobis Opusculum venit in manus, de Occulto-
graphiâ, sermone vernaculo, id est, idiomate Germanico, verbis sat vul-
garibus perscriptum, intelligentiquè pervium. Id quoniam doctrinæ Artis
Steganographicæ, quam (ipse scis) enodandam suscepimus, enodavimusquè
nuper, respondet aliquantùm, (Rectiùs enim Operi Polygraphico, eximij
nostri, ingeniosissimiquè Authoris de Literariâ Republicâ totâ, valdè admo-
dùm, excellenterquè meriti, rectiùs inquam posset subjungi, conjungiquè)
in usum publicum, huic Enodationi Steganographiæ adjunctum dedimus.
Quod opusculum nostri ingenioli curâ dedolatum, tibi ecce obferimus; or an-
tes ut accipias id munusculi, adeoquè boni consulas: Essetquè nobis gratum,
si alacriter Generales excuteres Modos, diligenterquè, inquè rem tuam, nu-
trimentum, commodum & usum eximium converteres. Decadis V Val-
chij, geminam huic Tractatui, Fabulam item Nonam existimavimus inse-
rendam, ducti bono zelo, ut Enodatio evaderet aliquantò locupletior. Ri-
vulum istum Lector accipiat, monitus si de fonte velit, adeat eundem. Hu-
jusce Tractatus verò Regulas, Picturasquè adjunctas, tabulis ligneis incisas,
ruminet secùm, intendatquè ingenium diligentissimè, ut tandem mentem
Authoris V Valchij eruditi, assequi valeat, eam revolvendo sæpiusculè.
Quæ porrò ex Buteonis Numerorum Tractatu, non adeò inconvenientia,
nostris itidem addidimus, tradunt Modum Normamquè, inventu non diffi-
cilem (licèt primo intuitu, ignoranti ità appareat) reperiendi Literas, Nu-
meraliavè puncta ejusmodi, quæ exquisitè annulatimquè visuntur, singu-
lari industriâ, in ferreis argenteisquè Seris, modò incisa, modò picta. Præ-
tereà Tractatum nostrum, ex Gallico egregio Authore, rararumquè Inven-
tionum Repertore, qui Polygraphiam Trithemij, compluscul is suis eruditis
Inventis, eximiâ operâ nobilitavit, augere spondemus, si Deus occasio-
nem & ociâ (Ità enim adornavimus, nostriquè Calculi Studijvè ratio-
nem subduximus, ut seria & interdùm ludicra, suo tempore tractaremus;
aliquando etiam immoraremur his remotioribus à Literis jucundioribus)
intereà temporis, suâ ingenti bonitate nobis elargitus fuerit, veluti opta-
mus reverentèr devoteque. Similiter Corollarij vice, aliquandò lube-
bit nobis, Lectori quædam insigniora, ex præceptis Occultographici Tracta-

Tractatus Schvventeri, ordinem Alphabeti edentis, ostendentisquè rationem, quomodò rectâ Literarum ejus Transpositione, aperire probè valeamus secretum sensum aliquem, nobis aliàs sinè Arte istâ incognitum, exhibere, per similes aliquantùm Canones, sivè methodicas quasdam Regulas, quas Author memoratus etiam in Tractatu suo tradidit, licèt nonnihil discrepantiæ inveniatur: Quippè in Steganographiâ, Regulæ ejus vitiantur, nec eò pertingunt, quò extendit metas suas, mirifica Steganographia. Obtingit enim aliquoties, ut tenorẽ sinè magnâ curâ investiget secretum, ingeniosus scrutator: Sed in Steganographiâ secùs. Verũ enim est, quòd admodùm difficulter, graviquè molestiâ, Clavis possit inveniri; Imò ab argutissimo vix unquàm: NOSTRO *Abbate multotiès id testante, cui experto istâ in Arte, debemus credere. Beatus hic noster Abbas, uti verè autumamus, à suspicione Nigromantiæ totus jam penitusquè apud rectè sentientes, rectequè Institutum Occultatoriæ Artis intuentes, liberabitur. Veritatis qui memoratur Pater, Tempus, produxit verè in apricum, hujus multis nominibus venerandi admirandiquè Senis, jam quietè dormientis innocentiam, osquè Bovillo obturavit, qui olim Virum hunc, verbis honorẽ stimulantibus, maledictisquè acritèr infestabat, tantoperè, ut ei publicâ excusatione, protestationequè fuerit opus, apud ignorantes veritatem, nè tandem suspicione eâ, quasi χριστιανισμῷ impiè renunciato se vovisset damnabilibus institutis Magicis, inficeretur. Calumniandum namquè audactèr, manere aliquid tamen semper, antiquum Proverbium tenet. Noster Trithemius pluscula variaquè hisce rebus Steganographicis, non invidè attulisset, nisi Calumniator is, voluntatem promptam impedivisset. Id quod dolendum nobis, hujus Momi culpâ, variationes tantas, Artis pullis esse subtractas. Multa stupenda notatu, inveniuntur in Libro illo, de Septem Secundeis. Ecquis verò explicationis Clavem, sufficienter dabit, genio destitutus nostri Trithemij? Invidisset dùm vitâ manebat, Vir ille minimè declarationem: Sed malevolorum & diffamantium virulentia, multùm retraxit. Publico bono omninò, vulgavit etiam ista Numerorum mysteria & rationes, quæ Libro ejus tertio Steganographico, inveniuntur traditæ. Bonè Deus! Ni iste Vir, manibus elevandus, summequè suspiciendus, pereamus actutum. Verùm minimè omnium respicimus præsentia, amissa prosequimur votis inanitèr. Intelligenti satìs. Manum de Tabulâ igitur, pluribus prætermissis, removeamus tandèm: Et pertexendæ Epistolæ gratiâ, redeamus ad turbarum Sæculi protervissimi Historias Mercuriales: Ubi enarrare subit admodùm tragicum notabilemquè casum. Memoratur litem de hereditate Illustris Baronis in Bohemiâ* Schwirsitzky / *inter coheredes subortam esse gravissimam; ubi arcem* Gitschin / *VVartenbergæ Liber Baro invasit, parte alterâ, nolente volente. Idcircò Rex Commissarios amandat, Occupatore in vinculis reservato, ut uxori illius, fœminæ impotentis maximè animi, nodosis verborum laqueis, possessionem iterùm extorquerent. Illi negocium suscipiunt.*

Qui

Qui tametsi promiserint expresse, se ejus possessioni rebusque nullâ ratione nocituros: tamen fœminam admissi fefellerunt, acerrimam mox reportaturi vindictam. Tùm enim, vesperi, eadem XXII Januar. milites præsidiarios vino dato VVartenbergica animosè incitavit, mòx eos lacunari mediano cuidam inclusit occultè, ad pulverem nitrosum prò defensione, si tempus ferat, necessaria paranda, recipiendum. Eccce Vinoso militi, accensus igne conflato funis, negligenter manu excidit, quo sublapso pulvis subditus ignem validè concipit, maximo fragore & impetu arcem penè radicitùs in momento inexspectatò subvertit, Omnibus intereuntibus, qui ibi aderant, septem tantùm, seorsim in exteriori arcis limite degentibus, gratiosè (divinâ inprimis misericordiâ, in ipso nùnc periculorum vortice se exserente sæpiùs) servatis incolumibus. Ipsum enim vicinum oppidum simul quoquè benè concussum, ità ut ædes admodùm tremuerint, ictus violentiâ, tegulæ & fenestræ deciderint, fornacesquè mutilatæ corruerint. Boni itaquè Litigantes, ambo vitâ privantur; Itemquè Commissarij subitò improviso typicoquè planè mortis genere. Etenim sic Adventus Domini raptim ipso momento quoquè accidet atquè ingruet inexspectatò. Sed & rariusculi illi subitanei casus, præsagia solent esse subitæ mutationis & consequentium infortuniorum. Adhuc in recenti est memoria Urbs excisa **Pleurs** in Helvetijs; Tantùm nemo subdubitat portendere Incolis, non exiguam, sed sic satis gravem mutationem. Intereà quoquè in Patriâ Civilis causa vehementem excitat tumultum. Nam obtentâ victoriâ existimavit Christianus Dux Lunæburgensium, generosè & nervosè avocandam ab Hamburgensibus esse possessionem subitò. Nam Decreti urgentibus suspensionem Hamburgensibus, noluit committere, ut sinè executione paratâ, bona illa causa æternùm protraheretur. Idcircò summo silentio rem cœpit agere, & initio brevi spacio temporis militum tantùm validorum, quantùm ad istum bolum capessendum putabat sufficere, ilicèt conquirebat. Obtento eo, repentè de nocte ad tractum Albis eundem celeriter bonis avibus sistit, repentequè universo cum exercitu fluvium superat, trajectu concito: Ubi mòx telonium visitant, quod Albi proximum neglecto penè munimine, appellant **den Zollen Spiker**: Indè stertentes agricolas excitant somno, eorumquè mapalia, totamquè etiam parochiam indigitatam **die Gamme**/ diripiunt vastantquè. Factum id die XXII Febr. veteris styli. Tempus verò aperiet, an abruptè vi militari Hamburgenses prædictam, uti interpretantur, vim relaturi sint. Fama etiam increbuit, esse nuper Ernesti Mansfeldij copias in Austriâ, à Bucquojo, nongentis cœsis militibus, oppressas. Ità eodem tempore, nobis significatur, propè **Eggenburg**/ Hohenloicos aliquot pedites, repentè sexaginta, vi ingruente trucidatis, fuisse disjectos. Novellus intereà Rex, allecto comitatu adornat iter, tenditquè in Moraviam, ubi XXVI Jan. solenniter exceptus, usitatum ab universis homagium in oppido **Brün** recepit. Moraviâ verò derelictâ,

Sileſiam appetit, & Uratislavium ſexta Non. Febr. à Ducibus omnibus Sileſiæ, Baronum ac Nobilium coronâ vallatis, admodùm magnificè introductus ſubintrat, ac appropinquans fano, quod Eliſabethæ memoriæ conſecratum, vectario deſiliens ilicèt equo, alacris ingreditur, ceremoniisquè ibi ritè peractis, egrediens viciſſim templo, hoſpitalem domum petit. Ac regiâ arce poſtridie magnificè receptus, negocium homagij ſolenniter confecit. Ulteriùs verò viſitans Luſatios, Bohemiam, â Bohemis, ingruente undiquaquè bellicâ vi, revocatus, ſubitò repetijt: Niclasburgum antè Moravi expugnaverant. At damnum acceptum Koſaggi, qui prodigiosâ utiquè celeritate, vaſtâ Podoliâ, adventantes, ſubitò in Auſtriam tendebãt; Moravis nempè reponderunt. Cuncta enim, trucidatis etiam omnibus, quocunquè appulerunt, incendijs miſerè vaſtantes, maximis itineribus Auſtriam impunè ingreſſi, ad mœnia deniquè Viennæ ſubſtitère. Infans Regis XXI Martij currentis, Pragæ tunc temporis ei natus, accepit baptiſmum, donarijsquè munificentiſſimè donatus, à ſuſceptoribus, Ruperti vocabatur nomine, ut iſtô Auguſtum Rupertum bono omine, ſymbuloquè referret. Auguſtæ Vindelicorũ ſiſti monetæ valorem, nimiùm excurrentem, accepimus. Durlaco die XV Martij Badenus Marchio traduxiſſe exercitũ versùs fines Alſatiæ nobis ſignificatur; Et militem (ità memorant) Hiſpanicum, Sociorum nomine, armatâ manu, viâ, tranſituquè meditato, probiberet. Benè etiam idem & tempeſtivè in tutelam recepit Rempublicam Argentinenſem, Portum optimum, Imperijquè Clavem eximiam. Ita benè enim ſtructa munitaquè Urbs, ut molimina Gallorum, ſi quid adversùs Germaniæ Status, hoſtile movere velint, excipere, retardare, imò vim propulſare à communi patriâ, tempeſtivè poſſit. Ergò erit inſuperabilis, ſi defenſione ei mutuâ, oportunoquè ſubſidio, Germaniæ accurrant Proceres. Utinàm verò motus hujusmodi, beneficio divino ſopiri poſſint indiſcriminatìm omnes, ut armare ctiùs ad bonum publicum, totius Germaniæ, diſcordiâ ſublatâ, bibacitate alijsq; vitijs abnegatis, verterentur in acerrimos hoſtes, ſceleratiſſimos Turcas Barbarosquè reliquos Mundi cõmunes Vaſtatores: quàm adverſus noſtri ſimiles, qui titulo nobiſcum, omine confeſſionequè χριστιανισμῦ participant. Cavendum nimirùm eſt, nè Turca hiſce ſe intermiſcendo, abominandam deſolationem machinetur. Interim verò crudelitatis accipe Exemplum: Ab Imperatore Muſtaffa Baſſa, miſerè eſt interemptus, cui ſucceſſit Architalaſſius Cæſarearum navium, Veziri ceù eminentiſſimi primi Baſſæ titulo decoratus. Quãvis veneti Hollandiquè reum egerint nefandorum ſcelerum: Obtinuit verò apud Tyrannũ, Veziri gradum nihilominùs. Hæc tecum cõmunicare omnia, nuper ab alijs nobis relata, voluimus, cupientes à te quoquè, quid moliantur ſtatus Bohemici, tùm ipſorum Rex, Victorisnè an Victi partes ſuſtineat, edoceri. Xbriſtus medius adveniat, omniaquè tandem, ad eum finem adducat, ut nominis gloria traducatur in immenſum: Huic Regno verò Libertas ſua, Eccleſiæquè pax affatim reſtituatur, ſublatâ penitùs morâ. Porrò de Hollandicis interim

rim inducijs, exarantibus nobis festinante hæc calamo, refertur, nõ diù istas permansuras illibatas; Heroëmquè Mauritiũ incumbere navitèr, quomodo arma capessenda iterùm, Hispanicæquè Monarchiæ incrementis, modis omnibus sit obviandum. At Arminiorum virus penitùs nondùm sublatum, bonũ istud utilequè propositum, quod esset ab ipsõ viriliter peragendum, turbaturum videtur aliquantulùm, nî Xbristus eos transversos agat. Videntur autem viâ non incedentes rectâ, omnia tantùm mundana quærere, Regnũ Dei attendere parùm vel nihil. Tumultus à noxijs hominibus nequitèr excitati, dictis statibus istarum Provinciarum, exhibuisse plùs videntur negocij, curarumquè injecisse, quàm id initio putassent. Media quidem maximè, ut adfuerint, malùm avertendi; ijs minimõ tamen modo uti, illi hactenùs sciverunt. Tantùm cunctando Mauritius (uti in Epistola Sextâ brevibus innuemus) dissipavit Catilinariam turbam, atquè ratione eâ, reverà plùs obtinuit, quàm illâ, si unô impetu, bellicosoquè excitato tumultu, hos voluisset Turbatores aggredi, & Seditiosos apertâ vi undiquaquè disturbare instituisset. Quod si verò Barnefeldium Advocatum Hollandiæ, Obfirmatorẽ insignem, Tutoremquè Sectariorum, Doctrinæ obloquentium Xbristi, Ordinum edicto, non vitâ privandum curasset, hosce internos Motus, ità subitò Mauritius non minuisset, composuissetq; atq; factũ affatìm. Recto tempore igitur Mauritius usus, remedium admodùm salutare, Statibus attulit, magisquè unico ictu venæ malè bullientis profuit, quã si duo aliàs millia, supplicio ultimo jussisset affici. Factũ animosũ providumquè Mauritij, Justi, Boni, tus, valeas tenerrimè. 31. Martij, ♀ 1620. h.e. Secreti literas scribe, &c.

Secundus Modus G.S.

Quem, sicuti etiam ipsum Secretum, in Exemplo subjecto inclusum, Samsonis Delila, fidei tuæ ità committit.

Soleviel Danroëso Naim Otastel Hocavos Labtarmi Erbaclin Turda Stapur Lotrel Niarko Ulnset Danoir Ginluaröel Danlearn Fotibe Clisér Eturlerste Risda Lalserinu Quatestro Etdircet Vevonlet Inulut Orsibe Brestora Hocaste Clupar Moërla Agẽte Etazat Epieri Ascral Ierlo Noë Monter Donlasdi Istenimdat Liomal Elnodarpo Rolsãter Pertostio Preselis Stenurul Ergnetir Dõlas Dodẽ Stelirup⁹ Treoni Auf Tresna Dortone Agito Darnoceb Gotur Hecleira Tosorbec Lanean Sicelfa Noërbla Stosobi Frutarnol Taimor Caufbos Rinlaë Lerblaun Lesbrastos Risda Alnier Aboc Lunbles Mosteo Divedan Tresno Darlomer Larvova Daniur Gaël Stenix Noël Darle Dabicral Norlas Suturno Eldine Detrel Zatrelste Artosu Rienur Agalobe Amman Oldaor

Manles Heitosur Leamruf Miarti Olierſal Zunlerbol Lenſomrel Ratinſol Cunloriet Dobaclaun, Enſelbrat Aclear Lisdo Toſebi Churblen Eſtirtio Gunlution Jodſelmobaës Donoir Roscoſtir Loënis Mavedron Manler Dralna Ermoduna Gritzota Neibel Veſtir Lhenir Noë Anrilep Roalcoa Umuſlu Hocar Sund Latlho Aspries Ander Hocſit Braëltes Pimleax Exlogam Pitnbelto Te Oſterſee Hoclim Raroëtun Ligda Tranla Hoclunam Stordro Veſinto Oceion Emaraba Ermodon Coabac Vetanhom Aveitet Radublcor Liſroë Stanlip Lurdo Vetaſin Tonreli Anter Vamkoſter Steniedar Vabrol Orratol Leotirlos Utunec Tupaſro Valepo Haclam Monſen Inruon Tealgras Blartoſe Hecnurban Donpitia Torſer Lerti Ernodur Lionſter Seſtio Conerga Tozato Ulnandis Cretan Eilenſel Stenin Hotri Actio Deſoſnu Latarſer Fafrulſan Lesdori Letunei Clinur Elutuat Merlio Loëturma Etlierip Tharles Drelie Dralnu Ermaho Urunal Theab Carſue Drear Barſali Apertola Sendin Meërſe Erpapa Oldeiux Tunti Ebgin Exoëris Dabicnul Liero Poſaten Arnoas Doëniru Jebſis Lua Rulmoër Leenis Alreet Jebioc Dryaba Donyvam Sanleab Zaëtis Reolte Pitroa Thochun Berſer Schaëma Mierli Duguneul Nedura Epiſdral Noërma Oberym Dagonlu Mierli Epiture Struceo Daniar Alaonſo Maëtli Stiolaëu Jorma Epirbo Caylroin Acgaum Obecla Pomaëtle Eciodla Intmaul Trenro Proëagon Tetdiho Coënſan Litere Certum Dat Okacrelto Straënur Liceo Haroël Fameruſyn. h. e. **Verſteck ein** Secretum, &c.

Exemplum hujus Modi.

Legati dubium turbulentumquè tuum retulerunt nobis ſtatum. Utinàm tales attuliſſent conditiones, ut ad lubitum, zelo hoſtium inducti, obductis conditionibus memoratis, iterùm valuiſſemus ablegare eos, tutiſſimamquè ex omnium optatis viam demonſtrare, hincquè eventum omnibus gratum, expeditè repromittere. Rei verò gerendæ ratio, niſi alitèr vobis tractetur, nulli uſui deſtinata videtur. Vino nempè zitoquè graves galeatos trucesquè vincere hoſtes inſtituitis, ſed eventu ſtulto. Nec etiam vobis eſſe egregium Imperatorem, indicio venit, ſcrupuloſa tarditas, ſeceſſionesquè Exercitus crebræ. Bellicis, bello Rectore, regimineque opus eſt, inſtitutis. Lætiores ut contingant ſucceſſus vobis, vovemus. Rumoribus memoratur Huganotas nùnc Galliam undiquè vocatis ſocijs, rebellionibus turbare, Libertatem Religionis adunitis animis, & infeſtis utiquè ſignis defenſuros: Ducemquè ipſis animoſiſſimum obtigiſſe. Galliæ verò nùnc Regno ſtragem non exiguam impendere exiſtimant Prudentiores, verenturquè rebus Katholicorum non inaniter. 14. Martij. ſ. 1620. h. e. Auguſtus, &c.

Tertius

Tertius Modus G. S.

Ratio & Lex hujus Modi.

Pyrichiel *Larcnie Roëlp Hoptal Retſteſir Rogro Dumre Inlarg Olreti Reltas Supeil Naob Rotſaro Ornet Elprets Urei Telir Hoclao Domruate Mesliar Cleornim Neotſi Dimretlo Olona Eniaboc Eltezit Ajort Realun Tspar Reosrecir Netpogan Doſmu Rutnidar Naum Soleon Sealner Serden Irdſyr Lartiſot Birſet Onlete Paëtſtes Sirdom Irdob Teal Acrio Seli Ledon Odſayr Leida Seogaro Navim Elpab Realte Ocriol Lior Itoſir Nalcray Leterk Muriel Ocſert Poëts Eſorſe Teſird Luoſtair Amſe Lertniolp Ilneſir Irtpetroc Draon Retſas Reima Lerde* Penaſon. h. e. des Secreti Literas, &c.

Exemplum ſequitur, quod contrario modo ac ſcriptum eſt, iterùm reſolvendum, remotis incipiente, claudente ac intermedijs Vacantibus: Cui adjungenda Tabula, Cap. Octavi h. Libri.

Literas tuas, mi intime amicorum accepimus ipſis Kalend. Mart. E quibus edocti, quæ intereà dùm ſcripſimus proximas ad te, obtigerunt. Nùnc ea, quæ inſecuta mòx ſunt illa tempora, communicabimus tecum. Sincerè. Iſta enim hujus amicitiæ eſto lex, ſinè invidiâ fideliter omnia referre. Nos ſanè antiquius (ità benè velint nobis ſuperi) nihil habemus, quàm debitam fidem tabellariam liberare, uti ſpem omninò concepimus amodò, te geminâ fide hanc eandem telam pertexere inſtituiſſe nùnc ſedulo. Ergò redeundo, undè exſpatiati modò eramus, quæ ex varijs ſubindè locis relata nobis ſunt, accipe: Expugnatâ navi interemptisquè ibi deprabenſis Maſſilienſibus aliquot, Ecce nunciato eo, ſubitò plebs armata duos Zauſthoş Turcicos, amplo cum famulitio trucidârunt. Zauſthi hi ab Imperatore Turcico miſſi, transacto negotio, Lutetiæ Pariſiorum muneribus à Ludovico Rege exquiſitiſſimis aucti, ſummâ lætitiâ, votisquè conceptis diſceſſerunt. Horundem nunciatâ internecione, non levis exortus metus. Brevi tempore igitur Rex Exoratores, antequàm innoteſceret ac evulgaretur facinus, emiſit, qui tùm apud Turcam cædem Zauſthorum excuſarent, incuſarentquè Maſſilienſium rabioſum illud vulgus, cui nihil omninò remiſſurum ſponderent Regem, ſed vindictâ graviſſimâ noxam commiſſam, rigido planè exemplo ulturum, exquiſitâ inquiſitione ediſſertarent, ſummoquè intenderent ſtudio præcavere, nè excitati temerè Janitzari Conſtantinopoli ſimilem omninò tragœdiam cum Francis agerent, ac cum Zauſthis factum eſſet. Hæc contigiſſe ibi dicuntur. Apud nos pax alta propè; ſolâ causâ exceptâ, loci iſtius antè memorati, des Zollenſpikers. *Sed & paulatim hîc cæpit deferveſcere bellicus Zelus. At curam novam, alte-*

alterato aliquantùm Regis Daniæ percepto animo, Hamburgensibus subortam esse, fama edocuit. Quem ut mitigarent, indè ad eum Legatos miserunt, demonstraturos ritè, ipsos bono niti jure, super exercitio Jurisdictionis, usurpatæ in districtu Albis; neque rectè & titulo bono ipsis denegari consuetas negotiationes illas Islandicas. Verùm Regi gratam non fuisse, nec curasse valdè Legationem, nos certò percepimus. Sed eadem tecum, sicubi primùm resolutio Hamburgensibus data, ad manus nostras descripta venerit, uti speramus impensè, communicabimus. Epistolâ priori etiam quædam diximus, quæ tùm temporis (ubi Palatinus Urbem ingrediebatur Uratislaviam, pompâ tam splendidâ, regiaquè) contigère. Omissum est autem, quomodo Evangelici Reformati, enixè apud Fridericum, istum novellum Regem institerint, ut Basilicâ donarentur ibi. Quod negatum esse meritò, ob Bohemiæ Regionumquè incorporatarum statum, existimatur. Nihilominùs eis concessum noscitur, in urbicâ Cæsaris Arce, suis exercitijs Religionis vacare; Quod significandum duximus, ut reliqua sapienter conjiceres. Nùnc Mulhusiaca brevitèr tibi delineabimus quoquè Acta: Electores nempè Conventum, augustum, consulentes Reipublicæ turbatæ undiquaquè ipsis Kalend. Mart. edixerunt. E Katholicis Ecclesiastici Electores, Moguntinus, Colonienſisquè ipsimet, numeroso comitatu, honorificè advenerunt. At Trevirensis nuncios tantùm suos misit, uti etiàm Dux Bavariæ, Socijquè alij Relligionis. Saxoniæ verò Elector, Johan-Georgius, qui de Imperij Romani salute, ac ejusdem defensione admodùm sollicitus, semper sè Imperatori Augustissimo fideliter addictum exhibuit, dictam Urbem nobilissimo comitatu stipatus, & cum turmâ delectissimorum insuper Equitum, intravit. Adfuit quoquè Ludovicus Hassiæ Superioris Landtgravius, unicè itidem Germaniæ sedandæ intentus. His ordiebantur pertexebantquè tractationem, adhibitis lectis paucissimis, ac maximè fidelissimis Consiliariis, tam utiquè secretè, ut merita negocij, alto silentio tecta manserint. Adhæc Literas adornarunt, quibus nimirùm bonum illum Fridericum, gravissimè, ut Regnum Bohemiæ ejuraret, monuerunt: Alias, argumenti non dissimilis, ediderunt pro legitimo Rege recipiendo, Bohemiæ & Hungariæ limitaneequè Austriæ transmissas Statibus. Ferè eadem iidem, ad Evangelicæ Unionis Socios, Civitatesquè scripserunt. Atquè his peractis actutum domum repetiisse, dissoluto eo Conventu accepimus. Nùnc ea omnia describenda sedulò curamus, ut dehinc tibi impertiamus. Ulteriùs ex Austriâ narratur, Viennæ eum, qui superiùs contigit terræmotum, duos insecutos alios, non leviores. Zelotem Deum, insolitis motibus hujusmodi, ceù ostentis, solere eximias mutationes, Ducum, Regum & Rerumpublicarum, Ecclesiarumquè portendere, hactenùs observatum annotatumquè est, sicuti etiam Exempla, in Historijs occurrentia, demonstrant clarissimè. Ecquis verò, lustrato Statu Romani Imperij hodierno, jam ejusmodi mutationes & Rerumpublicarum eversiones

& gra-

& gravissimas ruinas non formidet, ex istis subterraneorum motuum casibus frequentissimis? Katholicum ferunt Regem, tentasse novum Castellum Antuerpiensibus imponere: Econtrà verò, nè fieret, lapidem movel

nit. Arcessere igitur tantantes extraneum, nuncupatis votis, successorem Magni Ducatus elegisse ac proclamasse Uladislaum Principem nobilissimum Poloniæ Lithuaniæquè, dicuntur. Eamnè ille, Electionem nùnc, veteri obliteratâ & mussitatâ repudiatione, amplexurus est? Id docebit nos eventus. Angliæ Regem sui Generi causam voto approbasse nunciant, & idunicè agere, ut defensioni Palatinatus, numerosus exercitus deputetur: Ideò sumptuosæ nùnc ineuntur præparationes omnium armorum, & contributiones subditis imponuntur. Refertur etiam simùl, Hispanicum Legatum Regem dehortari, demonstrando, exempli pessimi esse rejectionem Ferdinandi Imperatoris, & trahere bonam consequentiam Reges, Duces & Principes ejiciendi, ac de solio ilicèt prò nutu subditorum turbandi: sed nihil effecisse. Duces Cæsarei Exercitus, intereà excusciti dictâ obtentâ victoriâ, eam admodùm naviter persequuntur, deditione invitâ occupando Rastenbergam Arcem. Sed Kosagi, Tampirio Duce, temerariâ audaciâ, victoriam hujusmodi, suorum bonâ parte amissâ, corruperunt. Sic quoquè aliquando ludere amat Mars, hujusmodi permutatione victoriarum. Viennæ de suburbio demoliendo cogitare, sparsis modò percepimus undiquè rumoribus; Certi nempè quò ostendamus id, nihil habemus. Equidem destructo suburbio isto, reputatur, coronatorum ducentis millibus, emergens damnum. At Cæsar, Bohemorum electione, Literis Patentibus totalitèr annullatâ, literas monitoriales, etiam Palatino, novello Regi, hisce diebus, Regni abdicandi gratiâ, misit. Ejusdem penè & similis argumenti, ad Duces, ac liberas Imperij Civitates scriptas & promulgatas dedit literas. Retrò verò res cedere, gangrenæquè instar, ulteriùs serpere, tempora sequentia demonstrârunt. Etenim Palatinum nova accepisse firmamenta, detinendi occupata, Regnorum Bohemiæ & Hungariæ, mitâ confœderatione, existimant plæriquè. Dispositâ autem, solemniquè pompâ, dictum negocium, discretè Rex & Thurso deputatus Legatus, transegerunt Pragæ, destinato, Arcis delubro, loco. Referebat autem primò, latino eloquio causas Emericus Thurso, Regni Ungarici nomine: Cui novellus Rex, eâdem linguâ mòx respondebat. Indè Confœderationis edebantur Articuli, mòx, Populo eisdem Articulis evulgatis, invicè manuum porrectio sequebatur, atquè statìm in membranas, Confœderationis exposita capita, sigillis appositis, redigebantur. Regij baptismo Filij, Transylvaniæ Principis, ac Regni etiam Ungariæ (Etenim missus etiam utriusquè erat causa) nomine interfuit idem Thurso. Rupertus Infans vocabatur, memoriæ Divi Ruperti, Augusti ex domo Palatinâ, votivi ominis ergò, conservandæ. Istis peractis abijt Legatus Ungaricus, admodùm gratiosè dimissus. Sed Bohemiæ & Regionum adhærentium Status, exeuntibus propè Kal: Maij, actum alium exsecuti sunt, scilicèt designationem Principis, Henrich-Friderici, maximi natu, gratiosiquè filioli sexennis; Quibus omnibus expeditis, novellus Rex nuncupatos Status novissimè, hisce solutis Comi-

Comitijs, exindè dimisit. Hæc ibi narrantur gesta. Rex Hispaniæ verò, promissa auxilia minimè tardare cupiens, habere jussit delectum militum Brùxellis, alibiquè recensere, & exercitus cogere edixit publicitùs. Transmisisse insuper referunt Hispanorum selectorum militum, decem millia. Ardor idem, eademquè cura, amplissimas copias militum cogendi ac conscribendi, alijs, Romanæ illius Ecclesiæ statuta sequentibus esse noscitur. Econtrà verò Exercitus diversi, à Batavis ac Unionis Directoribus coguntur, dispari sanè zelo, studioquè. Nam qui respiciunt Unionem, ejus propositi esse asseruntur, ut quanquàm implicari Bohemicis negocijs, adeoquè Cæsarem offendere nolint, tamen etiam sollicitè attendant, ne Fœderatorum terræ, subitæ invasioni aliorum, præsidio vacuæ, pateant; Non multum tamen abfuisse, literæ transmissæ indicant, quin, expediti transitus ratione, quem Katholici urgebant, inter eosdem, sanguinolentæ concertationes orirentur. Marchio enim Badenus, Literis signatis 21^mo Maij, transitum, ordinatione Sociorum, videbatur negare. Quocirca, recensis Ordinibus, nuperrimè ad fines Alsatiæ deduxit exercitum, & castra, structurâ vallorum adornatâ, metatus est. Verùm subindè missis utrinquè Commissarijs, sic convenit extremò, ut liber transitus ruptis ordinibus esset concessus. Epistolâ sub 26 Maij asserente id pluribus. Ità decertatio una, sequitur aliam, non sinè turbatione Reipublicæ, talibus igniculis exescentibus in incendium, quo nostra Germania deflagare (Ebeù) subitò ac funditùs videtur, Barbarissimus Turca, ultrò, se ocyùs immiscebit, & simulatè forsan auxilia, non invitus Novello Regi expeditè obferet. Hactenùs enim, (ità DEUS amet nos) expetita magis atquè aptior nunquàm nata occasio, nascivè potuit, seu evidentiùs apparuit nulla, dùm stetere dubiæ Germanicæ res, quàm Bohemico motu, & Ungarico hoc turbulento statu, quæ dominatui ipsius, imperioquè amplificando; Regnisquè Bohemiæ, tum quoquè Ungariæ occupandis, nostrævè Germaniæ expugnandæ se demùm exseruit. In nostrâ viciniâ, sub tenui favillâ detinetur ignis. Res ùt amicabilitèr componantur, optandum magis est, quàm distractione animorum subindè magis adauctâ, sperandum. Resuscitandi, quàm extinguendi incendium existimantur authores tantò plures esse, quantò feracius seculum est, variarum discordiarum. Dolendum etenim, pacem omnibus locis, omninò penè exulare, contrâ, detestandam Bellonam, dominatu ubiquè suscepto, fataliter successisse. At DEUS post istam Metamorphosin & labores exantlatos, clementissimè halcyonia concedere, ac iterùm tutos receptus, tranquillitatem publicam & privatam, ad sui nominis honorem & gloriam, exterminatis malis, restituere, demumquè propagare velit & dignetur. Offeruntur nobis fortè, dùm Epistolij banc telam post longiusculas gestorum enarrationes jam vellemus abrumpere, literæ responsoriæ ac resolutoriæ, ad Mulhusiacas istas literas dehortatorias, tùm Regis, tùm ipsorum Statuum. Earum copias non potui-

potuimus actutùm transsumere: Igitur summam breviter & fideliter referemus. Etenim se occlusas resignasse literas, Rex ajebat, licèt essent sinè delatione tituli Regij, (quo nominatìm se efferri decebat) omnes perscriptæ. Ubi se notasse pergebat monitùs, & dehortationis argumentum, tùm eò hujusmodi monitus referendos, ubi applicatio locum esset habitura. Enimverò se intentionem aliam & dissentaneam ipsorum scopo, nequaquàm habere, sicuti posteritas testari posset. Nihil difficultatis situm fuisse in refutatione urgenti Cæsareæ Edictalis Cassationis, nisi, notum, agere judicem & partem neminem posse: Zelum (quem suâ interpositione super hoc negocio dirimendo exseruissent, certè, non sinè novâ metûs, rigidiori incussione) diffundi latiùs, ad pluresquè referri, quos liqueret æquè tàm Cæsarem reverentiâ & timore submisse honorare, quàm maximo conatu, summoquè etiam zelo, sed moderato, causæ dextrè consulere, ac ipsos; Utiquè non defugisse se tractationes, quin & nùnc gestire causam recognosci, modo in possessione relinquatur quietâ, donec Juris unaquè æquitatis Zygostata, libramento ultimum momentum ferret, cui esset standum. Ad quod Regni legitimè notoriequè acquisiti abdicationem attinet, Regem velle ad necessarios de eâ liberè referre; utpotè quorum etiam interesse non leve concernat. Cæterùm luculentèr petere se, ut teterrimam suspicionem de periculosis Turcarum auxilijs & succursibus machinandis, atquè hostiliter bellis divexandâ Patriâ dilectâ tollant: Sperare se etiam, quia nullam vim ipse nemini generare velit, nihil contrà se quoquè, tentaturos esse. Responsum simile nominati Status tùnc temporis adornatum, quoquè remiserunt, quo etiam vim deprecabantur. Regiæ Literæ, scriptæ luculentèr, die 2 Maij, alteræ 7. ejusdem, post signatæ reperiebantur. Atquè hæc referre tibi voluimus. Tui muneris erit naviter secretissimam mentem Responsionis (Discursus enim facti hactenùs serviunt, ceù dictum, velum Gnomon, Secreto) detegere. Etenim morèris nihil eorum, quæ nos hic nova attulimus, & quandoquè etiam instar Judicis, quasi res ità & aliter non haberet, dijudicare & voto nostro tantopere approbare studuimus. Aliò digitum intendimus; Egimus aliud. Ergò Lector judicabis candidè. 19. Apr. st. 1620. h.e. **Lege das/** &c.

Quartus Modus G.S.

Cujus Lex & Clavis sequentibus demonstratur.

Haldajahl *Aphor Treas Amequul Sata Umave Ottrilen Nexeta* Ezoblugla: h.e. **Ter transcurre, Directi MENADIELIS ope: Vide Post XXII** &c.

Fanis-

Fanirda *Aporni Erclun Craltma Amris Nadris Ilotren Aulofran-Treare Rhamuras Breſto Trinam Lhentmar Jalnim Thearat Lotſen-Thenria Minia Ranmar Operuit Quuean Toisma Miatel Ratman Prel-rat Satos Venha Nolti Lencrul Evoam Vame Nadramſo* Abresla: h.e. Fac ut ſuprà jam te docuimus: *Vel,* Primi Alfabeti &c.

Exemplum hujus Modi, quod in horis SAMAELIS, ANAELIS ac VEQUANIELIS ſcriptum, in ijſdem etiàm cum fructu explicandum venit.

Ich komme wegen Otten von Xerßburg (doch faſt gantz ohne ſeine vermerckung) in klärliche erfahrung / thues auch glauben / Er buhle umb Dorotheen von Kayſersheimb: welche meines bedünckens faſt und richtig erreichet XL Jahre. Kompt er einmal zum Bruder gehn Ebersbach / und etwa im Kloſter wird gefunden / mag Xerßburg mit obgedachter Jungfrawen / quael genueg finden. Was zu dieſen unſern Zeiten / Klöſtere / mit leichtfertigheit auch eyteln groben lüſten / beyn Päbſtlern ſelbſten / lobes und preyſes erjaget haben / kanſtu leſen beym Platina, gantz luſtig beſchrieben. Xerßburgen wollet zu guter ordnung / und zu rechter diät wol unterrichten. Hette mehr furcht derſelbe / ſtunds umb jhn mechtig wol. Sonſten wirds recht gehen zu / wies Hanſen von Xerßburg etwa zuſtoſſen thate; Der der quaël ſich quitierte / gantz richtig beyr Pforten der Göttin Veneris. Führet jah behuetſamer ſeinen blind anlaufenden Schwager. Geben zu Delmenhorſt / den 21. Aprilis, ♀ 1620. h. e. Inventis, &c.

Quintus Modus, G. S.

Lex & Clavis ſequentium.

In hoc Modo, Ars quædam nova, Secretum operiendi & aperiendi latet. Inventa autem eſt, ab eodem G. S. & ſcripta, duorum dierum ſpacio. Singulis autem diebus, in horis SAMAELIS, ANAELIS & VEQUANIELIS; *Jove Retrogrado, auxilio* MACARIELIS, *30. gr.* ♋ *ingrediente, & per gradus ſingulos, hunc &* ☊, ☿ *&* ♈ *transcurrente, & in 19. gr.* ♓ *quieſcente. Exorciſmi deniquè ad prænominatos præcedentis Modi Spiritus,* HALDAIAHLEM & FANIRDAM *dicti, cum vero ac genuino, dierum & horarum, inceſſûs quoquè hujus Planetæ, ordinisquè Signorum intellectu, plurimùm ad inveſtigationem hujus, omni ſuſpicione carentis planè novi Modi conducent: quem utì & reliquos, ſi aliquandò deprehenderis, boni conſulas, & nemini niſi intimo, cui quid arcani committere velis, manifeſtes.*

Exemplum hujus Modi, cujus Secretum remotis primùm Vacantibus, quæ incipiunt & terminant Dictionum ordinem, quærendum.

Quàm gravibus cladibus, hactenùs bellum geratur inter Hungaros & Imperatorem utrinquè quidem maximo zelo, neminem qui neſciat, putamus eſſe. Horremus tantas clades vel referendo: tanta libido militis, licentiaquè vaſtandi nùnc eſt: Miremur nunc Turcæ ampliùs ferociſſimorumquè Populorum evaſtationes, ſi fœdere communi gratiæ divinæ devincti, nobismet permittamus talia? Mahumetanis certè latiſſimus indè pateſit aditus, graſſandi poſtmodùm ſinè modo ſinequè, in Xriſtianorum interiora. Funeſtiſſima longè Xriſtianitati tempora hæc, usquè hùc fuère. Utrinquè certatum armis civilibus, zelo injuſto, zelo impio. Conſtat numeroſiſſimum Xerxis Exercitum, confectum brevi. Quid! Minoremnè tu multitudinem Xriſtianorum perijſſe exiſtimas, tribus biſce annis? Finis ille malorum tandem, ô Deus quis erit? Vellent Græcis Kalendis futurum, Xriſto invito, Martis mancipia. Katholicè at depereant, ejusmodi Thraſones. Nobis zelo ingenti, modisquè omnibus procuranda aurea pax, fovendaquè, quâ ſinè Templa omninò ruunt, Curiæquè: Mores boni retrocedunt: Cuncta barbarie Militum hoſtilitèr complentur: Infantes horrendo furore, immanitèr trucidantur. Violentèr Zona ſolvitur deflorandis Virginibus: Planctu refertiſſima Xenodochia perſonant. Hæc aliaquè triſtiſſima mala, attrahunt civilia bella. At verò miſſis biſce, caſum Zecchi noſtri memorare ſubit. Dum ille omiſſis ſtudijs humanioribus, Miles derepentè ſatagit fieri, eccè Koſaggorum inſidijs trucidatur miſerè in Poloniâ. Omen abiturienti tale contigit. Equo confeſtim decutiebatur adeò gravitèr, ut timeretur fregiſſe gulam. Omnes ſiniſtrum rebantur. Xanthippe mater, fraterquè Lechus, unà cum Ximiſcis familiæ paternæ neceſſarijs, nihil intermittebant, ut incepto eum, jam galeatum dimoverent: Omnia fruſtrà. Caſum acerbiùs lugent, quòd liquet à Koſaggis, non Turcis hoſtibus, dolo eſſe trucidatum. Si fata juvenem Generoſum ſervaſſent, futurum decus Gentis putabatur totius. Nùnc Xanthippe contabeſcit, ejus deſiderio revireſcente indies. Bene faceres Lanfrance amiciſſime, Veteranæ ſi conſanguineæ tuæ mœſtiſſimæ impertires nonnihil conſolationis ocyùs, eamquè obfirmares. Vale.

1. Maij ☽, Anno 1620. h.e. Laß ein &c.

Sextus

Sextus Modus, G.S.

Lex & Clavis hujus Modi.

Quam si intellexeris, ad investigandum Exempli Secretum, te (ope Tabulæ Cap. 12. Lib. 3.) viriliter accinge: Labor namquè utilitate forsàn compensabitur.

Bydiel *Tozuen Traobni Belyon Nirengol Onriat Linoagres Nimco Haëlro Niorma Muernidri Baunco Hisotral Lerstenam Ritovaum Bodreas Asnemcar Jarodny Onairno Nelthynu Lutim Flisnoil Trubmaun Radra Cumsa Etroëlna Dresrit Elian Sermo Otarlam Nosapron Brensloa Nadrel Stiltni Loanperom Roneas Lifear Redeipno Irsoarlo Breltho Adres Flaobnel Troare Roxaxe Inarla Vamperto Lairt Frasblen Theanon Mearla Trovemayl Ralcoba Jaberles Noirla Lairso Rionradeno Urnago Jatrel Mudran Gaëlny Ormamo Somial Nonivahero Elne Ulna Eltoloynco Haëmarly Drulura Inodeia Fran Brel Ersoërla Biernozave Trapanum Sodlesnox Maëlnodle Astopulu Axajogrel Borna Lisrado Dresrixe Putcabo Elist Xairieblur Cabositral Nelmo Uralreymal Bea Funsa Trinoan Meameur Drelmo Elrose Lotrilfran Reilanme Trean Odeamba Ondlia Quulon Fruar Lardu Loirto Emroë Emraxexo Jeiniratu Aster Carien Asodu Etmoal Trilion Reapri Nidbesra Naduabca Osatron Leamol Flusroa Idres Ridair Nearno Raxoxein Imilina Trunrai Anosten Burst Drelmoda Quuaër Notsi Roisto Trelno Muletrio Per Draoda Flutrian Xaërmo Pulno Glets Reatozu Adrisco Trinoanpir Eltivave Jaredmu Brulstan Letres Anode Stoa Ranoal Trismo Fluaroti Emragler Protstril Tuinsam Baroatul Caboël Rultha Omipor Tastonli Arnoghe Reacher Drelnotre Andurhano Dranses Omi Unolcran Nelcoriel Tavi Loin Sosa Mavo Unel Elquua Intlu Horaël Trunule Arosten Cura Arodrel Nodri Entovam Lunetra Setamlo Fraob Ondrin Ruilga Leotra Lumural Intemo Alciarrui Noxa Xoil Realodro Scabo Blunca Hosito Frulrasti Ocabe Albrecna Grensten Chameruſyn.* h. e. Ein jeglicher &c.

Exemplum sequitur, duos alios Occultandi Modos continens.

Avemus equidem perquàm maximè scire, tua & tuorum quænam conditio sit. Commodam optamus. Libenter impertire etiam vellemus quid geratur rerum, si propalare ea liceret, quæ secretissimè geruntur. Quocircà alia breviter commemorabimus. XIX Maij offeruntur Cæsari pergraves querelæ. Renunciatâ enim Kosaggorum inauditâ barbarie, & celebratâ ultrâ Zonzomminos immanitate, petunt flebiliter deprecabundi Au- Deut. 2. v. 20. in f.

di Austriæ selecti Ordines & Status, Imperator ut finem malorum ac extremarum necessitudinum, quibus nùnc obruti sunt, facere, gratioseque sub X. Aprilis novissimè oblatis postulatis, & querimonijs Statuum, mederi velit. Ex Podoliâ Ferentarij bi, 2000. circiter utiquè supererant, quartâ parte, quoquoversùm priùs cæsâ, quàm reciperentur Austriâ; Xma verò (occulto Nemesis judicio, ceù Katharmatis, miserè obtruncatis reliquis Kosaggis) pars, patrias vix revisit oras. Commemoravimus suprà, quid Mulhusiaco nupero conventu finito, Principes XII. Martij graphicè Civitatibus etiam Liberis exposuerint: Quibus respondent Argentinenses XXII. Aprilis; gessisse se, ùt Matthiæ, tùm Ferdinando Augustis, sub verticosarum turbarum initijs, suas actiones approbassent; Obstirmare se in proposito: Bellis Gallicis quondam hanc bonam Civitatem, sustinuisse longè plures, quàm XXXX millia hostium; Tùm defensam quoquè hactenùs solâ tutelâ civium fuisse. Ità proximo Anno XIX elapso, cùm in finibus hisce, ostijsquè Civitatis, numerosi omnis generis milites, undiquè confluxissent, procurasse hanc limitaneam Civitatem viribus omnibus, nè ab Extraneis, Civitati, Germaniæquè detrimentum inferretur: Causâ Bohemorum, nè pilum, lanceamvè delatam armamentario, obtestari se, cæterumquè petere à Principibus, hoc unicum tantùm, ut maturent discordem Germaniam tranquillare, libertatem defendere, bancquè Civitatem, membrum Imperij fidele, favore novo prosequi. XIII. verò Kalend. Martij, Petrum Toletanum Hispanum, eo nomine, quod adhibitis socijs, hosticâ conjuratione, Hispaniarum Regi Philippo insidias voluerit struere; negocio detecto, bannitum perpetuò fuisse, accepimus. Xmo verò septimo Aprilis, literis edocemur (quas noster ille Julius, lepidum istud profectò caput, optimis facetijs liberalissimus, hoc tantùm negotio mœstus, perscripsit) Kosaggorum aliquot turmas improvisò, Regiam, Ducalemquè Provinciam Borussiam, excursione, instar latronum, uti omninò solent, factâ, nullâ conscientiæ, nullâ zeli indignationisvè Regiæ, ratione habitâ, deprædatas ocyùs fuisse. Enarrat etiam Zachariam Volimirium XIX Aprilis Gedani præsenti animo, in Xhristo obdormivisse. Natus is Byzeæ, Anno XCV ultrà quingentos, mille porroquè annos, Parente nimirùm Regio Satrapâ Zapuliensi. Dolemus verò, juvenem hunc, admodùm egregium, & varijs Italiæ & Galliæ tyrociniis exercitatum, tantaquè passim gratiâ florentem obijsse, cùm XXV annos, minimè complevisset. Placuit mentionem amicissimi hominis gratam injecisse, ad monendum, quàm caduca præstantissima sint etiam, ac brevi spacio labascant sæpè. Relictis privatis, ad publica lubet iterùm progressum facere: Hollandos sibi destinasse Indias liquet, Orientales. Societate enim Indicorum Negotiantium constitutâ, prohibere reliquas nationes Francos Anglosquè voluerunt. Sed reclamantibus hisce orta binc varia ibidem certamina noscuntur; Francis ferè præcipuè succumbentibus. Hunc sibi bolum eripi, libertatemquè incidi, Franci indignan-

dignantes, gravissimè conqueruntur apud Regem. Hic ergò Hollandicas & Zelandicas naves detinere jussit. Kalend. Maij Karpenzovium Capitaneum, luxuriantem Garstij, Cæsareani iterùm capiunt, reliquis trucidatis, & devastato oppidulo. Quod damnum securitas nimia traxit secum; Reportasse Cæsareani feruntur prædam quidem opulentam repositam ibi. Fortunam penè eandem Marecium Landavici dominij habuit. Quippe boc pari levitate amissum, sicùt Angarium, tractus ejusdem Vicus. Vini reperta amphorarum quatuor millia, frumentique medimni 2000: Quod Kosaggis & conjunctis Valonibus (qui Belgæ exoticæ linguæ) cessit. Circà Volinum Pomeraniæ, Sinus Balthicus egessit in Littus Cetum, tactum ictu fulminis, indequè fortè mortuum: Is LX traditur pedum longus. At XXXX ejus erat latitudo. Grandiuscula verò quæque Stetinum hinc perlata ossa, ibidem loci asservantur. Ζήτημα seù Tractatum Cramerus, qui Pastorem ibidem, Professoremque item Pædagogij, raræ eruditionis gloriâ, cum seriæ pietatis gratiâ diutiùs agit, admodùm luculenter hoc de portento conscripsit, ubi generatim verba facit, de ejusmodi Balænis, facundiato conscripsit, ubi generatim verba facit, de ejusmodi Balænis, facundiaquè solerti, mòx describit singularia, & inductione probat, sinè effectu læ- vo apparuisse rarò. In Zelandiâ proximè præteritis annis quoquè capta fuit balæna hujusmodi, æstu fortè recedente, in arenâ. Ex Ungariâ quidam retulit, insignia Regni Kaphan, de Posonio, Bethlemum Gaboremtranstulisse: sibiquè Regnum despondisse. Quocircà XXVII Aprilis constituit Posonij substituere suos Heiduccos, præsidiario milite Germano fideli remoto, brevi alijs locis tentaturus eadem. Oppidum Zons Maij XVI lotricis supinâ negligentiâ, glisscente ad universos incendio, asseritur esse exustum: Distat à Coloniâ, 2^{bus} milliaribus. Quia deprædationes quotidiè excrescebant apud Silesios, obtentâ contrà Kosacos victoriâ, captos præcipuos Kasacorum, Nobiles penè omnes, decreto facto, jusserunt manu Carnificum strangulari. Cognito eo stomachabundi dentibusquè frendentes Poloni, eam ignominiam brevi igni ferroquè ulturos ferocitèr minantur. XVII. Maij subitò Cæsareani fortitèr aggrediuntur, manuquè expugnare nituntur Pragodizium: gnaviter verò defendentibus se Oppidanis, succurrit tùm submisso, 200 amissis retrocedere coguntur. Apud oppidulum **Gelersdorf** iterùm non levi cæde suorum Kosaggi, repressi ipsis nimirùm Kalend. Junijs. Parem fortunam hoc tempore obijsse è Prætoriâ Bucquojanâ coborte quosdam, nunciatur. Ità tùm fortunâ variâ certatur. Eximè velim notes, civilia bella, quo Zelo, quanto partium studio Xenophonte teste, gerantur. Præterea literis Pragensibus habemus relatum, quòd Rustici nuper se propè Thabor, bacchatim conjunxerint; Bohemi verò ad illorum furorem citiùs sedandum, prò nutu illorum transegerunt, temporariè, hacquè ratione seditionem ingentem amoverunt, cervicibus superimminentem. Τὸ καιρικὸν illud modò Bohemis maximè salutare tempestivumquè extitit. Tùnc temporis fermè Bavarus repentè expeditione factâ eduxit

xit Katholicorum Exercitum, ultrà militum 20000, propequè Lauingam, demùm habuit stativa. Nihilo segnior, hoc cognito, Marchio Onolzbachius XI Julianarum Kalend. egreditur in campos, hinc Dinckel Spûel atquè Ulmam contendit: Castris deinde propè Ztotzingam positis, opposuit exercitum suum, Bavarico hucusquè, ut loco proximo subsistentes excubitores, quoquè invicèm loqui possent. Quod suprà memoravimus de violentâ istâ barbaricâ cæde Zausthorum, illud Vindicta postea gravissima, ulcisci gestiyt. Nam Gallos Turcæ, gregatim Algiri vicissim ingenti Zelotypiâ adoriuntur, trucidantes sinè ullâ misericordiâ indistinctè omnes, etiamsi ultrà quantitatem florenorum 200000 pollicendo, ζωηχῶς ἰχετης, καθ' ἑκαστον gratiam à Barbaris sibi, maximè innocentibus cædis, fieri, lamentabiliter Turcas lymphatos inclamarent. XVIII. verò Kalend. Junij, Ulmam Unitorum Buleutæ consultatum missi, quò Katholici, seu nomine Statuum Katholicorum, Bavarus Oratores Legatosquè posteà miserunt. Gallus in Germaniam Legatos etiam suos magnificos Ducem Angelomensem, aliosquè Nobiles amandaverat. Hi Ulmam itidem sedandorum Bohemicorum aliorumquè tumultuum causâ contenderunt. Primò omnium dissidia Bohemica, ab hac defensionis, Libertatisquè Germanicæ, communi causâ benè discernebatur. Katholici, maximo zelo, nec minori quoquè zelo Uniti partes suas fidelitèr agebant. Verùm convenit tandem, ut renunciaret offensionibus utraquè pars, tùm militi, volenti utiquè quietè transire, sub cautione liber transitus hinc-indè concederetur; Palatinatus non offenderetur, exclusis Bohemis manentibus; Gravamina Imperij commodiori loco pertractanda essent; Nec enim zelo isto belligerandi durante, consultationes pacificæ, benè possunt libereque iniri. 2^dum hæc breviter præmissâ consultatione responderunt dictis Principibus, quos Mulhusij scripsisse ad Unitos Principes, fœderatosvè alios, Bohemicorũ tumultuum gratiâ diximus. Missæ Literæ XII, vel 22 Maij, 2^dum nimirùm Pontificis Gregorij (qui operâ felici & bonâ, Julianum Kalendarium parte maximâ, in melius correxit, rectiusquè suum Kalendarium substituit) computationem illam Kalendaricam reformatam, scriptæ erant. Fuisse etiam Viennæ, Status tertius Austriæ multijugos, ad homagium præstandum, tùnc congregatos, memoratur. Sed quam frustrà ostendit eventus. Quidam enim re infectâ discesserunt statim: X Maij omnes abierunt. 2^do Junij binc ad homagium præstandum ultimò, sub liturâ privilegiorum citati fuère. Refertur etiam dicto die 2^do Junij, Principem Auraicum Mauricium, Neomagi universalem Conventum Statuum, seù Ordinum Belgij, luculentâ pompâ, lætoque auspicio occeptum, felicitèr consummasse. In Bobemiâ non leviter publicè quidem moneta vilescebat: Sed nonnullus ex Kadeno Civis, valdè adulterinam monetam cudisse memoratur: Quem X Ejusdem, notorio in scelere deprehensum, simulquè ibi repertam suppellectilem, Pragam deducunt. Genuenses literæ beare militares gurgites videntur. Hispaniarum enim

pari-

pariterquè Indiarum Rex, immensas opes, pro bello continuando, quod nùnc Katholici dicuntur versare, liberaliter transmisit Genuam. Cæterùm Cæsariani milites insolentiores; cumprimis autem scelesti illi Kosaggi, latrocinijs nefandissimis & rapinis Austriam funditùs, crudelitate gliscente, exhauriunt. XIX Maij exundantissimam Viennæ tempestatem; sicut XI sequentis Mensis Augustæ; XVII verò Mensis ejusdem Junij Cassellis (Zelotis DEI vindictâ & benignitate, sic ad pœnitentiam brevi agendam, consummatamquè malitiam ac impietatem puniendam, homines lugendis ejusmodi signis, severè blandequè provocante) maximas etiam tempestates contigisse, accepimus. Circà X. autem Kalend. Maij Kajetam Borgia lætanter pervenit, tristis Duci Ossunæ nuncius. Ferebat namquè, Ossunæ Ducem, qui Neapoli admodùm insolenter, hactenùs commissi habenas regiminis exercuit, esse locô motum; hortabaturquè, ut 2do Junij confestim Neapolitani, Regis jussu futurum se Proregem, Neapolim hinc, auspice Xristo, deducerent, atquè debitâ cum obœdientiâ, ibidem exciperent. Tulisse illud liquet, Ossunium sanè gravissimè. Tentatis demùm fruſtrà omnibus, invitè licet, admittere Borgiam tandem constituit. Memorabile est Decretum, der Grawbündtner seu Rhætorum versùs Italiam, Alpium tractum incolentium, quo decreverunt, nuncios Principum, qui semper quotidiequè instar Exploratorum, fixo tabernaculo quasi, resident, nunquàm ampliùs recipiendos. Hinc Regis Katholici itemquè Galliæ, Ducis Sabaudiæ, aliorumquè omnium Legatos, bonâ gratiâ, quâ venerant dimiserunt actutùm. Huganotæ autem dicuntur instare enixè ac vehementer apud Xristianissimum, ut subjecti nimio zelo, Jesuitæ, nùnc ex universâ Galliâ, merito suo, rursus ejiciantur. Nùm quicquàm proficient, tempus ostendet. Pragæ, quidam refert, tempus teri velitationibus ludicris. Iato quippe Kalend. Junij ominosus Rex ipse, cùm Optimatibus Bohemicis, aliisquè Principibus Xysticas concertationes, ludumquè, quo transfigunt annulum cursu, pompâ maximâ, regali, & planè magnificentissimâ peragebat. Ex adverso excrescebant, Valonibus, Zengijs, Croatis, Kosacis coadunitis, ocyùs Cæsareanæ Legiones, pugnis velitationibusquè serijs generosè intentæ. Adfertur novi, Hollandos & Zelandos apparare navium classem ingentem, quâ penitùs Indias, nempè Occidentales tentare & dejicere possessione Katholicum Hispaniarum Regem decreverunt. Hoc tempore quoquè Pragæ severissimum exijt Monitorium, quo Katholici omnes, pariterquè Evangelici, modò in Bohemiâ, extrà Patriam suam degentes Bohemi, gravissimè monentur, Bohemicorum Statuum, Regniquè totius causam, publicâ obtestatione, spacio nuncupato, inter Xristi Ascensionem, posteaquè sequentem 22dum Junij, Hornotini approbarent, haberentquè ratam: Quod si detractarent aut recusarent comparere, debinc statim fisco esse adjudicanda bona, ipsosquè pro veris Patriæ communis hostibus esse habendos. Galliæ Regem Zelo remisso conquiescere dolent Katholici;

Quo-

Quocircà conjungunt se Duci Lotharingiæ Francisco, qui Bavaricæ Militiæ nomen dederat: Ob id territi Huganotæ, numeroso milite decreverunt succurrere Fœderatis. Quò Decretæ preces ac Litaniæ fœderati Belgij, modo pertinent, rectaquè collimant. Kopenbagenses seu Hafnicæ Literæ indicant, Cæsarem misisse diebus biscè ad Regem Daniæ, ac vicinorum locorum Principes & Respublicas Liberas, amplissimos Legatos, Julium-Henricum nempè, Inferioris Ducem Saxoniæ, mactumquè honoribus Hieronymum Elverum: Illi legationem obeuntes protinùs Gustrovium, mariquè trajecto, Koldingam Zelandiæ Danicæ (Fortè enim Legatos ibi præstolari voluit Rex) Gottorpium, Hamburgum, Bremam, ocyusquè hinc Lubecam, mox quoquè Lavvenburgum, Zuerinum, Lunæburgum, Zellam, Guelpherbytam, novissimeque V Volmerstediam concedunt, & ibidem negotia benè expediunt. Regis resolutio Legatis quoquè porrigebatur scripta, quæ data Koldingiæ nimirùm erat 2. Kalend. Maij. Referrem summam paucis, nisi transscripsissemus Copiam ejus, quam fideliter & lubenter communicamus tecum. Betlebem Gabor pompâ exquisitâ Nevvensol X^mo Junij ingreditur, cum 2000. Equitibus, Ungaricum Conventum dirigendi, uti ipsimet integrum, gratiâ: Quò Imperator Legatos itidem misit, qui Ungaros detinerent contrà Bethlemicos istos ausus & gryphos, in Zelo obedientiæ, Principi Regiquè suo debitæ. Moravi congregati Znaim; Bohemi quoquè suos miserunt, qui XIX Jun. Kalend. Sed XVII post Veneti, Austriaci, Lusatijquè; deindè XV Polonici; novissimè Turcici gestientes adventârunt. Ungari se magnificentiâ splendorevè tanto exhibuerunt, ut omnes ista insolentia, suspensos tenuerit. Quos tamen Bethlemus Gabor, basilico seùregio fastu repletus, longissimè superavit. Optatumnè habitura Comitia sint exitum, hærent multi. Kosacorum, suprà quos suspensos diximus, IX. Kalend. Jun. quamprimùm cadavera, deportata infami furcâ, terræ mandarunt propè Xenodochia Silesij: eâ ratione (penè ad X millia) excurrentium, Silesiæquè propinquantium Polonorum concepto dolori satisfacere volentes: Tamen minimè gentium delinita barbaries; nisi ipse Rex, occasionem novi tumultus indè reformidans, seriò avertisset à vesano instituto: Silesios quippè benè paratos concluisse, in limitibus tàm excipere fortitèr Kosacos prædantes, quàm ipsam Poloniam invadere, nocituros vicissim quocunquè modo facere possent κατὰ πάντα. Xenophilus noster, dùm Brigæ fortè quondam commorabamur, hospes bellissimus, literis perscriptis retulit. Ubi hoc ζήτημα pulchrè etiam discutit, utrumnè Decretum nuperum, quò sancita Troppavienses Principatûs (quem obtinebat tùnc Baro Liechtensteinius, refragantibus dudùm reliquis Principibus Silesiæ) ob causam absentiæ suspectæ confiscatio; receptaquè Episcopatus Exarchi Caroli, memoratum Episcopatum deserentis, sequestratio fuit: prout nùnc rerum facies existit, salutare, annè luctuosum Reipubl. Gentiquè futurum sit, quandoquè geminatâ talione? Quò, liberè Xenophilus se propendisse palàm

palàm quidem affirmat. Hoc tempore gyrata paulatim fortuna, Angarium, hincquè Marecum iterùm recipiunt Bohemi. Circà initium Juliarum Kalendar. facinus grande, si quis animum spectet, fidenter aggrediuntur. Nam undequaquè invadunt derepentè & ferociter Cæsarea univertà castra. Fortè autem olfacientibus Cæsareanis, tumultu undiquè facto, se gerris castrorum, fossisquè defendunt; Xeromachæris verò & sclopetis propinquantes abigunt hostes, qui mox retrocessère. Hinc alij Bohemorum, circiter 2000, versùs Budovvitzium excurrentes, Güldenkron Monasterium XVIII Junij adventant, ubi ritum circumgestationis hilariter celebrantes, violenter invadunt, ludificant, dantquè lætho, ultrà 20 Monachos, totidemquè deprehensos Katholicos Capitaneos; expoliantquè Monasterij loculos, supellectilem κνεμαπλὼ, linteola, calicesquè. Intereà Gabor Comitijs longiùs protractis XXIII Junij, ordiens eadem, XII Articulos notabiles deliberatum proponit. Propè Genevam iterùm Hispanorum circitèr 2000 procedunt, quorum pressa vestigia, Italorum X. millia consectantur. Non liquet, quò tendant, an Katholicæ Ligæ, vel se potiùs adjungent Spinolæ. Sabaudiæ Principi Thomæ, lustranti Italiam, sub Legatione quapiam, maximi obseruntur honores. Nam Veneti ei, Jun: Kalendis famosissimum Navale, Arsenale, binc Reip. gazam monstrabant. Repræsentabatur etiàm unà desponsatio typica maris; κρεμάτα Matronæ personæ nobilissimæ luculentèr exhibebant. Debinc ex Zelandiâ literis, Xiriczeæ à Gebhardo Delfftio Tungrensi, Junijs Kalendis scriptis, & modò hac septimanâ nobis traditis, indicatur, nupèr celocem, Londinum secundis ventis perveniisse, Hollandos Britannosquè invicem manus conseruisse, victosquè Hollandos, Karacarum seù navium Hispanicarum X. intervarchæ Londinensis auspicijs. Exacerbati Hollandi tanto damno repulsaquè, nihilominùs hostes ab Orientalibus Indijs manu fortiori porrò student avertere; Idcircò majorem classem adornare dicuntur. Quotidiè magis obdurescentibus Bohemis, Cæsar acriùs instat. Nam licet modò Cæsar in Bohemiâ ex Kosacis, Italis, Valonibus, Burgundis, Hispanis, Germanis, atquè etiam noviissimè Croatis, Zengijsve, sub optimo Duce maximas copias haberet, ultrà XX. millia; quibus Bavarica XXX. millia (usquè enim accepimus Exercitum grandescere) exercitatissimorum militum, quos tectè comparasse videtur restituendi Imperatoris gratiâ tantùm, accedunt: Hoc tamen non potuit Zelotypiam Cæsaris pacare, quin cum veniâ Katholici Regis Spinolam Marchionem, cum exercitu Regio sibi merentem, juramento militari obstringeret benequè devinciret. Transactis rebus, futuræ molis qualitatem expendens, statìm is quoddam solemne testamentum condidit, de omnibus generaliter post obitum observandis. Tempore igitur hoc, circà 27. Junij, jubetur à Katholico Rege, ipsoquè Imperatore, numero ingentem armatorum circà Kalend. Aug. duodecimum, exercitum

ocyùs

ocyùs expedire, castraquè metiri. XXX. Junij hinc lustrationi terminus destinatur: Tormenta armamentaquè reliqua suis locis educuntur. Quos tanta invadet turba Xerxea militum? Bohemosnè? Quò, eheù tantus zelus? Nos portum tenentes gaudeamus aliorum speculari posse fortunas, eventusquè. Zelo humillimo Xristum rogemus, halcyonia hæc nobis præstet, gentesquè exteras à laribus ac focis, regionibus nostris quoquè terribilem obversantem ruinam Katholicam, hisce Zelomatis; à Germaniâ avertat, jucundissimæ pacis, salutarisquè religionis sartam tectam edicat ubiquè hospitationem & jugi culturam; Votum hoc Deus impleat Omnipotens. Mauritius, revertens Mörsio, Gubernatorem Vesaliensem graphicè occurrentem, lautè, navigio conscenso, tractat: Hic præternavigantem XV. triremibus, honoris vicissim gratiâ sclopetorum Katapultarumquè explosionibus, magnipendere voluit: Bredam posteà tendens Mauritius, quia patrimoniale familiæ Nassovicæ fuit: Junij 2^do^, à gratulabundâ Civitate, lætè recepit Juramentum subjectionis, fidelitatisvè, à fidelibus subditis. Pari ratione quoquè Hagam-Comitis devectus, ubi fidelitatis exactio Familiæ Nassavicæ competens huc usquè suspensa pependit, homagium urbicum ibidem omnis generis lætitiâ populo exultante, exegit. Ibi pyrotechnica, arte nulli 2^da^, alijquè ignes edebantur: Vix dicitur quanta fuerint, jubila, musiciquè concentus, quibus laudatissimi Patris VVilhelmi heroica, regiaquè facta decantabant. Cuncta luculenter peragebantur. Sed illis tùm peractis Mauritius inductus zelo, expeditionem Spinolæ famosissimam quomodocunquè retardandi, XX. millium, factâ conscriptione novarum & veteranarum Cohortium novâ completione, utiquè exercitum validissimum colligere, ocyùs quoquè perrexit. De Zvviednizio habetur, denunciasse Imperatorem Turcicum Polonis bellum apertum. Mandata itaquè acerrima, additis buccinatoribus, Rex Krakoviæ publicavit, omnibusquè subditis, beneficiariisquè intimavit, quò protinùs omnes, statuto loco temporequè paratissimi adessent. Zugiensibus seù (concinniùs sanè) Tugiensibus literis refertur, Sabaudum, regimen Reipubl. Victorio Seniori Filio suo uxorato, parte maximâ cessisse, otio, vel etiam aliâ gravi causâ occultâ permotum. Hamburgenses munimentis fossisquè perficiendis desudant indefessè gnaviterquè: quippè 2000. homines perhibentur operi reliquo, quotidiè traducendo labore, esse conducti; Novas cohortes insuper exspectant, Regis Daniæ Xristiani Quarti inprimis metu. Licentiosè iterùm appropinquare ajunt Kosacos, Hungariæ, Transsylvaniæquè limitibus; Bona pars, superatâ, itinere velocissimo Moraviâ, Kalend. Jul. nono, Austriæ pedem infert. Gratianum Principem Moldaviæ Gabor, notis artibus traducit, reatum XII. criminum obtendens. Is ergò Gratianus, monotorio transmisso Konstantinopolin, Ottomannicam ad portam vocatur ad 22 Julij comparendum. Sed re perpensâ, ille noluit capitis periculum adire: Ideoquè studiosè emansit. Klöselio Cardinali latam hujusmodi memorant

morant esse non ità tamen pridem, sententiam, quâ retinet Cardinalatum, suumquè Episcopatum, nonnullis conditionibus alijs adjectis: Zachæum nostin' Xiphilinum? Is Cardinalis nùnc additus ministris: Z^dùm illùm, galeri dignitati, 2 servuli, Presbyter itidem unus adhùc intelliguntur concessi. Nostris oris hinc fœdera, hinc bella armaquè crepant: Quidam pacem rectiùs. Nam Korbejensem Abbatiam Brunsvicensis Dux, cum Hassiæ Landtgravio Mauritio, tumultu subitaneo milite occupant, novello Abbate ejecto, qui Katholicæ fortè Ligæ auxilium exploraturus, Paderbornam, tùm deindè Coloniam, ulteriusquè deniquè excurrit. Galliæ Regina, Mater, aulam præstantissimam alit; Principes plæriquè, Vandomianus etiam, odio Lüneßij hùc appellunt. Habetur sub Kalend. Jul. Apologia, quâ publicatam, sub XXIX. Jan. Cassationem Cæsaream, habendam absurdam, modernus Bohemiæ Rex demonstrat; tùm causæ justiciam docet; Motum sè affirmans extremâ necessitate Religionis depressæ ac Privilegiorum imminutorum, uti etiam offensionibus bellicis obdurantibus, quibus extremè, expertes omnis auxilij, ferequè denegato communi jure Legationis, ad desperationem Bohemi penitùs adacti fuère; Quamobrem Regnum scilicet acceptasset, Electione gentis totiùs, modò sibi oblatum, penequè obtrusum: Cæsarem judicem se gerere causæ; Legitimum esse, Regnicolas & se negare. Legitimum judicium sè non defugere, modo Cæsar bella nolit. Nè Regni igitur tandem defensioni desit quis, refrageturquè petit fervidissimè. Anno XIX. præced. X^br. die 24. Brandeburgicum perfunctum vitâ, hujusquè filium XXVII. post ocyùs Borussiæ Fines, Principatumquè petijsse diximus. Torunensibus literis indicatur, sub X. Junij, quod inter Electorem, Ordinesquè Confessioni Augustanæ integrè adre motus Elector sinè morâ Krakoviam petiturus, XIII Maij eò pervenit. Ubi à Rege, rem notis, antequè constitutis terminis linquere jubetur. Xristianus Anhaltinus Princeps ilicò XI. Jun. Pragam pervenit ex castris, firmandi res Bohemicas, contrà Katholicæ Ligæ occultas machinationes, gratiâ. Verùm Kal. Julij 2^do illinc reversus dicitur. Sed evagati altiùs, nùnc Xristo volente finem Epistolio ac Mercurialibus imponemus, præmonentes, Kalendaricos Prophetas futilissimos, licèt zelum egregiæ ferant pietatis, falsos Doctores, ζητητικὺς Astrologiæ, Xristo adversantes, Xristiquè verba planissima, in alienum sensum contorquentes, esse fugiendos: Ejusquè generis Enthusiasmos, ineptias & turbida somnia quibus stragem infandam, temporaquè aurea ventura, Xristo invito, præjagiunt, longissimè amandandos. Cæterùm Literarum (iterum commonemus nùnc) harum miram, bilinguibus studiosè verbis contentamentem, ut tecum rumines, memineris semper. 10.

Julij 1620. h. e. Schreibe drei &c.

Septimus Modus G. S.

Lex & Clavis Sequentium.

Macariel *Larfultap Noërmo Ruesmom Ontarel Esboltan Vazemo Tirtul Nobacri Hoëstor Ultoëpri Sarbadan Serzon Nelingun Coëlsostan Lumgan Hepdo Turilna Dososstin Turno Tisteo Orchenis Betlen Darsoar Donsis Drelun Lionber Lesdiho Funterto Arlocam Zendre Clarnun Naumroës Lunza Niculur Lesbia Drol Naërnie Taftfro Staso Noërb Sirda Lotsader Hocaut Loanras Noëmblar Linulus Breosasi Deurdon Tosoba Dinavost Olrages Serbic Clunbon Vonterloër Pinusat Olteru Terso Sostunu Lochster Suanlea Stonrag Lartostu Daëlboc Gresgor Lesio Agostin Tussaonsoti Lasdolher Dunaër Umar Loisutur Pomlet Hocrusas Loco Noëade Xheom Roblesga Riesdato Noilfa Serdo Unzter Stiulner Moultaën Sutarno Styner Pomleax Roclet Elbras Usutro Tesmoër Sastan Tosobac Esdanoër Stelis Doloërpo Lupbon Gelponfa Donripos Mielxoëam Tesnoir Testir Trelroca Tendasa Elgan Trenblas Ensomo Ugasno Turnodo Foltar Unzirsen Hovontur Reolrue Sterste Blau Denlapu Adiho Nisdo Antreob Ruferdo Claino* Matrami.h.e. Dieses Alfabet &c.

Exemplum sequens, deservit Tabulæ 2.

Cap. 6. Lib. 5. propositæ, nisi quòd steganographico indumento sit tectum. Cæterùm latet & traditur alius inibi Modus, qui quodammodò etiàm hùc pertinet, quem si operæprecium duces, indè eruas. Observes autem in hoc Exemplo, alternativè interjectas Vacantes negligendas, ut in præcedentibus, & à Significante incipiendum & in eam desinendum.

Maximo sanè zelo arma tractare utrinquè, qui tùm mordicùs Bohemicæ defensionis, tumultusquè favent negocijs, tùm causæ Katholicorum accedunt, novissimis literis, satis innuimus. Conventu Ulmensi orta contentio fuit, de ineundâ assecuratione, ut neutri læderentur. Convenit tandem Jun. 20. ut Bavaricæ copiæ, sivè potiùs Katholicorum, primò finibus abducerentur. Finem Conventus X Kalend. actutùm habuisse traditur, Vienna Regis Galliæ Legatis petentibus: Tantisper illi enim Ulmæ, faventes paci, substiterant. Nunc significatur Genuâ, omnes peregrinos Mercatores in Siciliâ, Regem Katholicum multasse fermè, quòd licentiùs in Zonis vestibusquè hinc pecuniam, valdè occultè secum exportarint: κακοζηλία *eâ utiquè, qua negotiantes emunxisse dicitur anteà Angliæ Rex. Intereà Princeps Savelli, Imperatoris deputatus Legatus devenit Romam, & cum XXXVI. mulis, generosoquè multorum Nobilium comitatu, X. Junij lautissimaquè pompâ sublimis ingreditur; Romanis Proceribus sumptuosè cum 200 equis, summaquè cum festivitate, juventutisquè flore eum introducentibus. Postero tùm die, Kathedraliter Pontifice intronisato, ipsius*

2 dies

2dùm receptum morem, Legatus nomine Imperatoris exoſculatur pedes, tùm Credentialibus reverentèr porrectis, egregius Harrachius, egregiâ admodùm oratione animosè Pontificem alloquitur. 2dùm hæc, ſolemni convivio, 20000 Coronatis taxato, excipitur; hinc cum bonâ gratiâ, bonaquè reſolutione XX. Jun. Legatus iterùm dimittitur. Pragâ refertur nobis, ſummum Capitaneum quendam Hiſpanum ſuggeſſiſſe Gubernatori Budovveiſſenſi, quomodò 22. Junij efficaci proditione, egregiaquè, Pilſena (quum, captivitate non ſtrictâ, palàm munimentis obambulans, detineretur) noctu admotis ſcalis, facilè capi poſſet. Literis verò interceptis, arctiſſimæ, tantâ demptâ libertate, cuſtodiæ mandatur. Pragam quoquè deportatur, XIV. Jun. ex Angliâ tranſmiſſa ingens ſumma auri, argentiquè; Intereà Katholici prædivitis, tùm Breslaviæ recenter inteſtatò mortui, hereditas, (nimirum conſtans XXIV millibus thalerorum) Regi defertur, & hinc Pragam ilicò transportatur. Similiter refertur, Koſacos circà Kalend. Jul. oppidulum Lütſchaw cepiſſe. Antè dictus Borgia, XIII. Julij, Zetetarum operâ depræhendit monetæ leviſſimæ fabricatores, reperitquè paratam ſummam pecuniæ 200000. Coronatorum, quibus militum XXX cohortes ſtatìm prò Cæſare conſcripſit, emunctur us inſuper brevi adhuc 200000. Coronatis, ditiſſimos complices facinoris perpetrati. Stirumbæorum Equitum 200. Pragæ nùnc tandem, luſtrationi ruſticorum, merito ſuo exhibere coguntur. Hi enim ſuprà modum ruſticorum illorum miſerorum peſſimequè tractatorum, equos traduxerant; Quos reſtituere ad obtutum Dominorum, 2dùm Regis Statuumquè Ordinationem compellebantur ilicò. Excitato propè Eggenburg / quò tùm caſtra quidem Bohemi transmoverant, incendio, exire caſtris ſtatim jubent militem Bohemici Duces, ſubveriti, Katholicorum inſidijs motam flammam, non vanè. Ordinibus enim ſubitò explicatis, non longè tendebant rètia: Sed recedebant, ubi non ſuccedebat res, feſtinanter Cæſareani. Licentiùs contra Edicta Armenianis munus concionandi tentantibus, in Zeelandiâ Concionatores 2, ac deindè unus Oldenſielæ capiuntur & Amſtelrodami & Harlemi publicis ibi repertis domicilijs mancipantur. Refertur ſimiliter, die XXI. Junij, nundinationem Barnofeldianæ ſubſtantiæ, confiſcationemquè veram bonorum totorum, ob hujusmodi delicti gravitatem, antè Xcendium decretam. Traditur quoquè XVI. Jun. exuſtulandus Sodomiæ nomine, Judæus, zelo pio Delphij, ultricibus flammis. Amſtelrodami torquetur Barrus, reus monetæ. ζηλώσῃ quadam traducitur criminis nuncupati, Conſularis Vir; Sed 2dùm Leges publicè abſolvitur. X. Julij die poſt Kilianum altero, Evangelici, Auſtriæ Status Transiuntur. Aneſiani, fidelitati, ſalvâ libertate præſtandæ, Viennam advenerunt: Quibus ferè quinquaginta modò homagio ſe ſubjiciebant; Statibus reliquis Zelotypiâ fidei tàm leviter quaſi poſthabitæ, ſummè exardeſcentibus, uti Literæ non obſcurè demonſtrant, Johan-Ludovici Kuffſteineri Baronis. Invitati alij quoquè, intrâ XX dies, ſcilicet ad Kalend. Aug. maturè gratiam

tiam inire, & Bohemicæ Confœderationi universìm renunciare. Venit interim 2do Julij Turcicus Legatus, itemquè Transylvanicus oppidò paucu-lo famulatu Pragam. Fuisse autem quàm honorificentissimè Legatos ibi exceptos, secretoquè tantùm cum Rege, Cancellarioquè Regni, remotis alijs, tractatum omninò negotium, ostendunt literæ. Exspectatione futurorum extremorum malorum (dependentium eâ ratione, quod Marchio Ambrosius Spinola admodùm funestum bellum occiperet in Germaniam trahere; Ex quo, tùm proximis ditionibus Hennegaviæ, Artesiæ, Lucenburgiæquè, supremum τῶ ξωῶ ἰνυαλίῳ periculum præsentissimè texebatur) Opifices eximè multi, Zelandiam, Hollandiam, determinatamquè ipsis Frisiam, cùm bonis, lamentantes rectà petunt. Zausthus præfatus Turcicus Legatus compositis rebus XIV. Julij contendit retrò Kascavium. Quo XXIV. ejusdem lubens Gaborem præstolatur, qui 200. equitibus XXVII. post eò advolat. Sanè Rex voluntate Transylvani & Statuum fidissimos etiam Legatos, ad Sultanum Turcicum, superioris Mensis 2do die, hinc ablegârat. Res negotiumquè geritur tectissimè, & pròpè nemini revelatur. Liberrimè VIII. Kalend. Jul. scriptas à Jacobo Britanno literas esse significatur, Quibus memorat sinistros de expeditione Katholici Regis, ipsiusquè summi, nùnc versantis omnia ministri, spargi rumores constanter, acsi vellet Palatinatum Genero suo extorquère. Quarè significat Alberto Burgundo, ut istud propositum studiosè summoquè zelo impedire, tùm Spinolam divertere velit. Petitquè indè instanter, nè causam temerè dissidijs præbeat; Sanè minùs, reputasse secùm, se minimè defuturum Genero bonorum hereditariorum manustutorem. Quin re ipsâ solicitari ut Katholici Regis, Ducisquè, Burgundiæ occupandis ditionibus vim vi referat. Interea à Britannus Legationem (secum eventus meditans) circà Kalend. Junij fermè ad diversos Reges, Respublicasquè adornaverat, ut media sedandorum tumultuum expiscarentur, resquè amicabiliter componi posset. Legati nave concensâ, Zelandiæ Ulissæam deveniunt, hinc Bataviam relictà Zelandiâ petunt, tùm curribus X. Hagam-Comitis subintrant vesperi, Kalend. Jul. 2do. Exspectabant Generales Statuum, fieri expositionem frequenti auditorio; Sed Legatus Mauritium, seriò orabat, uno alterovè maximè fideli adhibito recipere vellet rationem & tenorem Commissionis expediendæ Legationis obito negotio, regia porriguntur xenia Legato: Hinc abeunti, similiter Groningæ, Zvvollæ, Neomagi, Daventriæ, Frisiæ & Geldriæ locis alijs, Xenophilias argumenta summa exhibentur. X. Julij exindè Legatus adit Germaniæ ulteriora. Bohemi rituale Festum, toto Regno, locisquè omnibus, beati Hussi sui celebrabant. Gaudia hæc Klumnicenses rustici (Tractus is spectabat tùnc ad VVenceslaum Kinskium) concelebrantes devotè, invadit gratijs ingratis subitò Kinskius. Rustici enim sua sacra defendentes, fortiter bellicosequè ipsi, manipuloquè famulorum, resistunt; nec solùm fugant Kinskium, sed hunc quoquè obsessæ Arcis obstinatâ cus-

diâ obvallant, donec hinc usurpati zeli injustissimi damnaretur. Sinè longiori morâ igitur Regi significant factum: Selectis Kinskio frenando Commissarijs, XVII. Julij, se captivum cogitur dedere, & tandèm Bohemicorũ Statuum zelo, indignationevè damnatur, ad perpetuos carceres. Liechstenstenij Conjunx, thesaurum Ducatorum 200000. in XII. cistis exiguis curavit gestari ist hinc in Arcem, 2^do q. post die adveniens, semet consistere putans eo loci tutam, uti inibi repositam non malè gazam similiter æstimabat quoquè: Verum, ipsâ uti occasione deprehensa fuit: Ita quoquè detectus thesaurus; Igitur simùl Pragã fuisse abductam unà cum facultatibus suis, hinc nuper significatum est nobis. Parisienses opiparo, in suo Prytaneo, 2^do Jun. nomine Ludovicum Decimumtertium Regem exceperunt convivio. Ibi Regem quidem promisisse liberaliter, se translaturum minimè crebriùs Aulam Parisijs in loca alia cõstituisse, uti olim factum. 2000. Hungari, Gaboris instinctu contendebant, deindè X. millia recto sequebantur tramite in dissolutam Bohemiã; Tantis viribus succursuquè confirmati deinceps Bohemi excurrunt longissimè, Hungaricorumquè, ferentariorum ope, hostium gravissimas incursiones tantò magis impedire potuerũt. Licet Armeniani maximè omnium premantur: Constat tamen, hactenùs frustrari conatu deprimentes. Nam ocyùs uno relegato exterminatoquè, sex alij consurgunt alacriores. Nùm Belgio unito iste zelus proderit? prodet tempus. XXIII. Jun: debachantur iterùm Kosaci in Silesiæ finibus. Latè enim Teschinensem Tractum, qui Silesiam terminat Hungariã, fœdè devastarunt. Tandem Silesijs, ferentarijsquè Ungaris cincti undiquaquè, protinùs disjectis XII turmis, Satrapisquè præcipuis X. captis, mactantur simùl omnes. Anglicanæ Nuptiæ, antè, tot annis tractatæ, retrotrahi dicuntur: Quippè Britannicus Princeps tres annos deliberandi cœpit. Putant id fieri meræ loco honestatis. Zittavienses Literæ perhibent, Lusatiæ debellandæ imminere debinc Saxonem, XV. millium manu instructũ: Sicùt Bavarus Cis-Anesianis, Bohemiæquè: Mandatam Commissionem zelo uterquè summo, & totis viribus tentandam ac conficiendam suscepisse dicuntur. Nuper quoquè prò evitandis litibus, binc datis 20000 Coronatis, XIX. Junij Ostendæ; Illinc generali renunciatione Caleti factâ, XX. ejusdem, pactum Mauritius, similiterquè Condæus de bonis cunctis Aurengiæ Principis Caroli-Vilhelmi, luculentèr inièrunt. Badenus Marchio, ortus Eduard-Fortunato, Hispanicis institutus moribus, imbutusquè Katholicâ Religione nupèr Barcellonæ quadriremi conscensâ, 2^dis ventis freto Tyrrheno rapidè trajecto, Genuam appulit; deinceps iter in Germaniam subitò perrecturus. Spargunt, ultrà 2000. milites, Hispanum prò recuperando à Gentilibus occupato extortoquè Marchionatu, nùnc quotannis liberalitèr promisisse. Viennæ ortum de improviso magnum incendium, gravissimum damnum, grassantè fortuitò tùm, ob uberem insolitamquè lardi copiam, latiùs igne, datum est. Veneti in Sinu Candico cœperunt Uschochorum inprimis primarium, omniumquè Piratarum famo-

famosissimum illum, Ferdelitzium nomine: quemadmodum Batavi lubricum Urenbavvrium Mari Mediterraneo. Lividos illos Kosacos irrupisse subitò, iterumquè novissimè, superiorem partem Hungariæ depopulatos fuisse, docent Uratislavienses literæ: Sed maximam partem superventu Valachorum cæsam vicissim esse perhibent. Ducem Bavariæ, ordinatis domirebus, Danubio terraquè XIX. Kalend. Aug. totas Copias gregatim Passaviũ obnunciatur abduxisse: tùm sequenti XVIII. per Epistolam Commissariosquè obtulisse Austriacis, gratiam largissimam Cæsareã, si extemplò, perversissimo pernicioſissimoquè Confœderationis Zeugmati resignarent: Sin mìnùs debellaturum ipsos accessisse se. XXIII. Maÿ, Xmâ vespertinâ, obÿt Levverdæ, heroicus militaris Tribunus VVilhelm-Ludovicus Comes Nassavicus VVest-frisiæ & Groningiæ Gubernator fortissimus bellicosissimusquè, Successorem in Regimine seù Gubernatione Status destinare voluisse Ernestum-Casimirum Fratrem; Sed ampliare Ordines novissimis literis didicimus. Intereà circà Kalend. Aug. occupari Marchionem Spinolam Copijs novissimè omnibus lustrandis. Deindè nuncupatis votis ab Alberto Burgundo discessisse. 25000. peditum, VI. millia verò Equitum fortissimorũ, eductis hinc & conjunctis Italicis novissimis Copijs obvenientibus, petere statim Germaniam, disertis verbis nùnc certioramur. Quò, nùm Palatinatum, an delinitâ Unione, hinc Bohemiam sit invasurus, latet. Est nostrũ, sacris litatis, Eventum divinum præstolari. Gallis nùnc oritur derepentè (Habent enim leves motus) propagandæ ingens zelus Religionis Xtistianæ. Nam Xtistianissimo Benedictus Schottus, Virraris Navigationibus omniũ celeberrimus, Nobilisquè Genuensis, omnibus persuadet, tramites esse detectos, quibus contendi versùs Orientem ab Aquilone seù Septentrione possit. Katholico consensu mòx, Regni Status Ordinesquè calculum porrigunt, fiduntquè: Nec mora. Designatur Gubernator negocij, qui proposuerat, zelo pariter tentandi, conficiendiquè. Katholici imò Religiosi, Navigationi se obferunt turmatim. Ipse Xtistianissimus naves tres, ilicò fabricari jubet: Renunciaturquè Schottus, Tuba & Director, uti modò dictum, negocij, supremusquè Navium istarum Thalassarius. Si fortuna & eventus, Viro generoso & nobili favebunt, Xtistianissimi Regis Ludovici immensis præmijs, meliori auspicio ac evenit Columbo, donabitur. Cæterùm vulgatur simul, quòd illa Navigatio versùs Orientem, Septentrionis decursâ viâ (Dei gratiâ omnia mirabilitèr gubernante) absolvi omninò possit, (hactenùs illud inauditum) spacio ferè quadrantis anni. Eventus omnia docebit. Katholici paulisper facessant: Nùnc libet, quo zelo Protestantes utantur, tibi revelare. Scripsimus proximè, in Hassia duos Battologos se ostendisse Prophetas. Horum scopus intentioquè esse fertur, annunciare Pœnitentiam, excepto nemine hominum, toti Mundo. Zelo videntur optimo & Xtistiano, virilitèr agere partes suas. At Theologi Academiæ Hassiacæ Mauricianæ, Scholaquè Pædagogiarchus Vietor nomine, quieti publicæ studentes, dùm monitis privatis

vatis Enthusiastas, perperàm Spiritu de Xeisti, gloriantes, sanare planè nequeunt, citandos duxerunt publicè, omninò examinandos. Fervorem verò rigidæ Examinationis, rationibus temperabunt, zelo pessimo Katholicorum, ferro desævientium, abjecto. Georgius Zimmerman/ Theologiæ Professores indigetavit Pseudo-Theologos, Religionem Ore tantùm profitentes, Linguâ ac Voce disertos, exulante Cordis finibus, Fide sincerâ: Ijdem Professores Juris, Jureconsultosquè in abyssum condemnârunt omnes: Sacrosancta tantùm Biblia debere legi, tectaquè servari: Libros reliquos, gesta, dictavè inquiunt Ethnicorum, nullo omninò modo ampliùs legendos, inspiciendosquè, verùm abjiciendos deincèps, nec linquendos juventuti: Quoniàm in zelotis Dei zelotypiam indignationemvè aliena Numina, objecto quasi fascino, instillant. Zelus verò Xeistianus, ut Templis Idola Katholicorum, ità quoquè memoriâ Xeistianâ, ejusmodi Deos fictitios radicitùs & prorsùs ejicit. Henricus Philippus, bilioſus Enthusiasticæ opinionis assertor, Hanagius cognomine, Reorum alter, laudat quæ Zimmerman delirat. Xeistianâ condolentiâ quoquè & zelo motus, bonus Landtgravius, repentè Consiliarios suos, Marpurgum proficisci, tentarequè obnixè jubet, ut Hanagio, Zimmermannoquè verbis blandis persuadeant, Xeisti causâ, zelum injustum, erroremquè maturè agnoscere, ne Katholici, Schismate quodam absurdo inter nos iterùm suborto, gaudere habeant: Sin verò medio isto, falsorum illorũ Doctorum & Xeistianæ Juventutis pessimorum Seductorum, durities præfracta leniri & verbis omninò curari nequeat, zelo tùnc Xeistiano ulteriùs progrediantur & Zimmermannum, Hanagiumquè sodales, ceù factum posteà est, compedibus (Tales enim Hospites, tali xenio digni) ornent: nè hujusmodi doctrinâ vanâ, ipsi totam seducant Academiam & gregem plebejum. Laus sit Xeisto Domino benefico Redemptori nostro, qui Zizaniam ex radice insipidi zeli succrescentem, oportuno tempore, gloriosè dedit labefactandam. Etiàm Gedani Schisma prorupit hisce diebus, simili zelo inscito: Xeistianum quoddam Opus in omnium versatur spectaturquè manibus, graphicè ostendens graviterquè, quænam pura, verequè Katholica, paucis nota, hactenùs, sit Xeistianitas, in quâ beari & suavissimis consolationibus, regulisquè vitæ INTERNUS HOMO semet erudire & exercere gestit unicè. Author est Johannes Arndt/ Generalis Superintendens, Inspectorquè Ecclesiarum, totius Lunæburgensis Ducatus. Hoc Xeistianum Scriptum, omni laude dignissimum, utpotè Literis inprimis Sacris consentaneum, minimequè vulgare, gestyt ex Kakologiâ merâ, arrodere nomine ominequè Corvinus, Xeisti se gerens Ministrum: Quasi nimirùm contineret istud Scriptum plurima noxia: non obscurè faveret Schwenckfeldico Enthusiasmo, nec à tenebrionũ seù lucifugarum, Roseæ Fratrum Crucis traditis, multùm dissideret. Sed non minore Spiritu, defendendum Xeistianum hoc thema, meliori omine, nèc inauspicatiori processu (Bona enim justaquè causa, idoneo successu gaudet) suscepit fideliter Dillingerus nomine, itidem Lutheranus, utì superior, ad-

versùs suum Collegam, quem nominavimus. Zetemate quippè luculenter instituto, quô Academiarum oravit declarationem Xeistianam, ubiquè bonos invenit, liberalesquè adstipulatores. Gravitèr in Postillâ Ecclesiasticâ suâ, Lutherus (Vir quantus! Katholici omnium maximè nôrunt) fideliterquè penè per totum Scriptum, stylo dilucido & omnibus patente, Themaquoquè idem pertractavit. Zelum laudemus hujus Defensoris, hincquè inscitum zelum caveamus rixosorum quorundam, qui ridiculi fiunt, tàm fœdâ suâ Kakologiâ inscitiaquè, nescientes Interni, Externiquè Hominis actiones distinguere, Kalendisquè ultimis demum sapientes. Katholicæ Fidei assertorem Authorem Libri, cum toto Libro, Xeistus ulteriùs tueatur. 12. Aug. 1620. h.e. Die &c.

In sequenti Corollario, tám Valentes Literæ, quàm Dictiones, juxtà Artem sunt hinc indè seminatæ: Illas Directus, Has Retrogradus regit MACARIEL. Et in ordinem redactæ Dictiones, remotâ primâ & ultimâ, Literarum facilè demonstrant seriem.

Lebdia *Eram Irto Indos Uraël Clis Inla Heulor Tot Strara Chrom Nitaro Grus Laptu Nodra Cacoci Iren Ornio Caca Sturen Lesno Sunem Vemen Bolnor Tuondra Motre Grosi Leis Acadris Mogatu Erda Rangen Abanron Abar Nove Etstei Atris Lavana Rara Clunes Pluers Blimur Ipsi Mita Atriam Quor Trol Krenxo Trule Rite Urfgna Carelut Pulno Eblato Desse Nac Ainsi Aster Retse Chase Sit Uboce Noni Estnu Eal Sunis Riperas Oprira Asdron Apamre Luco Vidaulna Navaur Ustra Tot Atrox Qunice Iper Noquis Imque Omen Tara Ina Agana In Prome Tot Artes Et Otrámnia Opus Crelmu Turba* Lubzhida. h.e. Arte &c.

Si jam bonus Oedipus conjectaveris ex præcedentibus artificium, certò scimus, te ex sequentibus sinè difficultate legere posse sequentia verba:

Morgen endet die Sach.

Adeò admodùm Johannes est perfrictæ frontis, ceù ipsemet nôsti, ut penitùs suadeat sibi, prò libitu suspendere se potuisse naso, tùm ut versutus est, supplantare singulos: Sed miseris homuncio, omnibus nùnc se hoc proponit ipso deridendum.

Idem Sensus latet sub his germanicis dictionibus.

Alhie berichten viele gantz beständiglich / sagend: Hertzog Christian habe jetzt Liepstadt erstiegen: Rücke nuhn darauf eylendes zun Münsterischen örtern: Solle sich erbieten dem Friederichn Pfaltzgrafen / nicht schlechter ding beyzustehn / besondern gantz und gar ehesten jhme uffzuhelfen.

CAPUT

CAPUT VI.

De Interpretatione in Genere.

Tantùm de Tractatione Rei & Imitatione: Sequitur Tertium, propositæ Exercitationis Membrum; Resolutio *nimirùm* Tractatorum. *Hæc vel spectat* ad hanc Artem, *vel respicit* Facta, *vel* Effectum quoddam artificiosum: *De eâ, quæ propriè pertinet,* hoc & seq. Cap. *dicemus, de alterâ,* c.8.& nono. *De* Resolutione propriâ, *seu* Interpretatione Occulti Scripti, *hîc ideò tantùm tractandum, ut moneatur Cryptomenyticus cavere sibi ab illis Modis, quos suprà diximus, Interpretationi subjacere. Sunt enim quædam Scripturæ.* (*de quibus ceù præcipuo Objecto,* vid. sup. c.3. *hîc agitur*) *quæ prorsùs omnem omninò Interpretationem respuunt: quædam ità affectæ, ut non nisi summo indefessoquè labore, nec cuivis sed Oedipo conjectanti innotescant. Ut autem de illarum Interpretatione venandâ, labor prorsùs frustratorius futurus est: Ità sanè infiniti & desperati laboris foret, alijs Præceptis & Regulis, Resolutionem harum Scripturarum compræhendere, quàm quibus illæ constitutæ sunt. Imò si possibile esset, rationem hujusce Resolutionis & Interpretationis invenire, necessariò eveniret, ut paulatìm Artem hanc, quam tanto cum apparatu construximus, ipsimet subverteremus. Quocirca totum hoc Interpretandi institutum, inserviet tantùm Simpliciori-bus quibusdam Modis, quales sunt Translationis ac Transpositionis, tùm etiam Cifrarum Literis surrogatarum, quidam Modi Simpliciores. Interim non negamus, si probè nos, in facilioribus hisce Modis explanandis, exercuerimus, indè subsidij nonnihil nobis accedere posse, ad implicatiores Modos & Nodos tentandos & dissolvendos. Nè ergò quid desit, paucis de hoc quoquè instituto videbimus, primò in Genere, deindè in Specie.* In Genere *tria consideranda veniunt:* Subjectum, Objectum & Actus. Subjectum seù Interpres, *debet illis qualitatibus instructus esse, quas nobis describit* Porta Lib.3.c.2. *Nimirùm sit solers, ac multarum Artium, Linguarum, Grammatices & hujus inprimis Artis peritus. Ejusmodi Interpres deindè, ad* Objectum *advertere debet, quod est tùm* Scriptor & eius Mores: *tùm* Negocium, quod inter Scribentem, & Eum, cui Scribitur intercedit: *tùm* ipsa Scriptura, *juxtà præscriptum sequentium Regularum.* Primò, *Interpres diligenter & antè omnia inquirat de Scriptore, ejus Nomine & Moribus. Nam cognito Nomine, ex Subscriptionis instituta ratione, quam tùnc facilè venari poterit, in reliqui Scripti notitiam aliquam penetrare potest.* Deindè *expiscari conetur, Cuinam Literæ Occultæ perferendæ sint: Atquè eo cognito, tùm ex Scribentis, tùm Ejus, ad quem Scribitur negocijs, vel utriusquè commercio, conjiciet de Scripturæ Occultatæ contentis. Ratio est, quod cognitâ Materiâ, facilè communia Verba,*

ba, quæ ad eam rem spectant, Interpres poterit conjicere, ex characterum numero, similitudine & dissimilitudine, in suis locis observatâ. Fietque inde interdùm, ut unâ agnitâ Syllabâ, nè dicamus Verbo, de cæteris nullo negocio judicari possit. Nam earum Literarum proditione, in alijs verbis dolus detegitur: Id quod porrò Exemplo illustrat Porta, Lib.3.c.2.n.4. Tertiò, *Interpres diligenter speciem Occultationis, in quam incidit oblata Scriptura, investigabit. Nisi enim ea cognoscatur, frustrà de cætero labor insumitur: Cùm ignorato Occultationis artificio, nullo modo rei occultæ velamentum possit auferri. Quò inservire potest illa inprimis Generum & Specierum distributio, quam* suprà Cap. 3. Vers. Scriptura occulta &c. *confecimus.* Quartò, *Interpres non facilè ad Interpretationem accedat, nisi autographum ipsi obferatur. Quarè id; videatur* Porta d. cap. 2. n. 5. Quintò, *Nec illam Interpres scripturam resolvendam suscipiat, quæ unâ Periodo vel* Lineâ *terminetur. Facilè enim fit, ut frustrà habeatur.* Sextò, *Interpres ad Interpretationem accedat, summâ curâ & attentione animi, quæ tamen quandoquè remittenda, ex salutari* Portæ *consilio,* d. lib.3.c.1.n.7. *Atquè tantùm de Interpretatione in Genere.*



CAPUT

CAPUT VII.

De Interpretatione in Specie.

PRoponamus nobis Exemplum Simplicis alicujus Modi Interpretandum: ut experiamur, sitnè tantæ molis leviores aliquos Modos interpretari, quamquè verum sit illud, quod de Modis paulò Abstrusioribus, præcedenti Cap. affirmatum fuit. Porta d. Lib. *Scripturam quæ simplici Cifrarum artificio constructa est, resolvendam sibi proponit. Sed nos malumus Transpositionis artificium aliquod retexere. Quâ in re Exemplum & Resolutio* Schvventeri Lib. 6. p. 312, *tradita, nobis inserviet. Is dicto loco, ejusmodi Scripturam proponit:* NB. NB. NB. NB NB. NB.

Hbg xhkk cfm Rafqskrzahubgfm fhm unmcfqkhbg Sfgf hl- «
mzu fmdcfbifm: Cfq afuf ſfhud fqqfſfd fddkhbgf afuf kfzdf «
cru uhf Izmudahbgfq ubgqfhafm crqhmmfm Bgrqrbdfqfu ezq «
grzfm zmc udfbgfm xhf rzbg rmcfqf Rafqſkrzahubgf chmſf «
fbgq, crlhd chf kfzd tz zfqezgqfm zmc znm Sndd ratzxfmcfm. «
Zmc fu udfgfd ſfIfhmhſkhbg crafvv: Xhkd cz unkbgu mhbgd «
ſkrzafm, un oqnahqf fu rm fhmfq gfmmfm ncfq rm fhmfm «
mcqfm dghfq. Mzm gnqf xru lhq afſfſmfd: Rku hbg rzee fhmf «
fhd afvv fhmfq fgqkhbgfm Sfufkkubgreed uruuf zmc na cfl «
qzmbi zmkzudhſ xnqcfm xrq: ehfmſhbg rm: Xhq xnkkfm cru «
qhmbifm ergqfm kruufm zmc fhm xfhk crezq izmudkfm: «
qhmſf fhmfq zla cfm rmcfqm fhmf ubgnmf mrdzqkhbgf «
izmud ezq. Crqrzee gra hbg rzuu cfq Nodhbr fhm ufkdtrl ſf- «
uhbgd gfqezq ſfaqrbgd cru (xhf chf tzufgfq zfqlfhmdfm) ſfqf- «
efd. Fhm rmcqfq grd rzee fhm orohfq fhmf Gfdtfm ſflrgkfd chf «
rmm lrm hgq fhm khfbgd ezqſfgrkdfm (xhf chf tzufgfq ſf- «
ſfhmd) ſfubgqvvfm &c. Zmdfq rmcfqm irl fhmfq, mrl fhm Gzm «
kfſdf cfuufkafm inoee rzee cfm dhubg ubgkzſ hgl fhm lfuufq «
zqbg chf ghqmubgrkfm, ſra hgl fdxru xfhuufu hm cfm lzmc, «
crqrzee kzee cru Gzm xhcfq crznm, ubgrcfd hgl rzbg mhbgdu «
rl kfafm ncfq fuufm. Lhq ſfehfk chf izmud xnk, fqanddf lhbg «
hlf lfhmf izmud tz fmdcfbifm, fq unkdf lhbg ufhmf kfgqfm. «
Cru ſfubgrbg: Fq urſdf; Hbg mhla fhm ikfhm Orohfqkfhm, «
zmmc ubgqfhaf crqrzee chf cqfvv Gfaqrhubgfm xnqd: Srcg «
Sragnk Shaanq: lrbg lhd cfl ehmſfq fhm Bqfzdt zafq hfcfu, xh- «
bffku tzurllfm zmmc ſhau cfq Gfmmfm, mrbg cfl hbg uhf ſf- «
udnbgfm, fhm. Cqrzee urſdf hbg krbgfmd: N Eqfzmc cru hud «
ffxhuu fhm afdqzſ, ſfgfd fu rm lhd Bgrqrbdfqhazu, un irm fu «
ffxhuu rzbg ngmf Bgrqrbdfqfu ſfubgfgfm. Mrlf cfqngrkafm «
rzbg fhm Gzm, ubgkzſ hgl rzbg fhm lfuufq czqbgu Ghqm, «
dgfdf hgl mzq cru lrzk rzee, ſra hgl fhm xfmhſ aqncd crqfhm, «

cruu

„ eruu fu kzeed grddf, crqrzee cru Gzm ſkfhbguerku crznm kzee
„ zmc ſfuzmc xrqc. Hbg crbgdf cfl afdqzſ xfhdfq mrbg, zmc
„ xfhk hbg hm cfm Ogvvuhbhu ſfkfufm, cru chf Gzmfq fhm
„ tfqdgfhkd Ghqm grafm, zmc hgmfm fhm udhbg hmu Ghqm
„ mhbgd kfhbgdkhbg ubgrcfm inmmf, urſdf cfqgrkafm, cf
„ izmudkfq unkdf fhm Gzm, fhm xfmhſ hm Arzbg ncfq Grk
„ udfbgfm, zmc rkucrn ufgfm, fq fu lhd ufhmzq izmud ſq
„ qfddfm inmdf. Rafq cru Gzm xrqc fhm xfmhſ hl arzbg ſfud
„ bgfm, fq ſra hgl ufhmf izmud fhm, rafq fu akfha rzee cfl okr
„ Cqrzee urſd cfq izmudkfq: Mzm uhfgf hbg, cruu cfq dfzee
„ fhm Ubgfkl hud; hm chfuſl Azbgkfhm cru hbg ghf tzſſfm
„ gra, udfgfd, hbg unkdf chfuf cqfvv xnqd fhmmfgltm un inmc
„ hbg mhbgd akzdqzudhf xfqcfm, ncfq rafq cr hbg akzdqzud
„ xnqcfm xfqf, inmcdf hbg chf xzmcf czqbg fhmmfglzmſ chfu
„ xnqdfq gfhkfm, zmc crlhd hbg hglf mzgq ſkrzafm ſfafm lnb
„ df; udfgfd crafvv: xhkdzu mhbgd ſkrzafm, un oqnahqu rm f
„ mfl Gzm, zmc ubgkrſ hgl fhm Lfuufq czqbg cfm inoee &c.M
„ cfqgrkafm ufhm Azbgkfhm zmc xzqeeu hmu efxfq. Rkun
„ dqnſ lhbg rzee fhmf tfhd fhm Unkcrd, cfq mrl fhm oefmmhm
„ udfbid hgm rm fhm udqngfklkfhm lhd xrbgu rmſfikfafd, rz
„ fhm dhubg, ſnu xruufq crqrm, un dqfgfd uhbg cfq oefmmh
„ lhd xzmcfq gfqzla, lhq ſfehfk chf izmud xnk, eqrſdf xhf unkb
„ tzſhfmſf: Urſdf fq, fu xfqf fhm ſfxfvvgfdfq oefmmhmſ, z
„ mfzm Lfuu xfqfm crqzafq ſfkfufm xnqcfm. Hbg rku cfq h
„ hm lfhmfq hzſfmc, kfhbgdkhbg izmdf rmſfezgqfd xfqcfm
„ ſkrzad unkbgfu, ſra hgl fhm drkfq ezq cfm oefmmhmſ. K
„ crqmrbg oqnahqd hbgu lhd fhl rmcqfm zmſfxfvvgfdfm oef
„ mhmſ, xfkbgfq ſkfhbguerku gfqzla ſfkrzeefm, zmc unkb
„ rqd grd cru Grafqudqn rm uhbg ſfgfd unmud lhd ifhmfl
„ cfqfm Udqn rm.

*Hæc Scriptura, generalibus iſtis, ſuperiore Capite traditis præmu-
ſis, ità porrò reſolvenda venit.*

Primò & *antè omnia, inveſtigandæ veniunt* quinquè Vocales.

NB. *Quas ità inveneris: Ex illâ Scripturâ annotabis & in chartam conji-*
NB. *omnia monoſyllaba, duabus Literis conſtantia, qualia hîc concurrunt*
NB. tz. fu. cz. un. rm. na. hſ. hm. rl. fq. cr. *Deindè hiſce Monoſyllabis adpo-*
NB. *dictionis in fine Lineæ, ubi deſinit, diſtractæ, duas poſtremas Literas, h-*
NB. *tam ſolitam (-) appoſitam habentes. Alterutra enim ſemper Vocalem ſi-*
NB. *gnificat. Idem judicium ſit, de ejusdem Dictionis Literis duabus poſterio-*
NB. *bus, in principio novæ Lineæ inventis. Hæ Literæ ibi ejusmodi reperiuntur*
cf. qf. rz. af. kf. fg. or. oh. hu. rſ. df. cr. zn. uf. gr. ku. gf. fh. mf. ſf. eh. fv
mr. rm. fq. *His ità propoſitis, ſeliges indè frequentiùs occurrentes Literas*

quinque, quales hic reperiuntur, f.n.m.r.q. Quod si talia Monosyllaba, quæ unâ tantùm Literâ absolvuntur, occurrunt, jàm multò certiùs potest statui, talem Literam esse Vocalem: Cùm nulla Consonans per se constituat Monosyllabum. Sic si ejusmodi Litera, in hoc genere deprehendatur, & Secretum Latinè conceptum sit: jàm necessariò significabit, aut A. aut E. aut O. Cùm præter Interjectionem O, & Præpositiones A & E, non occurrant talia Monosyllaba. Sin Germanicè, necessariò Litera ità solitariè posita, denotabit interjectionem O, quâ Germani exclamando utuntur. Cùm igitur Litera N, hìc solitariè inveniatur posita, jam certus sis, ex illis quinque Literis, FNMRQ, Literam Nità repertam, significare Literam O: Atquè ita venatus es, unam Vocalem.

Secundò jàm pergas examinare istas quinquè vel quatuor Literas, ad Dictiones Scripturæ occultæ: Annè in qualibet Dictione, ejusmodi Literarum una vel altera reperiatur? Si itaquè contingit, jam satis fundamenti positum scias: Sin minùs, E.g. quòd nulla earum Literarum in primâ dictione hìc repertâ, (quæ est HBG) inveniatur, facilè vides, nondùm veras Vocales te nactum, cùm necesse sit unam istarum Literarum, HBG, esse vocalem. Faciendum ergò iterùm periculum in Monosyllabis, anteà Num. 1. appositis, & quærendum, quænam harum Literarum frequentiùs occurrat: Ubi se facilè Litera H, ostendet: Vetetiã dispiciendum in ipso contextu Scripturæ, quænàm harum Literarum in initio & medio (In fine namquè non attinet considerare, cum N. S. & R. in fine Dictionis frequentiùs penè occurrant, quàm ipsæ Vocales) Dictionum, frequentiùs reperiatur: Ubi iterùm Litera H, se ostendet. Tollenda, itaquè de quinque istis Literis, una quæpiam Litera, repertu magis rariuscula, ut hìc fit cum Litera Q. Et substituenda Litera H; Ut jàm istæ præstò sint Literæ: f.n.m.r.h. Jam iterùm examinanda dicta illa Monosyllaba, aut Dictiones contextus, & dispiciendum, an dentur quædam Dictiones, in quibus adhùc nulla earum Literarum invenitur: Exempli gratiâ, Monosyllabum TZ, reperitur, ubì nulla illarum Literarum apparet: Certum verò est, aut T, aut Z, vocalem referre debere, ceù facit Litera Z, frequentiùs reperta. Tollenda itaquè ex illis Literis, non H, quia de eâ jam antè sum certus: non N, quià itidèm de istâ constat, sed quæ rariùs occurrit M, ut jàm reliquæ sint, f.n.r.h.z. Quibus constitutis, adhùc percurrendæ omnes Dictiones, & indagandum, nullanè amplius sit Dictio, quæ istarum Literarum aliquâ careat. Si non; jam de Vocalibus constat.

Tertiò internoscendæ Vocales, quod ità continget: Notum est in Germanicâ Linguâ, Vocalem E, omnium frequentissimè occurrere: Quià itaquè Litera F, in contextu, frequentissimam se exhibet; ideò conjicimus, eam denotare Vocalem E. Certior autem ejus rei fieri, eo pacto quis potest, quod itidem constet, Dictiones Germanicas, terminari ità plerumquè, ut vel ultima vel antepenultima Litera Dictionis Vocalis E sit. Si itaquè Litera F,

eo loco se exhibeat frequentissima omnium, scias Literam E, eâ denotari. Iam ergò depingas integrum Alphabetum, & Literæ E, superponas Literam F.

Quartò, adminiculo hujus Literæ repertæ, indagari potest Vocalis l hoc modò: Monosyllabum trium Literarum quæratur, quod incipiat à Literâ F, & in medio unam quatuor reliquarum Literarum, n. r. h. z. habeat: E.g. Occurrit in primâ Lineâ ejusmodi Monosyllabum, FHM: Et quià H, media Litera, ex quatuor illis reperitur, conjici potest, Ltieram H, denotare I: Et porrò colligitur, Monosyllabum significare voculam **Ein.** Etsi autem idem significare quoquè possit, voces **Eil. Eis** &c tamen illa vox, hisce frequentiùs occurrit: Quòd si pluriès in contextu deprehendatur, ut hîc contingit; jàm persuadere tibi poteris, non solùm Vocalem I, sed Consonantem N, quoquè esse adinventam: Jam ergò quatuor Literæ Alphabeti, ità stabunt:

f. h. m. n.
e. i. n. o.

Porrò Vocalis U, ejusmodi monosyllabo trium Literarum quoquè investigatur. Nam si deprehenditur tale, in medio habens Literam earum n. r. z. quale reperitur, MZM, tùm conjicere possum Z, denotare Vocalem U, & monosyllabum referre Dictionem **Nun**/quia M, significat N ex priori ratione. Jam ergò habes quatuor Vocales & Literam N, hoc modo:

f. h. m. n. z.
e. i. n. o. u.

Quintò idem Monosyllabum, quod incipit à Litera Z, & in medio habet Literam M, in fine autem Literam nondùm cognitam, E.g. ZMC. inserviet ad hoc, ut conjicere possimus, referre illud vocem **und.** Licèt autem etiam **uns**/ **unß** esse possit, quia tamen sæpiusculè in contextu posites deprehenditur, hinc præsumitur, prò voce und/ quæ sæpiusculè in Germanicâ Linguâ occurrit. Jàm ergò Alphabetum, Litera C cognitâ, augetur hoc modo:

c. f. h. m. n. z.
d. e. i. n. o. u.

Sextò advertendum ad monosyllaba duarum Literarum: E.g. RA. Jàm quia Litera M denotat Literam N, & Litera R, è Vocalibus una [illegible] nihil certiùs est, quàm denotari dictionem **an**: Iterùm ergò Alphabetum augebitur.

r. c. f. h. m. n. z.
a. d. e. i. n. o u.

Septimò quærendum Monosyllabum quatuor Literarum, quarum duæ priores sint R Z, posteriores incognitæ Consonantes. Jam concludendum denotari monosyllabo CZBG, dictionem **auch**: B ergò Literam C, G. Literam H referet, ut jàm ità Alphabetum auctum sit:

z. b.

r. b. c. f. g. h. m. n. z.
a. c. d. e. h. i. n. o. u.

Octavò *seligendum Monosyllabum trium Literarum ejusmodi, cujus priores Literæ sint CR. & ultima incognita adhùc: Quale est quod hìc reperitur, CRU: hoc necessariò exhibet vocem* Das: *Hinc Literam U, cognoscetur denotare S.*

r. b. c. f. g. h. m. n. u. z.
a. c. d. e. h. i. n. o. s. u.

Nonò, *Monosyllabum duarum Literarum, ab incipiente Literâ F & desinente Literâ incognitâ repertum, E.g. FQ, necessariò denotabit vocem* Er. *Habemus ergò & Literæ Q cognitionem.*

r. b. c. f. g. h. m. n. q. u. z.
a. c. d. e. h. i. n. o. r. s. u.

Decimò, *trium Literarum Dictio, cujus prior Litera est incognita, posteriores sunt HF, quærenda: Indè certus sis, Literam incognitam denotare VV. E.g. XHF, quæ dictio significat* Wie: *Adauctum ergò magìs habemus Alphabetum.*

r. b. c. f. g. h. m. n. q. u. z. x.
a. c. d. e. h. i. n. o. r. s. u. vv.

Undecimò, *Monosyllabum trium Literarum, incipiens ab HG, & desinens in incognitam Literam L, denotabit voculam* Ihm: *Et auctum ità erit Alphabetum:*

r. b. c. f. g. h. l. m. n. q. u. z. x.
a. c. d e. h. i. m. n. o. r. s. u. vv.

Duodecimò, *si reperitur Monosyllabum plurium Literarum, incipiens à Literis XH, & habens posteriores Literas incognitas duas: E.g. XHKK, ut in primâ Lineâ: Jam conclude denotari illo, voculam* Will! *& auge Alphabetum cognitâ Literâ K.*

r. b. c. f. g. h. k. l. m. n. q. u. z. x.
a. c. d. e. h. i. l. m. n. o. r. s. u. vv.

Decimotertiò, *si itidem quatuor Literarum Dictio sit: E.g. RZEE, ut hìc reperitur, tùm prioribus duabus, è cognitarum numero existentibus, Dictio referet voculam* auff: *Et Litera E, deprehenditur denotare Literam F, ut jàm quindecim Literas Alphabeti cognitas habeas.*

r. b. c. f. e. g. h. k. l. m. n. q. u. z. x.
a. c. d. e. f. h. i. l. m. n. o. r. s. u. vv.

Decimoquartò, *jam redeundum ad ipsum contextum, & ipsa interpretatio suscipienda, Ubi jam sinè difficultate, ex Literis sequentibus:* Hbg xhkk cfm Rafqskrzahubgfm fhm unmcfqkhbg sfgfhlmzu fmdcfblfm &c. *ità, uti dictum, cognitis & transpositis hæc leges:* Ich will den A. er. lau. ischen ein sonderlich. cheimnus en. dec. en. *Quia verò Literæ A. S. D. & I, adhùc incognitæ sunt, ideò puncta tantisper inse-*

renda, donèc è contextu colligi poſsit, quasnàm Literas, & hæ incognitæ referant. Et facilè quis colligere indè valet, Literam A, referre B: Literam S, denotare G: Literam D, denotare T: Literam I. referre K: quibus nùnc iterùm Alphabetum eſt augendum.

r. a. b. c. f. e. ſ. g. h. i. k. l. m. n. q. u. d. z. x.

a. b. c. d. e. f. g. h. i. k. l. m. n. o. r. ſ. t. u. vv.

Quòd ſi pergas in contextu, nullo jàm negocio deprehendes, in verbo TZ. Literam T, denotare Z. Et in verbo CRAFVV, Literam VV referre Literam Y. Et porrò in dictione OQNAHQF, Literam O denotare P: Et ità de reliquis: Atquè hoc illud artificium interpretandi eſt. Aliud & forſan commodius, tradit Schvvent: *in Exemplo, quod ibi* pag. 328 *ſubjecit. Sed cùm parùm utilitatis ex hac re ſperandum, ſi paululùm à nudâ & ſimplici ratione Transponendi (de quâ* Lib.5.c.2.) *recedimus; Ulti ſtatim ſit,* Cap.3. & ſeqq. *Indè ſupervacuum duximus, plura hìc addere, niſi quòd adhùc unum monere brevitèr voluimus, quòd per Logiſticam, nonnullos Modos Transpoſitorios detegi poſſe, dubitandum non ſit, licet ſummæ difficultatis id eſſe, non diffiteamur.*

CAPUT


CAPUT VIII.

De detectione Facti Occulti Logisticâ.

TRia proficiscuntur ab Homine, Conceptus, Factum & Effectum Artificiale. Conceptus *per Scripturam exserti Occultatio, tùm Detectio quomodò contingat, jâm superioribus, satìs dedimus explicatum.* Quò etsi nec Factum seù Actio, nec Effectum *pertinet: Quia tamen hæc tria à conjunctis Principiis,* Intellectu *nimirùm,* Voluntate & Imaginatione *pendent, & inter se conjunctionem & affinitatem habent: Ideò Corollarij loco, quædam de hisce in medium afferemus:* (*Affinia enim in Artibus, si non tractanda sint, solent tamen quandoquè attingi*) *Non quidèm ut hìc velimus tractare, quomodò occultè & clandestinè agamus aut efficiamus aliquid, sed si quid occultè factum & effectum sit, ut detegamus & reseremus: Non iterum infinitè, sed in re certâ, ratione certâ & quidèm* Logisticâ. *Cùm enim sub finem præcedentis Capitis, indigitaverimus, occultas quasdam Scripturas, beneficio* Logistices *tandèm resolvi & investigari posse, & in alijs quibusdam rebus, id similiter contingat ità, ùt indè adjumenti nonnihil accedere possit, quò ad* Logisticam *rationem exsolvendi occultas Scripturas, paulatìm pervenire quis queat; Indè non inutile erit, eâ occasione hæc attexere: Maximè quia hactenùs, in Scriptionis Occultæ, continuò per tot* Libros *ductâ Explicatione, cum tædio, uti ferè suspicamur, detentum* Lectorem, *non sinè ingenui alicujus* Lusus recreatione & jucundâ rerum variatione, *dimittere nolimus. Illa enim Facti alicujus certi detectio, nil aliud, quam* Lusum Ingenij *habet: Et Seræ artificialiter fabrefactæ,* Logistica Reseratio, *præterquàm quòd, cum superioribus multa communia habet, sicùt jàm innuimus, varietate quoquè rei,* Lectorem *nostrum oblectare potest: ùt is, sicùt lætis auspicijs, secundâ aurâ & ventis, Pelago huic nostro se commisit, in eoquè infinitos Occultationis scopulos, prætervectus hucusquè est; ita jam non tantùm lætus Portum aspicere, sed & plenis velis,* (*Seræ hujus mirabilis, quâ ingressum ejus Heraclitus quispiam, cui nihil aperti arridet, clauserat, reserandæ artificio priùs adhibito*) *in eundem invehi valeat. Verùm nè harum rerum jàm avidum, diutiùs suspendamus, nùnc hoc Capite, de istâ quorundam Factorum Detectione agemus: In sequenti ultimo, de* SERÆ *Reseratione, protinùs visuri.*

Facta *quæ hìc considerantur, non infinita sed certa sunt, utpotè ad Res, Personas & Circumstantias certas applicata: Qualia sunt, Electio certi Nummi, Chartæ: Exornatio Digiti certi: Digitorum ex parte Extensio & Contractio: Apprehensio duorum Nummorum: Victoriæ cujusdam Proportio: Numeri certi Conceptio; Et si quæ hisce sunt similia. De his* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

enim si quæratur: Quisnàm ex tribus præsentibus elegerit Nummum? Quamnàm chartam habeat? Quemnàm Digitum exornaverit? Quinàm Menses contractis Digitis vel extensis, habeant triginta & unum, quinàm triginta dies? Quemnàm Nummum Dextrâ, quemnàm Sinistrâ Volâ comprehensum teneat? Quisnàm victoriam Calculorum triginta positione reportaturus sit? Quemnàm Numerum quis mente conceperit & certè determinaverit? Jam huic rei ità te parare necesse habes: § Ut si Primò desideres scire, quisnàm ex tribus, aureum vel argenteum, vel plumbeum Nummum occultârit: primò omnium perlustres sequentem Tabulam:



Debìnc ità rem peragas: Si tres fuerint Homines, uni illorum Nomen unum: Alteri duo: Tertio verò tria indes. Deinde jube, ut qui Solem retinet, Nomen suum duplet: Qui verò Lunam, suum per novem multiplicet: Et suum per decem, qui Saturnum possidet. Deindè investigandus est Numerus productus, & observandum, quantùm, seù quot unitatibus distet à sexaginta. Posteâ notandum erit, quoties octo in illo Numero con-

ro contineantur: Quotiens enim quis Solem habeat, infallibiliter demonstrabit. Nam si semel contineat octo, Primus: Si bis, Secundus: si ter, Tertius Solem tenet. Observandum item erit, quid post divisionem per octo, remaneat: quia ab hoc cognitio, de Lunæ possessore oritur. Si enim unum remanet, Primus habet: Si duo, Secundus: Si tres, Tertius. His igitur cognitis, Saturni possessor facillimè dignoscetur. Gemina huic Conjectioni est & illa, quâ quamnàm chartam quis nactus sit, vel elegerit sibi, detegimus. Cujus rationem & applicationem, suprà Cap. 5. in Modi nostri Tertij subjecto Exemplo Steganographico occultavimus. Quia verò spem nobis facimus, nihil intactum te ex superioribus reliquisse, & proindè dudùm notitiam ibi hujus rei consecutum fuisse, ideò fruſtraneâ repetione molesti non erimus. Sin spes concepta nos fallat, te denuò eò remittimus.

Si secundò aves scire, quemnàm Digitorum annulo quis ornârit, id sic scrutare: Pollici, danda est unitas, prò Numero suo: Indici dentur duo: Medio, tria: Medico, quatuor: & Auriculari, quinquè. Posteà jube ei, ut duplicet Numerum Digiti, in quô annulus occultè tenetur, & duplicato, aliorum Digitorum Numeros addat: Deinde ab aggregato Numero, abjice quindecim, & residuum ostendet Digitum, in quo est Annulus.

Pollex.	Index.	Medius.	Medicus.	Auricularis.
2.	4.	6.	8.	10.
14.	13.	12.	11.	10.
16.	17.	18.	19.	20.
15.	15.	15.	15.	15.
1.	2.	3.	4.	5

Si tertiò juvat scire, quinàm Mensium, diebus triginta constent, quinâm Numerum istum excedant; Fac ità: Repone Indicem & Annularem sivè Medicum, in palmam manus Sinistræ, reliqui tres erecti maneant: Hi nùnc dies triginta & unum: Illi duo verò Intermedij, quasi decurtati, triginta tantùm tibi denotant dies. Initium numerandi fac, à Mense Martio: Pollex ergò Martij, Augusti & Januarij: Occultatus Index, Aprilis, Septembris & Februarij: Medius, Maj & Octobris: Annularis occultus, Junij & Novembris: Auricularis deniquè directus, Julij & Decembris, dies tibi depromet.

Si quartò conjiciendum sit, utrâ volâ lateat hic vel ille Nummus, ità rem aggredere: Quandò Nummus trium denariorum & alius duorum, alicui in manus traditur occultandus, Nummus in Dextrâ delitescens, semper erit triplicandus: qui verò in Sinistrâ occluditur, duplicandus. Addatur ergo Numerus triplicatus, duplicatori, & si par fuerit aggregatus Numerus, tùnc Nummus paris precij in Dextrâ, si verò impar, in Sinistrâ reperietur.

In Dextrâ,	In Siniſtrâ.	In Dextrâ,	In Siniſtrâ.
3.	2.	2.	3.
3.	2.	3.	2.
9.	4.	6.	6.
13.		12.	

Si quintò *quæratur, quanàm ratione Victoria promovenda ſit, in caſu, quandò duo inter ſe conveniunt, ut is, qui primò Trigeſimum Calculum ponit, vincat: Et in alternativâ collocatione, numerum ſenarium non transgrediantur? Tùm qui incipit, collocans primùm duos, deinceps operam dabit, ut primus, Nonum, Decimum-Sextum & Vigeſimum-Tertium ponat: Nullâ namquè ratione, tùnc Alter victoriam reportare poterit.*

Si deniquè ſexto, *Numerum in alterius mente conceptum, auxiſio Logiſticæ expiſcari cupis, ſequentì rem expedies methodo: Primò alter Numeros conceptos triplicet, qui proveniunt, dimidiet: Si nequit, unitatem addat, interìm tu unum in mente retine: Deindè dimidiatos illos iterùm triplicet, productos mediet: ſi iterùm nequit, unitatem adjungat: Tu verò hac ſecundâ vice, duos in mente ſerva: Ab illis dimidiatis novem abjiciat, quotiès potuerit: tuquè totiès quatuor retine in mente: vel ſi dividat per novem, productum iſtis quatuor multiplica: Illos, vel ſummam illam, reliquis quos adhùc in mente habes, adjunge, & verum Numerum deprehendes. Si verò Alter nihil numero triplicato dimidiando adjiciat, nec ſi quid mente reſerva: Exemplo ſint 7: Triplicati producunt 21. Cùm verò mediari absquè adjectâ monade nequeant, unum in mente ſerva: Hi iterùm triplicati, conſtituunt 33: Monade adjectâ, dimidium erit 17: Tu verò ſecundâ hac vice, duos retine: Cum verò 9 ſemèl tantùm in 17 contineantur, quatuor proijs numera, qui tribus in mente tuâ retentis, adjecti, ſeptenarium reddunt.*

CAPUT

CAPUT NONUM & Ultimum.

De Seræ Buteonicæ Reseratione Logisticâ.

Certium Investigandi Modum, in SERÆ *artificialitèr ad hoc fabrefactæ Logisticâ Reseratione*, suprà Cap. præced. *collocavimus. De quâ prætèr alios* Cardanus de Subtil: Lib. 17. p. 1074. *agit, & eam inprimis* Johann. Buteo, in Logisticis, Lugd. 1560. impressis, Lib. 4. Quæst: 92. *diligentiùs explicavit: Cujus verbis, hanc rem, quam promisimus, explicare, atquè ità cum Deo, finem Operi imponere placet. Is itaquè dicto loco ità insit:*

Seras quasdam Opifices ære vel ferro, eâ subtilitate concinnant, « ut & tutò claudant, & Clave nullâ sit opus ad reserandum, sed artificij solùm noticiâ parvâ. Fiunt autem plurimùm formâ Cylindri, « in medio ad Basin usquè perforati. Quem æquales Annuli quatuor « versatiles investiunt, incisuram tenuem interiùs habentes singuli. « Inter quas, ordine recto dispositas, Clavis inditur, foramini con- « gruens, lato capite, cui prominet rostrum, geritquè veluti dorso, « denticulos quatuor, ità crassos & extantes, ut incisurarum ordinem « perficie convexâ Circulorum incisis, & in Nomen aliquod ordina- « tis, agnoscitur. Quibus quantumlibèt modicâ versatione turbatis, « Clavis, denticulorum morsu concluſus, intrà cylindrum cohibetur, « nè possit extrahi. Nec patet unquàm egressus ad aperturam, nisi ad « id, quod priùs in ingressu, Nomen, Literæ restituantur: Quas ferè se- « nas, omnis Annulus habere solet. Pluribus tamen aliquandò, quàm « quatuor Circulis connectuntur hujusmodi claustra, nec ad unam « solummodò Vocem, artificis arbitrio constitutam, recluduntur, sed « ad quamcunquè libeat claudenti disponere. Finge nùnc supèr orga- « no, alterutrâ ex dictis ratione, constructo, aperire volenti, clausulæ « tesseram excidisse: Quæro quanàm Arte possit investigari, nè coga- « mur infringere Seram? «

Respondeo. Ad inveniendum hujusmodi locum aperturæ, ne- « cessarium est omninò Tabulam ordinare, in quâ Revolutionum o- « mnes Modi, quicunquè per quatuor Circulos inter se diversi, pos- « sunt evenire, contineantur, nullo prætermisso. Nam cùm ad unum « aliquem ex omnibus, facta sit conclusio, eodem reperto, fit reclusio. « Sed est hoc adeò longum & implicitum, ùt ad constructionem Ta- « bulæ, artificio non vulgari sit opus: Quod hucusquè tetigit nemo. « Procedit enim variatio ad Modos usquè mille ducentos, nonaginta « sex,

„ sex, sicùt ex subjectis apparebit. Quare non est etiam, ut inventio-
„ nem fortuitam quis expectet. Nam (ut ait Cicero, de Divinatio-
„ ne) quatuor tali jacti, casu Venerium efficiunt. Nùm etiam centum
„ Venerios, si quadringentos Talos jeceris, casu futuros putes? Erit
„ igitur inquisitionis ista ratio, quò magìs intelligatur, à suis incho-
„ anda principijs, h.e. ab unico Circulo: Post unum, ad duos venien-
„ dum: Deindè ad tres: Postremò ad quatuor. Et quamvìs Litera-
„ rum figuræ, Annulis incidantur, attamen ut sit traditio commo-
„ dior, nùnc intelligere volo, unumquemquè ex Annulis istis, loco
„ sex Literarum, totidèm numeros, à monade progredientes habere,
„ scilicèt, 1.2.3.4.5.6. Nec est necesse, ut Progressionis ordo servetur.
„ Quomodo autem ad Literas respondeant, posteà docebitur. Sed
„ Tabularum rationem jàm ineamus. Erit itaquè ad unicum Cir-
„ culum, Tabula prima, sex Notis, numerorum progressu naturali,
„ totidemquè partibus constans, in hunc modum: 1.2.3.4.5.6. Mani-
„ festum est siquidèm, in uno Circulo, nullam Revolutionis varie-
„ tatem, ultrà sex suas Literas, progredi posse. Ad duos autem An-
„ nulos, Tabulam duorum Ordinum, Prima faciet, repetita sexiès,
„ qui secundus erit ordo, sex suis partibus, secundùm repetitiones
„ distinctus. Ordinem primum facient monades in primâ parte:
„ dyades in secundâ: triades in tertiâ: tetrades in quartâ: pentades
„ in quintâ: exades in ultimâ. Et sic erunt versiculi triginta sex. Ter-
„ tia Tabula, pro tribus circulis Ordinum, totidèm ex Secundâ pro-
„ cedet, reposita sexies ad singulos versuum, in primâ parte, mona-
„ dem præponendo, qui Primus erit Ordo: Quem continuabunt
„ dyades in parte secundâ: triades in tertiâ: Et item aliæ tres figu-
„ ræ, 4.5.6. eâdem multitudine versuum singulæ. Qui fient in sum-
„ mâ ducenti sexdecim. Ad postremum Tabula quarta Ordinum
„ quatuor, prò totidèm annulis, quam quærimus, ex Tertiâ forma-
„ bitur, aliarum more repetitâ sexiès, singulis versuum ducentis sex-
„ decim monade præpositâ. Qui primus ex quatuor erit Ordo,
„ continuè procedens per dyades in parte secundâ, atquè per tria-
„ des in tertiâ, & per alias itèm figuras, 4.5.6. ad finem usquè. Qua-
„ rè Tabulam quartam implebunt versiculi, mille ducenti nona-
„ ginta sex. Versiculorum autem multitudo, à Primâ Tabulâ, ad
„ quot libuerit alias, senariâ multiplicatione colligitur in hunc
„ modum: Ducito sex Primæ Notas in se, hoc est 6 in 6, fiunt versi-
„ culi 36, prò Tabulâ Secundâ: quos iterùm in 6 multiplicans, fa-
„ cies 216, prò Tertiâ: Rursùm multiplicando 216, in 6, produ-
„ cuntur versus 1296, prò nostrâ quam quærimus Tabulâ Quartâ.
„ Ad Quintam autem si videbitur, prò quinque Circulis, Ordinem
„ primum ex quinque, superiorum traditione, constitues ad versicu-

los

os 7776: Quod est productum ex multiplicatione 1296, in 6. Item "
quoquè deinceps multiplicando 7776, in 6, procedet ad Tabulam "
sextam, versuum numerus 46656, quorum omnium Notæ prò mo- "
nadicis habentur. Constat igitur hujusmodi ratio Tabularum ex "
præmissis apertissimè. "

Sequuntur nùnc tres Tabulæ conjunctim: Ex quarum Tertiâ, Quarta facillimè confici poterit: Repetendo nimirùm eam sexies, & singulis vicibus, omnibus ejus Revolutionibus, monadem præmittendo: ut primâ vice, unitatem: secundâ binitatem: tertiâ, ternarium &c.

Tabula 3.


Tabu. La 2.							
	jj	jjj	zjj	3jj	4jj	5jj	6jj
	jz	jjz	zjz	3jz	4jz	5jz	6jz
	j3	jj3	zj3	3j3	4j3	5j3	6j3
	j4	jj4	zj4	3j4	4j4	5j4	6j4
	j5	jj5	zj5	3j5	4j5	5j5	6j5
	j6	jj6	zj6	3j6	4j6	5j6	6j6
	zj	jzj	zzj	3zj	4zj	5zj	6zj
	zz	jzz	zzz	3zz	4zz	5zz	6zz
	z3	jz3	zz3	3z3	4z3	5z3	6z3
	z4	jz4	zz4	3z4	4z4	5z4	6z4
	z5	jz5	zz5	3z5	4z5	5z5	6z5
	z6	jz6	zz6	3z6	4z6	5z6	6z6
Tabu. La 3.	3j	j3j	z3j	33j	43j	53j	63j
	3z	j3z	z3z	33z	43z	53z	63z
	33	j33	z33	333	433	533	633
	34	j34	z34	334	434	534	634
j	35	j35	z35	335	435	535	635
z	36	j36	z36	336	436	536	636
3	4j	j4j	z4j	34j	44j	54j	64j
4	4z	j4z	z4z	34z	44z	54z	64z
5	43	j43	z43	343	443	543	643
6	44	j44	z44	344	444	544	644
	45	j45	z45	345	445	545	645
	46	j46	z46	346	446	546	646
	5j	j5j	z5j	35j	45j	55j	65j
	5z	j5z	z5z	35z	45z	55z	65z
	53	j53	z53	353	453	553	653
	54	j54	z54	354	454	554	654
	55	j55	z55	355	455	555	655
	56	j56	z56	356	456	556	656
	6j	j6j	z6j	36j	46j	56j	66j
	6z	j6z	z6z	36z	46z	56z	66z
	63	j63	z63	363	463	563	663
	64	j64	z64	364	464	564	664
	65	j65	z65	365	465	565	665
	66	j66	z66	366	466	566	666

Cæterùm, quoniàm ut dictum est, in Annulis scalpuntur Literę, " videamus, quemadmodum Numeris aptentur, in Tabulâ Quartâ. " Pone; Annulum primum signari sex Literis, OFC SDA. Secundum " alijs totidèm VIOAEM: Tertium IDLNVA: Quartum REIAST: " Et in quatuor exadibus istis, singulatìm finge, unamquamquè Lite- " rarum, esse Numerum aliquem Exadis, 1. 2. 3. 4. 5. 6. eo quo tibi vide- " bitur ordine, proùt in hoc loco Tabulam disposui. 1.3.2. "

	1.	3.	2.	6.	5.	4.
	O.	F.	C.	S.	D.	A.
	3.	4.	5.	2.	1.	6.
	V.	I.	O.	A.	E.	M.
	6.	1.	2.	4.	5.	3.
	I.	D.	L.	N.	V.	A.
	4.	1.	5.	3.	6.	2.
	R.	E.	I.	A.	S.	T.

In quâ ſex Verſuum Literas, à ſummis ad infimas ordine legendo, Dictiones videbis hujusmodi: OVIR. FIDE. COLI. SANA. DEUS. AMAT. Quibus reſpondent, ſuperpoſiti Literis Numeri hoc ordine: 1364. 3411. 2525. 6243. 5156. 4632. Qui ſunt verſiculi ſex Tabulâ diſperſi. Alia etiam verba facies, ex ſingulis Annulorum teram capiens alitèr quàm priùs, utpotè: FIAT. SILE. DIVI. ALA. Quas referunt Numeri 3432. 6421. 5455. 4323. Volens igitur Seram aperire is, cui ſit clauſulæ nomen ignotum, à primo verſu Tabulæ Quartæ faciens initium, ſingulos ordinatim Annulorum revolutiones tentabit, Clavem ſemper trahendo, donèc extrahi poſsit ad aperturam. De quà nihil eſt dubitandum, cùm ſit impoſsibile, ut extra Tabulam cadat. Et ita Seram reſerando Logiſtes, Artificis arcanum ingenio ſuperabit. Quod erat propoſitum.

Atquè hæc quidem ex Buteone *ità referre placuit. Nùnc non abiturum eſſe judicamus, exhibere ipſius Seræ figuram. Idcircò ſequens Schema in ultimo* Loco *apponendum curavimus.*



Hoc

Hoc, uti modò dixímus, atquè ipſemet vides, repræſentatur SERA illa ſex Annulorum: quæ ſingulari artificio, ità extructa eſt, ut eam ad omñes, quotquot per ſex illius Annulos, contingere poſſunt, Revolutiones recludere & aperire valeas.

Atquè ità tandèm cum BONO DEÓ deſinimus, & FINEM Operi imponimus.

FINIS. 25. Februar. Matthiæ Ap. 1624.

LAUS DEO TRI-UNI.

LUNÆBURGI,



Exscriptum typis & impensis JOHANNIS & HENRICI fratrum, der Sternen/ Bibliopolarum Lunæburgensium.

ANNO

M. DC. XXIIII.



CRYPTOGRAPHIA.

SELENUS.

LUNDEBURG
1624.



